

644 6497



UAN

DAD AUTÓNOMA DE NUE
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTE



132618

UNIVERSITY

OF TORONTO

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY

OF TORONTO

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY

OF TORONTO

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY

OF TORONTO

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY

OF TORONTO

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY

OF TORONTO

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY

OF TORONTO

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY

OF TORONTO

LIBRARY

OF THE

BS2440

.C6

1770

c.1



1080046618



Juan José García

U A N L

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS


UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
99/V/82 MICROFILMADO Lollo. 3




GREGORII CORTESII
DE ROMANO ITINERE
GESTISQVE
PRINCIPIS APOSTOLORVM
LIBRI DVO.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





GREGORII CORTESII

S. R. E. CARDINALIS

DE ROMANO ITINERE

GESTISQVE

PRINCIPIS APOSTOLORVM

LIBRI DVO.

VINCENTIVS ALEXANDER CONSTANTIVS


RECENSIVIT NOTIS ILLUSTRAVIT

ANNALES SS. PETRI ET PAVLI

E T

APPENDICEM MONVMENTORVM

ADIECIT.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN


DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ROMAE. MD. CC. LXX.
EXCVDEBAT GENEROSVS SALOMONIVS

PRÆSIDVM FACVLTAŦE.

46260

J. Enrag. Fernandez



FONDO BIBLIOTECA PÚBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN

122618



UANI

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





CLEMENS XIV. P. M.
GANGANELLVS VADEN.
EX ORD. MIN. CONV. S. FRANC.

Porta del. 1770

Bombelli sculp.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
CLEMENTI XIV.
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

VINCENTIUS ALEXANDER CONSTANTIUS.



QUEM librum de Romano
itinere gestisque PRINCIPIS
APOSTOLORUM vir pietate,
doctrina, & eloquentia præstantissimus
GREGORIUS Cardinalis CORTESIUS
Congregationis Casinensis Adriano VI.
Prædecessori Tuo obtulit; eundem ex

a 3

Vati-

VI
Vaticanae Bibliothecae Codicibus emendatorem editum, neque solum notis historico-criticis, sed ANNALIBUS etiam SS. PETRI & PAULI, ac MONUMENTORUM APPENDICE nunc primum auctum, atque illustratum, Sanctissimo Tuo Nomini inscribo, PATER BEATISSIME. Neminem fore arbitror, qui non me excusatum velit, quod SANCTITATEM TUAM pro Christianae reipublicae salute & incolumitate diu noctuque laborantem, initio divinitus suscepti Apostolatus interpellare ausus fuerim. Cui enim potissimum fundati Romae ab Apostolorum Principe Episcopatus vindicias debeam nuncupare, quam TIBI ejusdem Beati PETRI authoritatis haeredi, atque in Romana Cathedra Successori? Praeterea quum conceptam ex admirando superiorum Comitiorum eventu animo laetitiam

VII
titiam amplius cohibere non possem, opportunam statim hujus opusculi sub Tuis auspiciis evulgandi occasionem arripui, quo vix ullum BEATITUDINIS TUAE favore majestateque dignius poterat reperiri. Quamobrem facile patieris, CLEMENS PONTIFEX MAXIME, ut in tam effusa omnium ordinum gratulatione, mea etiam erumpat vox aliqua, quae & gestientis animi testis sit, & illius veteris observantiae, quam Tuae pene incredibili erga me humanitati maximam debeo, publicum ac perenne monumentum. Gratulor igitur Tibi, PATER BEATISSIME, immo Christiano nomini universo, quod ad supremum Ecclesiae Sacerdotium tam mira divini numinis providentia vocatus, amplissimam assequutus sis facultatem Te in maximis humani generis utilitatibus & commo-

viri
dis exercendi. Nam quum optimi &
sapientissimi viri Imperium procuratio
fit aliorum salutis, cuius fructus & uti-
litas ad alios, ad ipsum vero qui im-
perat voluptas & conscientia rerum be-
ne gerendarum solet permanere; pla-
cuit DEO Optimo Maximo in tanto
procellarum undique ingruentium di-
scrimine, Beati PETRI navem regen-
dam TIBI gubernandamque commit-
tere, quod unus inter mortales inven-
tus sis, qui ipso aspectu jucundissimo
vitæ Tuæ, ac priorum luce meri-
torum, sævientes discordiarum fluctus
componere valeas, habitaque in ma-
gistratibus demandandis unius ratione
virtutis, sanctæ huic Apostolicæ Sedi
restituere possis ac velis & ornamenta
dignitatis, & præsidia stabilitatis suæ.
Quis enim nisi vitæ probitate, doctri-
næque studiis excellens, munus petere
aude-

ix
audebit ab eo Pontifice, quem ab
ineunte adolescentia religiosum S. Fran-
cisci institutum apud Minores Conven-
tuales amplexum, suo veluti sinu sa-
pientia educavit, & suis inde muneribus
ornatum cumulatamque ad fasti-
gium summæ dignitatis evexit? Te-
stantur hoc celebriora inclyti Tui Or-
dinis gymnasia, in quibus graviores
sublimioresque disciplinas in ipso ju-
ventutis flore docuisti; sed Roma præ-
sertim, ubi celeberrimum S. Bona-
venturæ Collegium, mirifica doctrinæ
atque prudentiæ laude moderantem,
Benedictus XIV. supremo rerum fidei
consilio adscripsit, Clemens vero XIII.
in sacrum Cardinalium Senatum bo-
nis omnibus plaudentibus, cooptavit.
Quantam autem in amplissimis hono-
rum gradibus, de Te conciliaveris opi-
nionem & probitatis & sapientiæ & per-
fectæ

x
fectæ cujusdam absolutæque virtutis ,
cùm Regum & Populorum desideria ,
tum concordissima Purpuratorum Pa-
trum suffragia , quibus admirando sa-
ne divinitatis afflatu in PETRI so-
lium evectus es, perspicue cumulateque
ostenderunt . Eo cultu ac severitate
morum studiorumque tecum ad Eccle-
siæ Principatum reduce , CLEMENS
MAXIME , veram solidamque pieta-
tem & eruditionem Optimi Principis
exemplo ac patrocínio suscitatum am-
plificatamque videbimus, germanæque
rerum divinarum scientiæ, auream il-
lam eloquentiam adjunctam aspici-
mus, quam GREGORII Cardinalis COR-
TESII ætate, summi Pontifices Leo X.
& Paulus III. amplissima virtuti atque
doctrinæ præmia statuentes, in Italiam
tanta cum gloria revocarunt . Cujus
sane felicitatis, quicumque vitæ inte-
grita-

xi
gritatem cum incorrupta bonarum
artium & graviorum scientiarum disci-
plina conjungunt , jam propemodum
compotes facti esse videntur, postquam
exemplo Tuo ea defertur conditio pe-
titoribus , ut aut spes honorum eis de-
ponenda sit, aut vetusta morum & do-
ctrinarum sanctitas repetenda . Enim
vero tantam in TE admiramur animi
magnitudinem, tantum in summa re-
rum mutatione ac potestate, modum,
ut ipsam, maximam licet, spem vice-
ris populorum , & cum admiratione
quadam salus, dignitas, & honorifi-
centia nominis Christiani in TE posita
& collocata videatur . Et sane, talem
TE statim nobis Pontificem præstitisti,
ut nemo non intelligat ac fateatur,
quam præclare cum Christiana Repu-
blica actum sit, si omnia gubernare ac
moderari constitues , quemadmodum
a 6 . incoe-

xii
incoepisti sapientia Tua, si Tecum lo-
qui, si TE ipsum adhibere perges in
consilium TIBI, ac nemini credere,
qui cum felicitate Tua potius loqua-
tur, quam Tecum. Perinde enim ac
si filiis Parens optimus imperares, tan-
ta omnium salutem providentia tueris,
tanta singulorum utilitatibus vigilan-
tia studes, quanta ipsi sibi consulere
non potuissent. Profecto & vectigalia
remissa, & cibariis pretia diminuta,
aliaque vel ad promovendam agro-
rum culturam, vel ad pauperem ele-
vandam piissime sapientissimeque sta-
tuta, magno jam nobis argumento
fuerunt, quam late Tua in omnè ge-
nus hominum charitas pateat atque
benignitas, qui ab egentissimis præci-
pue sublevandis gloriosissimum auspi-
cari Imperium voluisses. Noli itaque
mirari, PATER BEATISSIME, si
quo-

xiii
quocumque incedis, obortis præ gau-
dio lacrymis TE omnes respiciunt,
tamquam assertorem salutis suæ, si mi-
rifice colunt & diligunt, si remotissi-
mæ etiam ab Italia gentes, ubi Eccle-
siæ Sacerdotium esse TIBI creditum
acceperunt, novis & ad eam diem in-
auditis lætitiæ significationibus exulta-
rint, acceptissimumque LAURENTII
Cardinalis GANGANELLI nomen,
quoddam veluti signum ad bene de
omni republica sperandum extiterit.
Sed, ut ad meas in CORTESIUM lucu-
brationes revertar, TE oro atque ob-
secro, CLEMENS PONTIFEX MAXIME,
ut ea qua soles benignitate supplices
Tuos, hanc qualemcumque perennis
obsequii mei devinctique animi signi-
ficationem excipere digneris, non id
spectans, quod meum est: sentio enim
quam sit exiguum; sed potius elegan-
tissi-

XIV
tissimi opusculi, quod ego illustran-
dum, augendum, evulgandumque su-
scepi, argumentum, ita dignitati Tuæ
accommodatum, ut uni TIBI illius
tutela & patrociniū convenire videat-
ur. Quod est reliquum, a Deo Opti-
mo Maximo assidue precari non desi-
nam, ut ad Catholicæ fidei præsidium
& Christiani populi felicitatem, quam
diutissime sospitet & incolumem tuea-
tur BEATITUDINEM TUAM, cu-
jus interim pedibus provolutus, Apo-
stolicam benedictionem supplex ex-
posco.

XV



VIN. ALEXANDER CONSTANTIUS
ERUDITO LECTORI S.



X quo Jacobi Cardinalis Sadoleti
Epistolas in quinque tomos distri-
buitas in lucem emisi, non destiti
de iis etiam evulgandis serid cogi-
tare, quas GREGORIUS CORTESIUS ex Ab-
bate Benedictino-Casinenſi S. R. E. Cardinalis
ob communis patriæ vinculum, studiorumque
similitudinem Sadoleto conjunctissimus, non mi-
nori certe doctrina elegantiaque conscripsit. Ne-
que enim solum doctorum hominum de eo judicium
id postulare videbantur, ut quem illi honorifi-
centissimis verbis ornassent, ejus scripta in te-
nebris bibliothecarum abdita ne laterent, aut
dispersa pluribus in libellis, quorum aliquem
comparare sibi quisvis haud facile poterat,
circumferrentur; sed rerum quoque ipsarum,
quas

VIN-

quas tractandas suscepit dignitas atque utilitas hortabatur, ut hanc Cortesii operum partim jamdiu editorum recognoscendi, partim quæ ad manus hominum nondum pervenerant, colligendi evulgandique curam, licet aliis quibusdam rebus distracti occupatique, minime negligere-mus. Jamque nonnullis ejus litteris collectis, emendatisque, quotquot extant cultissimi probatissimi scriptoris latina monumenta, typis committere cogitabam; quum repente crebris amicorum vocibus certior factus, non deesse, qui Mutinæ in eadem re elaborarent, statui ab incepto desistere, nec modo edendarum clarissimi civis lacubrationum gloriam Mutinensibus cedere, verum etiam quæcumque præ manibus haberem ad CORTESIUM pertinentia, cum illis libentissime communicare. At quum aliquot jam annos quorsum Mutinensium studia evaderent, frustra expectassem, hujus interim evulgandi operis de Romano itinere gestisque Principis Apostolorum consilium suscepi; quo vix ullum aut Cortesiano nomine dignius, aut Ecclesiasticarum rerum cultoribus utilius poterat reperiri. Quum enim illud doctissimus author ad falsissimas Udalrici Velenii

Lu-

Lutherani hominis Persuasiones penitus evertendas profigandasque conscripserit anno reparatae salutis M. D. XXII. haud facile dictu est quantis doctrinae sapientiaque praesidiis in tanta eorum temporum obscuritate ad scribendum accesserit, qui tam multis, tamque reconditis rei Chronologicae, criticaeque artis luminibus, suum hunc libellum illustrare exornareque potuerit. Illum igitur ex Vaticanæ Bibliothecæ Codice 3552. diligenter accurateque descriptum, notisque historico-criticis auctum, tamquam edendarum deinceps CORTESII epistolarum specimen, tibi exhibeo, Lector benevole. Neque is ego sum, qui eundem pro inedito venditare & obtrudere quodammodo velim. Ut enim ingenue fatemur jam olim produsse Venetiis, typis Francisci de Francis Senensis anno M. D. LXXIII. ad calcem latinarum ejusdem Cortesii litterarum, sub titulo Tractatus adversus negantem Beatum Petrum Apostolum fuisse Romæ; sic etiam hujus ceteroquin rarissimæ editionis nullam prope modum rationem haberi debere, asserere non dubitamus. Nam, ne quid de typographicis mendis dicam, quæ memorati Vaticani Codicis ope, facile emendari potuissent; adeo sane, quod ad laudatum

tum

tum de Romano itinere gestisque Principis Apostolorum opus attinet, ea Veneta editio, manca est, atque imperfecta, ut illud revera nunc primum in hominum lucem celebritatemque venire videatur. Quaecumque autem de gestis cultaque SS. PETRI & PAULI in sacris litteris veterumque Ecclesie Patrum scriptis, memoria prodita fuerunt, non mediocri labore ac diligentia collegimus, & Cortesiano huic operi adjecta, in duo diversa opuscula divisimus; quorum alterum Annales SS. Petri & Pauli, alterum Appendicem monumentorum inscripsimus. Annales, historiam veluti quamdam exhibent perpetua narratione contextam tantorum Apostolorum, a CHRISTI Domini in Caelos Adscensu, sive ab anno aera vulgaris XXIX. ad annum ejusdem aerae LXV. quo ad III. Kal. Julii extremum vitae diem gloriosissimo martyrio confecerunt. Appendix vero monumentorum, in decem & quatuor capita distributa, dissertationes fere totidem complectitur de Ecclesiis locisque Urbis, aliqua utriusque Apostoli memoria, aut prerogativa insignitis, si postremum caput excipias, in quo de antiquis SS. Apostolorum imaginibus agitur. Sed

de

de his jam satis in utriusque opusculi Praefationibus (a). Quid autem in subjectis ad CORTESIUM notis praestiterimus, eruditorum judicium esto, quorum etiam oculis praecipuorum Ecclesiasticae primi saeculi historiae Capitum in iisdem notis pertractatorum, tabellam subjecimus (b). Illud certe omni ope efficere conati sumus, ut nihil de rebus ad Beatissimos Apostolos pertinentibus, PETRI PAULIQUE studiosis desiderandum in hoc volumine relinqueretur. Quod si aliquid vel incautius, vel indoctius a me positum est, (sunt verba Magni Ecclesiae Doctoris Augustini ex epist. 143. alias 7. ad Marcellinum) id non solum ab aliis merito reprehendatur, verum etiam a me ipso. Nam nimis perverse se ipsum amat, qui & alios vult errare, ut error suus lateat. Vale, fructu, ac fave.

SE-

(a) Vide hujus voluminis pag. 207. & 305.

(b) Vide paulo inferius pag. XXI.

SE-

SERIES

SIVE

CONSPECTUS RERUM

Qua in hoc Volumine continentur.

- I. **G**regorii Cortesii in libros de itinere Romano S. PETRI ad Adrianum VI. Pont. Max. Praefatio. pag. 2.
- II. — Eiusdem de Romano itinere D. PETRI Liber Primus. 7.
- III. — Eiusdem de Romano itinere D. PETRI Liber Secundus. 67.
- IV. Vincentii Alexandri Constantii in Annales SS. PETRI & PAULI ad Sanctissimum D. N. CLEMENTEM XIV. Praefatio. 207.
- V. Annales SS. PETRI & PAULI ab anno XXIX. aerae vulgaris, ad annum LXXV. 212.
- VI. Appendix Monumentorum de gestis cultuque Beati PETRI in Urbe, eodem Constantio auctore. 305.
- VII. Index rerum & nominum. 397.

HISTO

HISTORIAE ECCLESIASTICAE ET LITTERARIAE PRAECIPUA CAPITA

Qua in notis ad Cortesium pertractantur.

- 1. **Q**ui primus aulus fuerit Romanum D. PETRI iter ex professo impugnare, & qua modo fit hae de re haereticorum nostri temporis communior sententia. pag. 10.
- 2. De Marsilio Patavino ejusque erroribus. 13.
- 3. De anno Passionis JESU CHRISTI. 15.
- 4. Quo anno aetatis idem JESUS CHRISTUS D. N. a S. Joanne Baptista fuerit baptizatus. 16.
- 5. De Simonis Magi genere, patria, & arte. 18.
- 6. De Antiocheno D. PETRI Episcopatu. 20.
- 7. Utrum Romae Simon Magus statua donatus fuerit, & volatum conatus, D. PETRO ad Deum orante; praecipuus corruerit. 29.
- 8. Sub Claudio S. PETRUM Romam primo venisse, antiquorum Ecclesiae Patrum autoritate confirmatur. Haereticorum & Catholicorum etiam argumenta in contrarium adducta diluuntur. 34.
- 9. Susanna, Beli, & Draconis narrationum, quae in Ebraicis Danielis exemplaribus desiderantur, veritas & autoritas vindicatur. 47.
- 10. De libris Recognitionum S. Clementi PP. tributis. 55.
- 11. De Clemente Alexandrino ejusque scriptis. 58.
- 12. SS. Ignatii Martyris & Dionysii Corinthii testimonia de Romano D. PETRI Episcopatu expenduntur, idemque novis adversus Spanhemium argumentis demonstratur. 60.
- 13. De serie & successione primorum D. PETRI Successorum ex Catalogo Liberiano potissimum emendanda. 70.
- 14. Quo anno aerae Christianae PETRUS mortem obierit. 83.
- 15. Utrum Cephias ille a PAULO Antiochia redargutus, fuerit Apostolorum Princeps. 98.

15. Utrum

16. Utrum ex D. PAULI Epistola ad Romanos colligere fas sit, quod Claudio imperante Romam D. PETRUS non venerit. 103.
17. De eminentia Episcoporum supra Presbyteros. 108.
18. De Romano D. PETRI Episcopatu. Petrai, Basnagii, aliorumque recentiorum hæreticorum argumenta in contrarium adducta diluuntur. 113.
19. De tempore, quo laudata PAULI ad Romanos Epistola scripta fuerit. 122.
20. De foedere inito PETRUM inter & PAULUM, ut primus Judæorum, alter Gentium esset Apostolus. 123.
21. De tempore & occasione, qua D. PAULUS quatuordecim suas Epistolas conscripsit. 128.
22. An ex iisdem PAULI Epistolis ad Philippenses, ad Colossenses, ad Philemonem, & 2. ad Timotheum colligi possit, PETRUM nunquam Romæ fuisse. 133. 135. 138. & 142.
23. Utrum Romano S. PETRI itineri, quod a Cortesio assertum est, S. Lucæ in Actis Apostolorum, & D. Pauli in epistola secunda ad Timotheum silentium officiat. 145. & 157.
24. De supposititiis S. PAULI ad Senecam epistolis, & Senecæ ad PAULUM. 154.
25. Canonica Epistolæ D. PAULI ad Ebræos autoritas vindicatur. 155.
26. De Apocryphis S. Lini Papæ libris, de *Baptismo SS. Petri & Pauli* inscriptis. 160.
27. Quare Josephus in libris Antiquitatum, & de bello Judaico, Romani Principis Apostolorum itineris ac martyrii nusquam meminerit. 162.
28. Primatus D. PETRI ac Romanæ Sedis irrefragabilitas argumentis demonstratur. 172.
29. Antiquissimam traditionem esse, quod S. Marcus Romanis rogantibus Evangelium conscripserit ex iis, quæ Romæ S. PETRUS docuerat. 182.
30. Traditiones quædam inanes & vulgi commenta de D. PETRO, Romani ejus Episcopatus veritati nihil officere adversus Spanhemium ostenditur. 183.
31. Utrum D. PETRUS Epistolæ I. Cap. v. vers. 13. sub *Babylonis* nomine, Romam intelligat. 191.

IMPRI-

I M P R I M A T U R,

Si videbitur Rmo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

D. J. Patr. Antioch. Vicefg.

APPROBATIO.

REverendissimi Pat. Th. Augustini Ricchini S. P. A. Magistri jussu, perlegi librum: *De Romano itinere Sancti Petri*, a Gregorio Cortesio S. R. E. Cardinale olim editum adversus Uldaricum Velenium, nunc verò ab eruditissimo Viro Vincentio Alexandro Constantio Bibliothecæ Vaticanæ Scriptore notis historico-criticis illustratum, & Annalibus SS. Petri & Pauli, nec non Appendice monumentorum de gestis cultuque eorundem Apostolorum in Urbe, auctum. Cumque nihil proferat, quod ab Orthodoxa fide, ac bonis moribus dissentiat, sed potius SS. Ecclesiæ Patrum traditione, argumentisque doctissimis, hæreticorum audaciam contundat, & frangat; Opus profecto dignum censeo quod typis mardetur. Ex Bibliotheca Barberina xiv. Kal. Octob. 1769.

Simon Ballerinius a Cubiculo SS. D. N. Papæ
Honorarius; J. U. D. & Bibliotheca Barberina
Præfectus.

APPRO-

APPROBATIO.

Gregorii Cortesii Cardinalis pietate, doctrina, eloquentiaque præstantissimi librum *de Romano itinere gestisque Principis Apostolorum*, quem nuperrime clariss. vir Vincentius Alexander Constantius in Bibliotheca Vaticana linguæ Sanctæ Professor, & Tabularii S. Congreg. de Propaganda Fide Custos alter, notis historico criticis illustravit, & *Annalibus SS. PETRI & PAULI*, nec non *Appendice Monumentorum de gestis cultuque Beati PETRI* auxit, jubente Rmo P. Thoma Augustino Ricchinio S. P. A. Magistro diligenter evolvimus, atque perlegimus. Nihil in Cortesii libro, nihil in eruditissimis Cortesii editoris lucubrationibus a fide bonisque moribus alienum offendimus; immo vero ita omnia summa elegantia, acerrimo judicio, omnigena eruditione pertractata, ut litteratos homines, ac præsertim Ecclesiasticæ historiæ studiosos juvare mirifice possint, & delectare. Hoc itaque esto iudicium nostrum; ab hoc edendo Cortesiano opusculo tam doctis prædicti Constantii laboribus locupletato, magnam Reipublicæ litterariæ accessionem factum iri. Romæ Kalend. Februarii MDCCLXX.

Raymundus Alberici Presbyter Oratorii Romani.
Philippus Laurentius Dionisi.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Augustinus Ricchinus Ord. Prædic.
Sac. Palatii Apost. Magister.

GREGO-



GREGORII CORTESII (1)

IN LIBROS

DE ITINERE ROMANO S. PETRI
AD ADRIANUM VI.

PONT. MAX. (2)

P RÆFATIO.



ESI mundum, quæque in eo sunt universa maximo consilio, providentiaque divinitatis regi & administrari jam fere universo hominum generi persuasum est, id ipsum tamen præcipue in Republica Christiana tam certum esse videtur, tamque expressum, quam ea, quæ sensibus experimentove percipi consueverunt. Ut enim miranda illa omit-

(1) De Greg. Card. Cortesio nonnulla diximus in notis ad Epistolas fam. Jacobi Sadoleti Cardinalis parte 1. pag. 28. & parte 2. pag. 121. plura tamen de eodem nobis dicenda supersunt in Commentario, quem de rebus ad doctissimum diser-

tissimumque Cardinalem pertinentibus scribere, ejusdemque Epistolarum collectioni, quamprimum evulgandæ, præmittere cogitamus.

(2) Adriani VI. Vitam a Paulo Jovio Episcopo Novocomensi illius ætatis historico

con-

APPROBATIO.

Gregorii Cortesii Cardinalis pietate, doctrina, eloquentiaque præstantissimi librum *de Romano itinere gestisque Principis Apostolorum*, quem nuperrime clariss. vir Vincentius Alexander Constantius in Bibliotheca Vaticana linguæ Sanctæ Professor, & Tabularii S. Congreg. de Propaganda Fide Custos alter, notis historico criticis illustravit, & *Annalibus SS. PETRI & PAULI*, nec non *Appendice Monumentorum de gestis cultuque Beati PETRI* auxit, jubente Rmo P. Thoma Augustino Ricchinio S. P. A. Magistro diligenter evolvimus, atque perlegimus. Nihil in Cortesii libro, nihil in eruditissimis Cortesii editoris lucubrationibus a fide bonisque moribus alienum offendimus; immo vero ita omnia summa elegantia, acerrimo judicio, omnigena eruditione pertractata, ut litteratos homines, ac præsertim Ecclesiasticæ historiæ studiosos juvare mirifice possint, & delectare. Hoc itaque esto iudicium nostrum; ab hoc edendo Cortesiano opusculo tam doctis prædicti Constantii laboribus locupletato, magnam Reipublicæ litterariæ accessionem factum iri. Romæ Kalend. Februarii MDCCLXX.

Raymundus Alberici Presbyter Oratorii Romani.
Philippus Laurentius Dionisi.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Augustinus Ricchinus Ord. Prædic.
Sac. Palatii Apost. Magister.

GREGO-



GREGORII CORTESII (1)

IN LIBROS

DE ITINERE ROMANO S. PETRI
AD ADRIANUM VI.

PONT. MAX. (2)

PRÆFATIO.



ESI mundum, quæque in eo sunt universa maximo consilio, providentiaque divinitatis regi & administrari jam fere universo hominum generi persuasum est, id ipsum tamen præcipue in Republica Christiana tam certum esse videtur, tamque expressum, quam ea, quæ sensibus experimentove percipi consueverunt. Ut enim miranda illa omit-

(1) De Greg. Card. Cortesio nonnulla diximus in notis ad Epistolas fam. Jacobi Sadoleti Cardinalis parte 1. pag. 28. & parte 2. pag. 121. plura tamen de eodem nobis dicenda supersunt in Commentario, quem de rebus ad doctissimum diser-

tissimumque Cardinalem pertinentibus scribere, ejusdemque Epistolarum collectioni, quamprimum evulgandæ, præmittere cogitamus.

(2) Adriani VI. Vitam a Paulo Jovio Episcopo Novocomensi illius ætatis historico

con-

tam, quibus historiarum omnes jam inde a Christi obitu sunt refertæ, ex quibus manifestis conjecturis assequi possumus, ex horrenda tempestate irruentibusque procellis, solo divinitatis gubernaculo Petri navem sapius & receptam & conservatam; illud certe divi-

conscriptam, Florentiæ edidit Petr. Victorius an. 1548. Natus Adrianus Trajecti insigni inferioris Germaniæ urbe ad Belgicum Oceanum, postridie Kal. Martii 1459. patre Florentio de Florentiis viro animi probitate, & civili industria potius, quam honestis opibus insigni, & Kalend. Julii an. 1517. Caroli V. Cæsaris, cui præceptor contigit precibus, in sacrum Cardinalium ordinem a Leone X. Pont. Max. cooptatus, dum Hispaniarum regnis ejusdem Caroli regis autoritate præesset, tam longe absens & nil tale cogitans, Romæ die ix. Januarii anni 1522. in demortui Leonis locum ab amplissimis Collegis, quibus ne de facie quidem erat cognitus, Reipublicæ Christianæ Pontifex electus est. Tantæ rei nuncio, Victoriam Vellicam Cantabrigiæ urbem ad Adrianum perlato, nomen mutare noluit, statimque Romano itineri sese committens, per Derthusiam, in qua civitate fuerat Episcopus, Tarraconem ad mare profectus, Genuam lenissimis tempestatibus pervenit; ubi quum triduo substitisset, librum hunc

adversus Udalicum Velenium Lutheranum negantem B. Petrum Apostolum Romæ fuisse a Cortesio nostro, qui tunc Genuæ commorabatur, nuperime hortatu amicorum conscriptum, benigne excepit. Ab Genua per Delphini, Liburni Pisani, Centumcellarum, Ostiæque portus ad Urbem advectus; die quarto Kalendas Septembris ejusdem anni 1522. a D. Pauli templo extra portam Trigeminam ad Vaticanas ædes solemniter pompa deductus est. In quibus ædibus vix anno exacto, decessit xviii. Kal. Octobris 1523. Corpus ejus temporario primum tumulo conditum in Basilica D. Petri juxta Pios Piccolomineæ familiæ Pontifices, postea in templum Deiparæ Virginis Germanorum ad Circum Flaminium translatum fuit in marmoreo monumento, quod optimo Pontifici *Wilhelmus Enckenvoirt illius benignitate, & auspiciis tit. S. Jo: & Pauli Presb. Card. Derhusen. faciendum curavit*; quemadmodum in inscriptione eidem monumento adposita legitur. Vixit an. LXIII. Mens. vi. d. XIII.

divinitus procuratum fuisse, neminem adeo profanum fore arbitror, ut negare audeat, qualia scilicet pericula fuerint, quantique labores reipublicæ Christianæ, sic etiam tales tantosque propugnatores extitisse. Si enim initio nascentis Ecclesiæ non defuerunt, qui adversus Neronos, Domitianos, Decios, Diocletianosque cum animi robore, tum etiam proprio sanguine decertarent; pace demum a Tirannis undique parta, cum in ipso sinu reipublicæ perniciosæ dogmatum diffidia quotidie orirentur, adversus Arium, Manicheum, Eunomium, cæterasque ejusmodi pestes, Didimus, Nazianzenus, Basilus, Hieronymus, Augustinus, & plerique alii doctrina, & sanctitate excellentes, Dei Optimi Max. beneficio sunt concessi. Jam vero quis non videt miseris illis temporibus, quibus Italiam omnino Longobardorum furor impetusque devastabat, prius Benedictum apud Casinum montem, deinde vero Romæ Gregorium summa divinitatis providentia in solatium tantæ calamitatis repente, velut e cælo delapsos esse? Et in Gregorio quidem ea magnitudo animi, ea vis consilii viguit, ut cum vitam ejus, moreque considero, intueri mihi videar par illud pulcherrime compositum, fortem scilicet virum cum adversa fortuna decertantem. Ab eo vero tempore cum jam Reges, ex hostibus servi Christi effecti essent, nec in dogmatum veritate ulla amplius esset controversia, ut pleraque mortalium se habere consueverunt, diuturnum otium & tranquillitatem, morum corruptio, & vitæ luxuria sunt consequuta. Quæ mala tamquam animarum caligines, ut facilius dissipari possent, Dominicus & Franciscus repente exorti, veluti duo soles universum orbem adventu suo exhilararunt. Jam vero nostris hisce tem-

4 P R Æ F A T I O

poribus, cum omnia calamitatum genera, velut repentino terræ cœtu, de improvise simul eruperint, in eam rerum omnium non difficultatem modo, sed pene etiam desperationem perventum est, ut omnibus reipublicæ membris pessime affectis, idoneum satis remedium non adhiberi modo, sed nec excogitari quidem posse videatur. Rempublicam Christianam oppugnat violentissimus hostis, & post Macedonas, Romanosque omnium, qui aliquando fuerunt, rex maximus atque potentissimus. At vero longeævior, perniciosiorque pestis adhæret visceribus: crudelius namque inter se bellum Christiani reges gerunt, quam a Turcarum Imperatore ipsis Christianis inferatur. Pestifera insuper contagione & inopia ita fere in universa Europa laborascimus, ut pene altera pestis alterius solatium futura videatur. Nuper vero pulcherrimam Boeticæ partem prius terræ motu concussam, deinde repentino terræ hiatus absorptam, nemo fere est, qui non audierit. Qui mores autem sint omnium ordinum, quæ in Deum pietas, quæ religio, non minus dolore, quam verecundia, ne dicam absterreor. Nam, ut fidem attingam, nemo est, qui nesciat, quam perniciose dogmata, quam nefariæ in sacris ritibus opiniones nuper emerlerint, ut ausi etiam fuerint quidam, Petrum ipsum a Romano Pontificatu deturbare. Inter tot clades, & ærumnas, tibi potissimum, Hadriane Sexte Pontifex Maxime, Christianum orbem administrandum communi suffragio Patres concesserunt: & ea quidem ratione, ut nemo tam vehemens hostis providentiæ existat, qui id divino factum consilio audeat denegare. Ignarus siquidem, & in extremis orbis partibus agens, ad supremum dignitatis fastigium es euectus, quam tibi

A U T H O R I S.

5

tibi potissimum illi commiserunt, quibus liberum erat præsentem, & ex se ipsis Pontificem creare, cum, ne nomine dicam, certe fere nemo esset, qui te de facie cognosceret. Quid vero ex mira hac electione statim omnes sperare cœperint, ita vulgo jactatum est, ut citra notam assentationis, quæ tam ab auribus tuis, quam ab instituto nostro abesse debet, litteris commendari possit. Pollicentur siquidem sibi de te omnes animi magnitudinem, vitæ innocentiam, providentiam in administrandis, in constituendis vero rebus solertiam, pacem postremo illam Augustam. Quantum denique assequi poterimus, si Deum Opt. Max. in cujus vi & potestate regum imperatorumque animi sunt, humano generi prius conciliaveris. Nec id quidem dico, ut te admoneam, qui hætenus munus tuum tam præclare obiisti, quam mirifice tibi antea commissum fuit; sed ut ope divinitatis nostra quoque ætate par tantis ærumnis præsidium concessum esse, aliorum temporum exemplo sperare non dubitemus. Cum vero multa sint, & infinita, in quibus tibi elaborandum esse video, illud potissimum dignum arbitror, in quo nervos omnes intendas, & animi & ingenii tui, ut nova perniciosaque dogmata, quibus perpetuam Christi vestem quidam lacere nituntur, a Christiano orbe consilio autoritateque penitus extermines. Quæ in re cum viderem quosdam arcem ipsam, caputque totius Religionis Christianæ tormentis machinisque oppugnare, eo potissimum, ut opinor consilio, ut penitus abrogata Romani Pontificis auctoritate, reliqua corporis pars trunca capite, inanis penitusque inutilis abjiceretur, nisus sum pro virili huic ulceri pessimo, & jam diutius serpente incipienti, salubre me-

A 3

dica

dicamentum apponere : non quin illa suprema Romani Pontificis majestas, & vi sua, quæ ope divinitatis innitur, & omnium gentium opinione satis firma persisteret, sed quod plerique sacrarum litterarum ignari, commentitiis fabulis decipi posse videbantur. Id vero mihi præcipue illustrandum esse proprio quodam jure sum opinatus, quod ab ipsa juventute in Casinatem familiam nomen dederim, quæ a Romanis primum Pontificibus plantata, eisdem secundum Deum robor, incrementumque præstantibus, in eam divinorum, atque humanorum amplitudinem crevit; ut merito de referenda gratia quoad ipsius fieri possit, debeat cogitare. Tuæ igitur censura opus subjicio, quod nuper adversus eum scripsi, qui primus negare ausus est, Petrum Apostolum non modo Romanum Pontificem fuisse, sed omnino in ea Urbe decessisse, quam aliquando videre non potuerit. Etsi suspicionem mihi injiciebat, non tam ex animo id eum fecisse, quodque ipsi ita persuasum foret, quam ut tali facinore nomen, & famam apud posteros proderet. Consilium siquidem animumque suum visus est ipsemet declarasse, cum fronti operis vulgata illa carmina inscripsit

*Aude aliquid brevibus Cyaris & carcere dignum,
Si vis esse aliquid: probitas laudatur & alget. Vale.*



7
GREGORII CORTESII
DE ROMANO ITINERE
DIVI PETRI



LIBER PRIMUS.



UM me sæpius complures maxima pietate, & ingenio viri hortati essent, ut in novo hoc Theologiam profitendi genere, quo jam constituti ritus, receptæ ceremoniæ, fundatæ stabilitæque consuetudines velut quibusdam machinis adhibitis frangi, debilitarique videntur, judicium meum interponerem, multis gravissimisque de causis diutius id facere renui. Quamquam enim me omnino impar tanto oneri fore non ambigebam, duplici præterea ratione non tutum modo, sed honestissimum etiam silentium nostrum fore arbitrabar. Ea siquidem quæ hæctenus disputata fuere, partim ejusmodi sunt, ut utrinque sacrarum litterarum auctoritati inniti videantur, ut nec diligentissime intuenti facile sit in alterutram partem judicium: quæ etsi sæcus nemini persuaderi debent, ac passim institutis moribusque Ecclesiæ sunt recepta, non tamen, qui alterutrum defendere velit ex sacris litteris, certum omnino judicium proferre potest: partim vero ejusmodi (sunt), ut magis consuetudine ritibusque, quam divinis libris, aut exemplis Apostolorum inniti videantur. Quæ cum cognoscerem non magis ambigui, quam difficilia explicatu, honestius mihi

dicamentum apponere : non quin illa suprema Romani Pontificis majestas, & vi sua, quæ ope divinitatis innitur, & omnium gentium opinione satis firma persisteret, sed quod plerique sacrarum litterarum ignari, commentitiis fabulis decipi posse videbantur. Id vero mihi præcipue illustrandum esse proprio quodam jure sum opinatus, quod ab ipsa juventute in Casinatem familiam nomen dederim, quæ a Romanis primum Pontificibus plantata, eisdem secundum Deum robor, incrementumque præstantibus, in eam divinorum, atque humanorum amplitudinem crevit; ut merito de referenda gratia quoad ipsius fieri possit, debeat cogitare. Tuæ igitur censura opus subjicio, quod nuper adversus eum scripsi, qui primus negare ausus est, Petrum Apostolum non modo Romanum Pontificem fuisse, sed omnino in ea Urbe decessisse, quam aliquando videre non potuerit. Etsi suspicionem mihi injiciebat, non tam ex animo id eum fecisse, quodque ipsi ita persuasum foret, quam ut tali facinore nomen, & famam apud posteros proderet. Consilium siquidem animumque suum visus est ipsemet declarasse, cum fronti operis vulgata illa carmina inscripsit

*Aude aliquid brevibus Cyaris & carcere dignum,
Si vis esse aliquid: probitas laudatur & alget. Vale.*



7
GREGORII CORTESII
DE ROMANO ITINERE
DIVI PETRI



LIBER PRIMUS.



UM me sæpius complures maxima pietate, & ingenio viri hortati essent, ut in novo hoc Theologiam profitendi genere, quo jam constituti ritus, receptæ ceremoniæ, fundatæ stabilitæque consuetudines velut quibusdam machinis adhibitis frangi, debilitarique videntur, judicium meum interponerem, multis gravissimisque de causis diutius id facere renui. Quamquam enim me omnino impar tanto oneri fore non ambigebam, duplici præterea ratione non tutum modo, sed honestissimum etiam silentium nostrum fore arbitrabar. Ea siquidem quæ hætenus disputata fuere, partim ejusmodi sunt, ut utrinque sacrarum litterarum auctoritati inniti videantur, ut nec diligentissime intuenti facile sit in alterutram partem judicium: quæ etsi sæcus nemini persuaderi debent, ac passim institutis moribusque Ecclesiæ sunt recepta, non tamen, qui alterutrum defendere velit ex sacris litteris, certum omnino judicium proferre potest: partim vero ejusmodi (sunt), ut magis consuetudine ritibusque, quam divinis libris, aut exemplis Apostolorum inniti videantur. Quæ cum cognoscerem non magis ambigui, quam difficilia explicatu, honestius mihi

videbatur, quod nesciebam fateri nescire, quam temere arroganterque in gravissimis rebus iudicium meum interponere. Præsertim cum mihi semper persuasum fuerit, quantumlibet privatim complures disputent, & diutius easdem quæstiones conterant, numquam tamen futurum, ut hoc attritu flamma veritatis eluceat; sed ita demum controversias omnes auferri posse, si (quod alias sæpe factum est) communi Patrum omnium totius orbis Christiani decreto, de his omnibus statutum fuerit. Nemo enim est, qui ambigat, jure indictis habitisque conventibus pro fidei pietate non pro contentione summi sacerdotii (quod postremis fere omnibus Conciliis factum est) Rem publicam Christianam institutis, legibus, placitis, auctam, ornatam, stabilitamque fuisse. Illud quoque magnopere ut silerem hortabatur, quod inter eos, qui hæc tractarunt, non tam exemplis, rationibusque actum est, quam conviciis, & maledictis: nec christiana pietate, sed (quod quidam dixit) canina facundia; ut mihi in animum induxisse videantur, ita demum se victores in causa futuros, si in maledicendo fuissent. Nec jurgiis modo, sed quod dictu quoque nefas est, in gravissimis rebus, jocis & scommatis libros referferunt. Enimvero, qui veritatis indagandæ studio scribunt, mites modestosque seipfos exhibent Christi exemplo, qui cum ipsa esset veritas, in se ipso quoque mansuetudinem prædicavit, tantumque abfuit, ut ultro maledixerit, ut etiam quod Petrus ait, maledicenti non minaretur. Simus enim ita affecti oportet, ut nec inferre injuriam velimus, nec si acceperimus referre. Jam vero si sanctissimos, doctissimosque viros enumerare velim, qui cum adversus apertos fidei hostes scriberent, a Christiana

ta-

tamen modestia non recesserunt; illis, opinor, mirum videbitur, qui remotis jurgiis, & obtreccationibus, ipsum verum nec satis recte inquiri, nec facile inveniri posse arbitrantur. Scribunt Origenes in Celsum; Eusebius in Porphyrium; Basilius; Nazianzenus in Julianum, quem Græci παραβάτιον vocant. At quos hostes, quam acres, quam impios bone Deus! Arguunt illi quidem insaniam, furorem opposita ratione, veluti quibusdam catenis injectis compescere nituntur, hostem denique appellant, ea tamen ratione, ut non stomacho indulgere, sed pietatis rationem habere videantur. Nec tamen adversus eos scribebant, qui diverso sensu, atque cæteri quippiam in sacris litteris interpretarentur, aut qui divinos libros impietati suæ patrocinari vellent, sed eos, qui tamquam furiis exagitati, aris, templis, universæque reipublicæ Christianæ bellum indixerant. Paulo fortasse vehementior Nazianzenus cuiquam in Julianum videatur; verumtamen in tam impio hoste, tamque doloso, nihil erat, quod levius dici posse videretur: qui non tormentis aut armis, sed dolis, insidiis, & astu viros innocentissimos persequebatur. Cum verò contra Eunomianos scriberet, qui se Christianos dici volebant, tum σπλάγγχοις πατρικοῖς moveri se contestatur, deinde etiam φίλους ἢ ἀδελφοὺς nominat. Quid? nonne Basilius in eundem Eunomium tantum abest, ut contumeliis utatur, ut festivis etiam interrogationibus urgeat πῶς ἢ τοῦ μύρμηκος φύσις. Sic Basilius frater Gregorius in Apollinarium, in Eunomium, in Manichæum; Tertullianus adversus Valentinianum, & omnes hæreses; Augustinus in Manichæos, in Donatistas; in Eutychem Leo, ad-

ver-

versus alios alii, longum est enim omnes enumerare. Sciebant enim, facile pro maledictis maledicta referri, sed ratione pugnare, id vero longe esse difficillimum. Quare non defuerunt, qui non satis probarent Hieronymi in Ruffinum, rursusque Ruffini in Hieronymum actiones, quod alienum quippiam a Christiano more habere viderentur. Augustinus certe cum ipsos ad pacem revocat, ne ea aspergant obtestatur, quæ deinceps delere non poterunt.

Cum igitur diutius in eadem opinione perstitissem, detulit ad me Ottobonus Fliscus libellum, qui Petrum non modo non Romæ mortuum, sed nec aliquando Romam vidisse affirmat (1). Quo lecto cum

(1) Pestiferi huius libelli, quem statim Cortesius noster sibi confutandum suscepit, author fuit Udalricus Velenus homo hæreticus. Hic impio atque infano adversus Romani Pontificis auctoritatem furore abreptus, quemadmodum Lutheri discipulum decebat, ut scilicet petra, qua super Ecclesia ædificata est, funditus si valeret everfa, ædificium quoque destrueret universum, quum D. Petri Primatum agere nimis falsum a Magistro suisque affectis suaderi posse animadvertet, eo tandem devenit, ut Romanum Principis Apostolorum Episcopatum; quin vel ipsum Romam versus, ejusdem iter, commentitium evincere, & omnino fabulosum con-

tenderit, quamquam nihil in tota Ecclesiastica historia illustrius, nihil certius, nihil antiquius atque testatius esse videatur. Profecto scelestissimi licet & audacissimi Ecclesiæ hostes fuerint Montanus, Arius, Macedonius, Eutyches, Pelagius, quotque alii xv. seculorum spatium ab Ecclesia desererunt, nemo tamen eorum, si Marsilium Patavinum excipias, de quo paullo inferius pag. 13. nemo inquam ante Velenum, adeo turpe, atque impudens mendacium asserere ausus est. Porro Veleni libellus in duas partes distribuitur, in quarum prima decem & octo *persuasionibus* Sanctum Petrum numquam Romæ fuisse, sed Jerosolymis martyrii pal-

mam

cum dixissem (quoniam in capita divisus est, quæ author *persuasiones* appellat), id ipsum nequaquam mihi illis persuasionibus persuaderi; rogarunt me complures amici, potissimumque is, qui librum attulit & studio sacrarum litterarum oblectatur, ut quid ita sentirem scribere non gravarer. Quod quidem omnino facere renui, timens scilicet ne huic assertioni, ut puto, verissimæ, pro rationibus jurgia, pro testibus maledicta rependerentur. Quod ego vicissim facere, ut fortasse possim si velim, certe non velim etiamsi possim, cum id tam a moribus meis, quam ab instituto sit alienum. Verumtamen cum illi instarent, egoque sæpius quidnam id operis esset, perscrutarer, casu incidi in hæc verba. *Candidum lectorem admoneo, ne protinus ipso libri titulo of-*

fenda-

mam adeptum esse, evincere studet, in altera vero Catholicorum argumentis (*cavillos hæreticus appellat*) satisfacere contendit. Falsissimas hæc *persuasiones*, etsi postea ambabus ulnis amplexi sint omnes fere recentiorum hæresum sectatores, nullum tamen adversus Romanum Divi Petri iter argumentum protulerunt, quod ex Veleni opusculo depromptum non sit, quod etiam obtervavit Bellarminus lib. 1. de Rom. Pontif. adeo ut instituta hæc ejusdem opusculi a Cortesio nostro satis diligens, & accurata confutatio, ad evertendas quoque Calvinii, Functii, Balei, Osiandri, Ortii, Illyrici, Salmasii, Spanhemii, Langii,

cæterorumque novatorum oppositiones comparata esse videatur. Dixi omnes fere recentiores hæreticos Veleni opinionem sequutos. Neque enim inter eos defunt, qui Petrum Romæ commoratum esse discrete asserunt, cujusmodi sunt Guilielmus Cave in *hist. litteraria*, Hammondus in *dissertatione 5. de Episcopis, & Presbyteris*, Pearsonius in *operibus posthumis*, Hugo Grotius in *Comment. in Petri Epist. 1.* Usserius in *Annalibus*, Joseph Scaliger tum in *notis ad Eusebii Chronicon*, tum in opere *de emendatione temporum*, Blondellus de *primatu*, Patricius Junius in *notis ad epist. S. Clementis*, Pappius, Jo. Clericus, & Thomas Itti-

fendatur, & rursus conscientiam meam obtestor, nullas hic fraudes, nulla mendacia, nec dolos me intrudere voluisse. Tum vero intra memet ipsum cogitare coepi, cum qui candorem ab aliis exposceret, vicissim quoque se candidum exhibiturum: dixique, contra aliorum opinionem non rationibus, sed jurgiis & maledictis pugnare, non candidi est, non ingenui, non docti, sed ineruditi, petulantis, invidi, & ejus, qui bellum indixerit veritati. Porro rationibus miscere contumelias, perinde est, ac si purissimæ lutulentam aquam miscueris, quo fit ut utraque lutulenta evadat. Cum igitur ab eo ipso, qui illa conscripsit candoris ac conscientiae pignus haberem, subito mutata voluntate ad scribendum accessi, quod mihi visus sum non dubiam, sed illustrem, non difficilem, sed perspicuam causam habere. Accedit etiam quod nihil mihi gratius, nihil jucundius accidere

Ittigius in *hist. Ecc. Babelius*, & *Basnagius in antiquitatibus Eccl.* Isaacus *Nevvtonus cap. 1. observat. in Apocalypsim*, *Baraterius in dissertat. de serie, & succes. primor. Pontificum*, & ii omnes, qui in sancti Ignatii Epistolas scripserunt, quarum altera ad Romanos sanctissimus ille Episcopus, & Martyr, luculentissimum de Romano S. Petri Episcopatu præbuit testimonium. Quamquam ne quid dissimulem, recentissimorum hæreticorum plerique fatentur quidem Romam Petrum venisse, sed primum Romæ Episcopum fuisse plane negant. Contentionis cupidiores, quam veritatis novas semper lites in-

tendere student, & multum profecisse sibi suadent, cum aut de Romano D. Petri itinere disceptatum jam esse jactent, aut si tantummodo probabile illud vocent, aut si tandem in illud maxime incumbant, ut confitent qui S. Apostolum xxv. annis Romæ mansisse, aut qui Episcopum Romanum fuisse profitentur, Ecclesiamque Romanam ab eo constitutam: quod Gulielmus Cave non immerito revocari posse in dubium arbitratur, & diserte negant Videlius, Bebelius, Ittigius, Basnagius, Petrus, Baratterius, ceterique heterodoxi fere omnes.

potest, quam in sacrarum litterarum studiis cum exercitatis hominibus assidua exercitatio. Sic enim facile quod verum est inveniri potest, præsertim si, ut nunc fore confido, nihil aliud quam veritas, immo Deus ipse quærat, quem ipsam veritatem esse ex sacris litteris didicimus. At vero Lectores admonitos velim, me nihil de Pontificis Romani auctoritate, nihil de donatione Constantini, nihil de Petri inter cæteros Apostolos loco disputaturum: non quin id copiose facere queam, præsertim cum nihil sit hoc tempore clarorum virorum ingenio tritum, elaboratumque magis; sed eo potissimum consilio, quod cum ea proprium opus desiderent; nunc id tantum quod nuper in eo libello in controversiam vocatum est, fueritne aliquando Romæ Petrus, accepimus discutiendum. Prior vero ante Persuasorem in hac opinione fuisse videtur celebris ille impietate Marsilius Patavinus, qui in Ludovici Bavari gratiam a Joanne XXII. diris execrationibusque ab Imperio dejecti, opus edidit contra Romanos Pontifices, quod etsi belli maximi seminarium, ipse tamen pacis defensorem appellavit (2). Quare id solum quærimus,

(2) De Ludovico Bavaro, deque Joannis XXII. in eum execrationibus, vide quæ habentur apud Raynaldum in *Annalib. Eccl.* tom. v. ad an. 1327. Liber autem Marsilii Patavini a Cortesio nostro supra citatus, servatur MS. in Biblioth. Vatic. n. 3974, meritoque in tenebris, quibus ob Pontificiam proscriptionem dignissimus erat, adhuc delitesceret, nisi illum Lutherana impietatis affecta

sec. xvi. in lucem edidissent. Confutavit tunc impias Marsilii opiniones, atque hæreses a Novatoribus ambabus ulnis amplexas atque ab inferis excitationes celeberrimus Catholicæ veritatis assertor Albertus Pighius lib. v. *hierarch. Ecclesiast.* ubi cap. 1. de eodem Marsilio Patavino, deque ejusdem nefariis scriptis hæc habet: „ Nemo „ diligentius, vehementius, „ aut etiam copiosius causam „ sacra-

mus, potueritne Petrus Romam aliquando proficisci, ut ex ejusmodi profectioe nihil contrarium, nihil pugnans iis, quæ in sacris litteris habentur omnino resultet. Quod cum, ut spero, dilucide ostensum fuerit, reliquum erit tantum, ut illorum auctoritatibus innitatur, qui proxime ad Apostolos accedunt & tempore & sanctitate, qui uno ore ejusmodi profectioem ad urbem Romam tam vere, quam constanter asseverant.

A Christi morte ad annum postremum Imperii Nero-

„ secularis potestatis adversus
 „ Ecclesiasticam egisse legitur,
 „ quam plane subvertere, &
 „ in nihilum redigere conatus
 „ est. Scripsit is ante annos
 „ ducentos ad Ludovicum Ba-
 „ varum temporibus Joan-
 „ nis XXII. a quo ille excom-
 „ municationis vinculo inno-
 „ datus fuerat, ex contumace
 „ hæreticum facere satagens,
 „ velut Apologiam quamdam
 „ adversus auctoritatem Pon-
 „ tificiam, cui *defensoris pacis*
 „ titulum fecit, cum eandem
 „ omni studio eliminat ab Ec-
 „ clesia. Fuit homo Aristote-
 „ licus magis quam Christia-
 „ nus, atque ex illius magis
 „ quam Christi institutis no-
 „ vam Ecclesiasticæ hierarchiæ
 „ formam conatus effingere,
 „ quamvis sacras litteras, &
 „ sanctorum Patrum senten-
 „ tias, sed suo more intelle-
 „ ctas, sine fine & modo con-
 „ gerat, veritatique confiden-
 „ tissime objiciat, ubique se-

„ ipsum victorem pronun-
 „ tians, sed ante victoriam;
 „ tam amarus tam virulen-
 „ tus in Romanos Pontifices,
 „ ut merito dubitares, nisi
 „ tempora disjungerent, hic
 „ ne a Lutero, an Lutherus
 „ ab isto suam didicerit rheto-
 „ ricam, nam uterque alterum
 „ in hac parte conatur vince-
 „ re. Cæterum auctores coæ-
 „ vi, qui Marfilii errores oppu-
 „ gnarunt præter Joannem XXII.
 „ in eruditissimo decreto damna-
 „ tionis Marfilii & Joannis de
 „ Janduno ejus magistri dato
 „ Avenione x. Kal. Novembr.
 „ Pontificatus sui an. xii. (quod
 „ extat apud Raynaldum tom. 14.
 „ ad an. 1327. n. 27.) memoran-
 „ tur Alvarus Pelagius Silven-
 „ sis Episcopus in libro *de planctu*
 „ *Ecclesiæ*, Alexander de S. El-
 „ pidio Ep. Ravennas in lib. *de*
 „ *jurisdictione Imp. & auctorit.*
 „ *Sum. Pont.* & Petrus de Palude
 „ Ord. Præd. in lib. *de causa imme-*
 „ *diata Ecclesiastica potestatis.*

Neronis, quo demum tempore Petrum cruci affixum fuisse authores fere omnes consentiunt, septem & triginta anni fuere paucis mensibus detractis. Siquidem Tiberius annis viginti tribus in Imperio vixit, quorum decimo octavo duobus Geminis Rubellio & Fusio Cons. passum fuisse Christum, nemo fere est, qui ambigat (3). Nam Tertulliani opinio

(3) Annus Tiberii xviii. re-
 spondet juxta Baronium anno
 æræ vulg. xxxiv. ad quem idem
 Baronius in Annal. Christi Do-
 mini passionem retulit, quam
 tamen Cortesius noster Tertul-
 lianum, Lactantium, Augusti-
 num, Hieronymum, aliosque
 veteres Patres sequutus cum
 Consulatu *duorum Geminorum*
 anno æræ Christianæ xxix. ge-
 sto, illigavit. Scribit porro
 Pagius in Crit. eorundem An-
 nal. Eusebium inter primos
 fuisse, qui mortem Dominicam
 ab eo anno removerit, cui po-
 stea alii adhæsere. Itaque Eu-
 sebius in Chronico scripsit Chri-
 stum passum esse anno xviii.
 Imperii Tiberii Cæsaris, Cn.
 Domitio Enobarbo, & M. Fu-
 rio Camillo Scriboniano Cons.
 His quoque Consulibus Christi
 mortem alligavit Baronius.
 Julii Africani de Eclipsi in
 Christi morte conspecta, tria
 loca affert Pagius n. xi. & xiii.
 quorum primus est *eam eclip-*
sin, anno iv. Olympiadis ccii.
 alter *anno ii. Olympiadis ccii.*
 tertius *anno ii. Olympiadis ccii.*

contigisse. In primo mendum
 esse patet, legendumque an-
 no iv. *Olympiadis cci.* quod
 communem Olympiadum dis-
 positionem Africanus sequutus
 sit, in secundo vero & tertio
 nullus error est ex Pagii sen-
 tentia, quod Africanus Olym-
 piades, & annos Olympiadis
 biennio citius exordiat. At
 quum olim Epiphanius, & su-
 periori sæculo Keplerus & Pe-
 tavius, Christum passum esse
Tiberio Augusto V. L. Ælio Se-
jano Cons. anno æræ vulga-
ris xxxi. senserint, & annum
secundum Olympiadis ccii. huic
 æræ Christianæ anno accom-
 modaverint, ut est apud Pet-
 avium in animadversionibus ad
 Epiphanium pag. 176. & de do-
 ctina temporum lib. xii. c. xii.
 & xiv. receptissimam opinio-
 nem de passione Christi ad
 Consulatum duorum Geminorum
 referenda, falsitatis coar-
 gui posse, nescio quo pacto non-
 nulli sibi blandiuntur. Hanc au-
 tem Cortesii sententiam non
 desunt ex recentioribus criticis
 atque chronologis, qui tuean-
 tur,

in libro, quem adversus Judæos scripsit (*cap. 8.*) manifeste repugnat testimonio Lucæ. Scribit enim quinto decimo anno Tiberii Christum actum fuisse in crucem, habentem annos, ut illius verbis utar, *quasi triginta cum pateretur*. Lucas vero quo tempore a Joanne baptizatus est, quod accidit anno quinto decimo Tiberii Cæsaris (4), Jesum scribit

tur. Profecto M. Antonius Capellus in disertat. de Christi Cœna suprema, & Godefridus Henschenius exercit. 1. in catalogos veteres antiquorum Pontificum præmissos tom. 1. Aprilis Bollandiani pag. 5. mortem Christi in Consulatum duorum Geminorum, hoc est ad annum xxix. æræ Dionysianæ referendam esse censent, quodque maximum huic opinioni pondus affert, eandem sequi videtur, vir in Chronologicis hisce studiis versatissimus Henricus Card. Norisius Augustinianæ familiæ decus in Cenotaphiis Pisanis disertat. cap. xvi. §. xii. pag. 325. ubi monet, secundum hanc sententiam tria tantum Paschata Christum post Baptismum prædicante admitti posse. Vide etiam clari præsulis Franc. Blanchinii Prolegomena ad vitas Rom. Pontificum opusc. iv. tom. ii. pag. x. & seqq. in quibus demonstrare conatur, Christum passum esse duobus Geminis, sed horum Consulatum in annum æræ vulgaris xxviii. conferendum esse, quum

hactenus celebriores Chronologi illum anno xxix. alligarint.

(4) Petrus Possinus in Epistola præposita Propyleo ad Acta Sanctorum mensis Maii pag. 16. Christum ætatis anno tricesimo, ac item anno tricesimo æræ vulgaris baptizatum putat, proinde Natalem Alexandrum, Christum baptizatum anno ætatis xxxiv. docentem impugnat. Licet enim ex Lucæ loco cap. 3. (inquit Pagius in Critica ad Annal. Baronii) nihil certi erui possit de ætate Christi cum baptizatus est, an nempe anno xxx. ineunte, vel exeunte id factum sit, aut xxix. finiente, & xxxi. incipiente, verba tamen ejusdem Evangelistæ tantam latitudinem non videntur pati: saltem nullus ex antiquis Christum anno ætatis xxxii. aut xxxiii. ad baptismum accessisse tradidit. Verum est, conatos fuisse quosdam Tertulliani exemplo huic licentiæ auctoritatem asserere, quod is cum Christum per tres annos Evangelium prædicasse cerneret, in lib. 1. contra Marcio-

tum demum annum trigesimum attigisse; cum tamen ex Evangelii historia certum sit, eundem postea vixisse annis tribus, ut quemadmodum diximus, ejus mors inciderit in decimum octavum annum Tiberii, ut supersint ad mortem Tiberii integri anni quinque. Tiberius enim septimo, Christus viii. Calend. Aprilis decessere (5). His adde Cæii cognomento Caligulæ triennium & menses decem. quaternos denos Claudii & Neronis annos, simul omnes plus minus septem & triginta colliguntur. In quibus non semel tantum, sed iterum ac tertio potuisse Petrum Romam proficisci, manifestissimis argumentis convinci potest. Sed quoniam primam ejus profectionem in secundum Claudii annum rejecit Hieronymus, qua ratione id fieri potuerit, diligentius inquirendum est. Cumque omnes consentiant, Paulum anno primo a Christi morte evocatum fuisse ad fidem, iidem anno quarto Hierosolymas venisse, & vidisse Petrum, concedant necesse est. Siquidem triennio post illam evocationem (ut ipse ait *epist. 1. ad Galat.*) ascendit Hierosolymas, & mansit apud eum diebus quindecim, anno

B

scili-

cionem scripserit, Christum anno Tiberii duodecimo clarificatum, seu baptizatum fuisse, quod idem est, ideoque inquirunt, anno ætatis xxviii. circiter baptizatum esse juxta Tertullianum, qui docet, eum annos tantum xxx. vixisse. Sed illi meo iudicio hallucinantur. Tertullianus enim videns eam, quam libro adversus Judæos scripserat, opinionem, Christum scilicet passum esse, natum annos circiter xxx. maximas pati dif-

ficultates, tres vitæ ejus annos in lib. 1. contra Marcionem addidit. Unde non baptismum in annum vitæ ejus xxviii. sed natale in annum Julianum xli. retraxit.

(5) Tiberius xvii. Kalend. Aprilis, seu die xvi. Martii, Svetonio in Tiberio cap. xvi. & Tacito lib. vi. Annal. testibus, supremum diem obiit, regnavitque annos xxii. menses vi. dies xxvi.

scilicet Tiberii vigesimo secundo. Ad quem diem variis conjecturis assequi possumus, Petrum ex Judæa & finitimis locis non discessisse. Statim vero dimisso Paulo, profectus est Lyddam (*Act. cap. xi.*) ubi Æneam Paralicum salutis restituit; accersitus deinceps a discipulis Joppem, Tabitham mortuam revocavit ad vitam. Cumque dies aliquot apud Simonem, ut Lucas ait, *curiarium hospitatus esset*; accitus Cæsariam a Cornelio Centurione (*Act. cap. x.*) primum *ex gentibus* trophæum erexit, sic enim appellant sacræ litteræ eos, qui ex Judæorum secta non erant. Anno demum septimo rursus Hierosolymas derelinquens, Cæsaream profectus est, cum Simone Samarita disputaturus (6); paucisque ejusdem an-

(6) Quamquam de Simonis Magi in Urbe & mora & obitu alibi opportunior sese offeret differendi occasio; nihilominus quæ ad hominis genus, patriam, artemque pertinent, breviter hoc loco delibare juvabit. Natus est igitur Simon Githis sive Gitton Samaritæ vico, ut diserte testantur Justinus *Apol. 2.* & Epiphanius *heres. 20. n. 1.* (quamquam incertum adhuc sit an hominis patria illa Geth fuerit Eleuthero- poli Gazam petentibus occurrens, D. Hieronymo auctore in *Mich. 1.* an altera quinque miliaribus distans ab Eleuthero- poli in via ad Lyddam, Eusebio adnotante, & nonnulli ex recentioribus criticis eum confundant cum Simone illo

magico Cyprio, cujus opera Felix Judææ præses ad sollicitandam Drusillam Regis Agrippæ filiam, ut relicto Azizo Eme- forum rege sibi nuberet, abusus est, Josepho & Tacito testibus:) natus igitur Simon Githis, & magicas professus artes, a quibus nomen sortitus est, eam sibi apud Samaritanos existimationem comparavit, ut *virtutem Dei* illum appellare non erubescerent, *Act. viii. 10.* Cum Philippus Samariam Evangelica luce illustraret, *Simon ipse credidit, & cum baptizatus esset*, sanctissimo Diacono comitem sese adjunxit, fido tamen animo & subdolo, sperans scilicet virtutem patrandorum miraculorum ediscere. At vero ut ea novit, quæ

anni interpositis mensibus, pervenit Antiochiam, ut refert Clemens in primo *Recognitionum* libro. At vero mira incrementa vera Religio acceperat Antiochiæ, jam inde ab obitu Stephani: eo enim pervenerant discipuli profugi ex Judæa, quo deinde quoque jussu Apostolorum profectus Barnabas, adjuncto sibi Paulo, qui a fuga ex Hierosolymis ad eam diem in Cilicia ociosus federat, ejusmodi adju-

B 2

men-

Vtextu. f. 26.

que Apostoli manus imponentes conferebant Spiritus Sancti dona, de ea sibi auro comparanda potestate cogitavit, neque timuit impotens eam ab Apostolis petere ausu plane impio ac temerario: ex quo dignum Apostolorum principe zelum concipiens Petrus; *pecunia tua*, inquit, *tecum sit in perditionem*, *Act. viii. 10.* Hinc desumitur hæreseos, quam veterum hæresim vocant origo, totaque Petrum inter & Simonem magum jurgii causa, nec plura aperte de sceleratissimo hæresiarcha narrantur in sacris litteris, aperte, inquam, quem nemini dubium sit, quin SS. Apostoli Petrus, Paulus, Judas, atque Jacobus passim in suis epistolis Pseudo- Apostolos suggillantes, Simonem ipsum, ejusque socios & discipulos præ oculis potissimum habuerint. At Simon ubi se ab Apostolis rejectum vidit, larvam exuens; fidem, quam mentiebatur aperte deseruit, utque pestiferos suos

errores, & voce, & exemplo, & scriptis (de quibus vide S. Hieron. *Comment. in cap. 24. Matthæi*) facilius propagaret *procul abiit, nempe Romam, eo quod Apostolus illuc non pervenerat*, quemadmodum S. Chrysostomus monet *Homil. 18. in Acta Apostol.* Quid autem impius homo Romæ egerit, quando, & quo mortis genere ibi obierit, narrabimus paulo inferius pag. 30. Non ignoramus, in Constitutionibus Apostolicis, Recognitionibus, aliisque apocriphis libris, memoriæ proditum esse, Simonem magum antequam Romam se conferret, Cæsareæ in Palæstina cum Petro iterum disputasse, & inde se recepisse Tripolim Phœnicæ urbem, ac tandem Romam aufugisse. Sed hæc, aliaque plura, quæ ab incertæ fidei authoribus de Simone narrantur, libenter prætermittimus, ne commentitia, aut saltem dubia cum his quæ explorata sunt commiscere videamur.

mentum jam invalescentibus rebus præstitit, ut primo Antiochiæ sint appellati *Christiani* (Act. xi.) Ibi vero hoc eodem septimo anno a Christi obitu, sacerdotii *Cathedram Petro erexerunt discipuli*, ut in postremo decimo libro ejusdem operis idem Clemens testatur (7). Ut vero constat Paulum eo tempore Antiochiæ non fuisse, quippe quem non deinceps videre Petrus usque ad annum duodevicesimum a Christi morte potuit; sic rursus a plerisque dubitatur, quot annis ipse Petrus Antiochenam Sedem tenuerit. Nam septennium Damasi (8), & Platina, salva auctoritate graviorum historicorum, defendi non potest. Ego vero quinquennio ab ea die Petrum in Asia se continuisse non dubito, & eas regiones circuisse, quas ipse in epistola sua enumerat, cum interim tamen Pontifex Antiochenus haberetur (9). Unde cum rursus undecimo post Christi

(7) De *Recognitionum* libris S. Clementi Papæ I. perperam tributis, paullo inferius erit differendi locus.

(8) Nimirum libri Pontificalis, qui Cortesii ætate Damaso Papæ adscribatur.

(9) Vetus opinio est jam usque ab Apostolicis ducta temporibus, eaque & omnium ferme antiquorum Patrum, & utriusque Ecclesiæ tum Latinæ, tum Græcæ firmata consensu, Antiochiæ Cathedram Episcopalem ab Apostolorum principe Petro occupatam primo fuisse. Nam ut Hieronymi, Chrysostomi, Eusebii, Innocentii I., Magni Leonis, Gre-

gorii item Magni, Origenis, Theodoreti, aliorumque Ecclesiasticorum Scriptorum testimonia præteream; inde certe factum est, ut a primis Ecclesiæ seculis Antiochena Sedes tertium post Romanam atque Alexandrinam locum obtinuerit, ejusdemque ut a D. Petro institutæ memoriam die xxii. Februarii universa quotannis celebraret Ecclesia.

Omnium primus Tillemontius nota 25. sur *Saint Pierre* sese sollicitum ostendit, ne opus *Recognitionum* Pseudo-Clementis a Cortesio nostro superius laudatum, daret assensum ad dubitandum ab illo ac-

si mortem anno Hierosolymas venisset, ea acciderunt, quæ de Jacobo fratre Joannis scribuntur in Apostolorum Actis: quod secundo Claudii anno evenisse credo, & rationem, quare ita credam afferre possum. Duo fuerunt eodem tempore cognomen-

B 3

to

cepta esse ea omnia, quæ de Antiocheno S. Petri Episcopatu prædicantur. Suspicionem Tillemontii profecit Basnagius ad an. 40. n. 20. quin imo audacior factus, non erubuit pro certo affirmare, Antiochenum Petri Episcopatum, commentum esse ab *Recognitionum* Clementis lacunis exortum. Utrumque authorem refellit Boschius in tract. de Patriarchis Antiochenis Antuerpiæ edito an. 1725.

Non ignoro argumento ex festo Antiochenæ Cathedræ ducto, adversari Edmundum Richerium lib. 3. defens. c. 5. n. 6. qui *Cathedram Petri, doctrinam Evangelicam, quæ ubique una est, designare* contendit, & hanc *Cathedram nomine Petri celebrari, quia interrogante Domino, quem me esse dicitis? Petrus pro omnibus doctrinæ evangelicæ summam & fundamentum professus est his verbis: Tu es Christus filius Dei vivi; concludens ob eam causam Patres Ecclesiæ primitive, festum Cathedræ Petri, id est doctrinæ Evangelicæ festum celebrasse sub nomine Cathedræ Antioche-*

næ. At si Ecclesia hoc festo non institutum a D. Petro Antiochiæ Episcopatum, sed doctrinam Evangelicam recolat, quare ab Antiochia vocatur, non autem ab Hierosolyma, aut a Roma, vel potius quare solius Cathedræ voce, nullo peculiaris urbis nomine adjecto non utitur? Numquid Antiochiæ tantummodo docuit? Sed Romanam quoque Cathedram colit Ecclesia. Quid igitur distinctis nominibus duas has Cathedras memorat ac veneratur, si Cathedræ nomine Evangelii doctrinam intelligit, quæ certe ubique gentium eadem est? Fatemur a SS. Patribus Chrysostomo, Hieronymo, Beda, Anselmo interdum *Cathedra* voce doctrinam exprimi evangelicam; at iidem sæpius, immo fere semper eo nomine potestatem Ecclesiasticam significant, ut videre est apud Cyprianum epist. 52. Optatum lib. 2. contra Parmenianum, Pseudo-Augustinum Homil. de Cathedra S. Petri (olim inter opera sancti Doctoris 15. de sanctis, sed Lovaniensium & Maurinorum sententia aucto-

to *Herodes*, alter Antipas Tetrarcha Galileæ ejus filius, qui pueros trucidarat. Hic Christo illufit veste alba, hic violato sanguinis & hospitii jure uxorem Herodiadem a fratre Philippo abduxit, hic denique humana, divinaque permiscens, in Mache-

thoris incerti, licet antiquiffimi) aliosque complures, quos enumerare longum effer. Fate- mur infuper ex aliquibus vetuffiffimis Kalendaris, Martyrologiis atque Miffalibus a viro clariffimo Petro Francisco Foggino in exercitat. ix. de *Antiocheno D. Petri Epifcopatu* laudatis conici poffe, quibusdam in locis ita celebratum fuiffe Cathedralæ Petri feftum, ut S. Petri Primatus potius, quam Romanus five Antiochenus Epifcopatus recoleretur, propterea quod dum in iisdem feftum Cathedralæ Petri indicatur, nulla Romæ aut Antiochiæ fit mentio; non tamen hinc concludi poffe Antiochenæ & Romanæ Cathedralæ fefta minus antiqua effer, probat idem eruditiffimus Fogginus *loc. cit.* ex aliis compluribus non minoris antiquitatis Martyrologiis & Kalendaris, in quibus diferte utriusque fefti fit mentio. Sed ad propositam de Antiocheno D. Petri Epifcopatu quæftionem revertamur.

Quamvis de anno ipfo quo S. Petrus Antiochenum Epifcopatum fulceperit, non una

fit eruditorum fententia, omnes tamen conveniunt diu, hoc effer sexennio faltem ante fecundum Claudii Imperantis annum quo primum Romam venit, Antiochenæ Ecclefiæ fundamenta jeciffe. Nam Onuphrii Panvini afferentis in *additionibus ad Platinam* longe post Romanam Ecclefiam, nimirum post Concilii Hierofolymitani tempora, initia fua Antiochenam fumpiffie, jamdiu a Bellarmino, Baronio, Natale Alexandro, ceterisque explofa fententia effer. Bacchini autem, Fogginiique eruditiffimorum noftræ ætatis viro- rum opinio, afferentium Antiochiæ Petrum federe cœpiffe anno Claudii imperantis fecundo, five a paffione Domini duodecimo cadente, præterquamquod nimis aperte refellitur ab Eufebio, Gregorio M. Joanne Chryfoftomo, Nicephoro, Ifidoro, aliisque una voce docentibus, plurium annorum fpatio D. Petrum Antiochiæ Epifcopum fuiffe, tota pendet ex falfitate epochæ adventus Sauli ac Barnabæ Antiochiam, quem ad eundem fecun-

runte caftello jugulavit Baptiftam. Alter natus Aristobulo, filio Herodis regis & Mariannæ, *Agrippa*, in gratiam generi Augufti Cæfaris appellatus a Cajo Caligula, Rex Judeæ, fumulque Philippo defuncto Tetrarcha Itureæ, & Traconitidis regionis confti-

B 4

tutus;

fecundum Claudii annum referunt, quemque e contra ante quinquennium contigiffe, mox oftenturi fumus, fi prius quæ ad communem veterum fcriptorum fententiam explicandam confirmandamque pertinent, in medium proferamus.

Ac primo illud animadvertendum, Antiochenam feffionem mediam inter duas profefiones S. Pauli Hierofolymas conftitui oportere, hoc effer inter annum Tiberii ultimum, a Christi paffione iv. & annum Claudii imperantis fecundum, a Christi paffione xi. Anno enim a Pauli converfione tertio, hoc effer quarto a Christi obitu, adhuc Hierofolymis erat Petrus, quemadmodum ipfe D. Paulus teftatur ad Galatas fcribens: *Deinde post tres annos veni Hierofolymas videre Petrum.* Annus autem Claudii fecundus, quo D. Paulus iterum Hierofolymas fe contulit, ut *Collectas* deferret cum Barnaba fratribus ad famem ab Agabo prædictam fublevandam, *Act. xii.* effer idem undecimus a Christi paffione annus, quo Apoftolorum prin-

ceps ab Herode in carcerem conjectus, & ab Angelo liberatus, Romam veniffe perhibetur. Quod autem S. Pauli converfio non ad annum tertium, ut vult Calvinus, fed primum a paffione Christi fit referenda, ita ut annus ab ejus converfione tertius, quo primum fe vidiffe Petrum Hierofolymis teftatur in laudata *epift. ad Galat.* refpondeat anno a Christi obitu quarto, facillime ex ipsa Aëtorum Hiftoria probatur. Etenim inter Concilium Hierofolymitanum & profefionem S. Pauli Romam, vi. faltem anni effluxere (ut tempus illud fileam quod in fuis peregrinationibus confumpfit) quibus in Oriente commemoratus effer: xviii. quippe menfibus Corinthi (*Act. cap. 18.*), iii. menfibus in Ephæfina Judæorum Synagoga (*Act. 19.*), ii. annis in fchola tyranni (*ibid.*) ii. menfibus in Græcia (*Act. 20.*), duobus denique annis in Hierofolymitano carcere manfit (*ibid.*) Atqui idem S. Paulus Hierofolymis Romam profectus effer anno a paffione Christi xxv. five ipfum paffio-

nis

tutus; postremo etiam Abellæ tetrarchiam, quæ Lyfanix dicebatur obtinuit. Inter hos Herodes diu occultæ inimicitix odiaque intercesserunt, nutriende potissimum Herodiade alterius sorore, uxore alterius, fœmina vehementis ingenii, & supra mu-

nis Dominicæ annum recensendo xxvi. ut notat Hieronymus in *Catalogo scriptor. Eccl. in Paulo* (e carcere siquidem solutus est eo ipso anno, quo Festus Judææ prorex successit Felici (*Act. cap. 16.*) nimirum sub Antistii Consulatu, sive anno secundo Neronis, si profanis etiam authoribus fides): Igitur si ex xxiv. annis post passionem Christi sexennium demas interpositum inter Concilium Hierosolymitanum, & profectionem S. Pauli Romam, constabit Concilium illud celebratum fuisse xviii. anno a passione Christi, non vero xx. ut Heterodoxi supponunt. Porro inter S. Pauli conversionem, & Concilium Hierosolymitanum xvii. fluxerunt anni, ut ex ipsomet D. Paulo discimus *ad Galat. 1.* scribente: *Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum ... Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam.* Ex annis igitur xxiv. post passionem Christi, quibus exeuntibus S. Paulus Romam profectus est, subtrahamus, ut modo diximus, sex annos inter Hiero-

solymitanum Concilium, & profectionem illam Romanam elapsos, & ex xviii. annis residuis demamus xvii. qui S. Pauli conversionem inter & dictum Concilium interfluxere, manifesteque apparebit, conversionem illam anno primo post Christi mortem contigisse. Si igitur annus a S. Pauli conversione tertius, quo venit *Hierosolymam videre Petrum*, & ab Hierosolyma in partes Syriæ & Ciliciæ se contulit, quartus annus fuit a passione Christi, ut modo probatum est, sequitur S. Petrum Antiochiæ Sedem stabilire non potuisse, nisi post eundem annum a Christi passione quartum; & quidem paucis diebus ante mensibus ante ipsius D. Pauli Antiochiam adventum. Etenim S. Leo epist. 43. ad Anatolium dilerte ait, *in Antiochena Ecclesia primum predicante B. Apostolo Petro Christianum nomen exortum esse*, & S. Joan. Chrysostomus in *Inscript. Act. 12. n. 6.* *Hec est una, inquit, nostre civitatis prerogativa dignitatis, quod Principem Apostolorum ab initio doctorem acciperet,*
aquum

muliebres spiritus. Postremo tamen Antipa a Cajo Tetrarchia multato, pulsoque cum Herodiade Lugdunum in exilium, pars quoque ea Syriæ cessit Agrippæ, qui primus post Herodem Idumæum, partem Syriæ longe maximam solus obtinuit. Hic quo muni-

aquum enim erat, ut ea, quæ nomine Christianorum ante universum orbem terrarum ornata fuerat, primum Apostolorum pastorem acciperet. Quod verum nullatenus esset, nisi eodem anno Petrus Antiochiam pervenisset, quo illuc appulit S. Paulus, quum scilicet cognominati sunt primum Antiochiæ discipuli, *Christiani* (*Act. xi.*) Grave magis & apertum rei testimonium dare putat Bacchinius in *dissertat. de Eccl. Hierarchia originibus p. 1 cap. 3.* ex D. Ignatii Epistola ad Magnesianos, ex qua hæc recitat: *Simus itaque digni cognomento quod accepimus, qui enim alio nomine appellatur præter hoc, hic non est Dei, nec accepit prophetiam loquentem de nobis, & vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit: & erit populus sanctus; Antiochiæ enim primum discipuli appellati sunt Christiani, cum Petrus & Paulus Ecclesiam fundarent.* Quo quidem testimonio etsi omnino careat epistola ad Magnesianos, quam latinam ex Anglicano Codice Uferius, Græcam vero ex Flo-

rentino Bibliothecæ Mediceo-Laurentianæ primum Vossius, deinde Carolus Aldrich emendatissime ediderunt, minime tamen illud negligendum existimavimus, ea potissimum de causa quod Ignatii epistolæ interpolator, cui laudatæ epistolæ verba tribuenda videntur, antiquissimus sit, ut pote quem fucum fecisse constat tum Stephano Gobarō, tum Anastasio Patriarchæ Antiocheno, tum demum Chronici Paschalis confarcinatori, quorum primum floruisse an. circiter 580. secundum an. circiter 595. tertium septimo Ecclesiæ seculo recentiore non esse cognovimus. Receptam opinionem de Antiochena D. Petri Sede eodem anno quo Barnabas Paulusque illuc appulerunt constituta, mirifice confirmare videntur, quæ Bacchinius observat in dissertatione superius laudata. Quum enim D. Lucas in *Actis*, Ecclesiæ nomen nulli loco tribuat antequam ibi multi numero in Christi gregem cooptati homines degant, apud quos Cathedra Episcopalis sit, Antiochiæ ita

munitior esset ad omnes casus, contra vim dolosque & fororis & Antipæ si popularium animos sibi conciliaret, gentem Judæorum statuit ipsigni aliquo munere demereri. Cumque vehementer illos infensos Christianis sciret, iniecit manus, ait Lucas,

ita mentionem facit *Actor. c. xi.* ut omnia ibi ad illud usque tempus, quo Barnabas Antiochiam Saulum perduxit, Hierosolymitanæ Ecclesiæ nutu facta esse videantur. Statim autem ac eos Antiochiam pervenisse memorat, jam Ecclesia ibi erat constituta, ut Lucas *Ecclesiæ* vocabulo utens satis aperte innuit, neque deinceps aliud occurrit in toto *Actorum* libro, quod Hierosolymitanæ Ecclesiæ in Antiochenam jus indigitet, scilicet cessavit, quando Antiochiæ Ecclesia est constituta. Sed jam ipsum Lucam audiamus: *Et illi quidem qui dispersi fuerant a tribulatione qua facta fuerat sub Stephano perambulaverunt usque ad Phœnicem & Antiochiam, nemini loquentes verbum nisi solis Judæis. Erant autem quidam ex eis viri Cyprii & Cyrenæi, qui cum introissent Antiochiam loquebantur & ad Græcos annuntiantes Dominum Jesum. Et erat manus Domini cum eis, multusque numerus credentium conversus est ad Dominum. Pervenit autem sermo ad aures Ecclesiæ, quæ erat*

Hierosolymis super istos, & miserunt Barnabam usque ad Antiochiam. . . . Profectus est autem Barnabas Tharsum, ut quaereret Saulum, quem cum invenisset, perduxit Antiochiam; & annum totum conversati sunt IBI IN ECCLESIA, & docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antiochia discipuli, Christiani. Ex quibus verbis colligitur eodem fere tempore Antiochiæ Ecclesiam constitutam, & qui se Christo adjunxerant, primo tunc vocatos esse Christianos.

Porro altera S. Pauli profectio Hierosolymam, ut elemosynas cum Barnaba ad levandam famem ab Agabo prædictam fidelibus deferret, quo etiam tempore S. Petrus ab Herode Agrippa in carcerem conjectus est; illa inquam profectio contigit anno a passione Christi x. Etenim Scriptura testatur famem illam fuisse grassatam sub Claudio *Actor. xi. vers. 29.* & *Dio lib. 68.* famis illius universalis quæ Claudio imperante contigit initium refert ad annum 795. ab Urbe condita, id est ad annum Claudi

cas, ut malis afficeret quosdam de Ecclesia. Trucidato igitur Jacobo fratre Joannis; Petrum, qui illis diebus, ut diximus Hierosolymam venerat, coniecit in carcerem: qui divino beneficio Angelique ministerio eductus, exiens abiit in alium locum

(*Act. xii.*

dii imperantis secundum, qui post Christum passum undecimus fuit. Quum igitur a prima ad secundam S. Pauli profectio Hierosolymam septem anni interfluxerint, nimirum quinque consummati, & duo imperfecti, ut modo probatum est; Antiochena autem D. Petri sessio media inter easdem duas profectioes necessario sit statuenda, mirum non est, si veteres auctores in assignando hujusce sessionis tempore ita dissentiant, ut alii septem, alii vero quinque annorum spatio eam sedem tenuisse existimaverint.

Nec obstat Epochæ, quam huc usque illustravimus veritati, illa Apollonii traditio ab Eusebio relata *lib. 5. hist. cap. 18. al. 17.* de Christi mandato ad Apostolos ne ab Jerusalem intra duodecim annos discederent. Manifeste ea siquidem refellitur ex *Actis Apostol. cap. 8. 9. & 10.* ubi legimus Petrum longe ante illud xii. annorum spatium profectum in Samariam, Lyddam, Joppem & Cæsaream, eundemque carcere liberatum, Judæa

excessisse. Sanctus vero Paulus quum primum Hierosolymam venit, Apostolorum neminem vidit alium præter Petrum, & fratrem Domini Jacobum, *epist. ad Galat. cap. 1. v. 18. 19.*

Quod autem S. Lucas *Actor. cap. xi. vers. 27. 28* & *cap. xii. v. 1.* immediate post Agabipphetiam & secundam Pauli peregrinationem, & Jacobi martyrium & Petri vincula recenset, quasi eodem anno quo Antiochia cognominati sunt primum discipuli, Christiani, quod quæ Agabus famem, quæ facta est sub Claudio Cæsare prædixit, D. Paulus denuo Hierosolymam sit profectus, Herodesque Agrippa Jacobum fratrem Joannis occiderit, ac Petrum in carcerem coniecit; adeo ego quidem alienum existimo quum D. Luca verba contemtor, Agabi prædictionem ad secundum Claudii annum quo hæc omnia acciderunt, referre, ut potius vaticinium illud, quod sub Claudio impletum est, Claudii imperium longe præcessisse evidentissime appareat. *Surgens,* inquit Lucas, *unus ex eis nomine*

(*Act. XII. 1. 2. & c.*) Quæ omnia secundo anno Claudii contigerunt. Siquidem Lucas, descripta famis acerbitate, qua sub eo Principe per universum orbem laboratum est, statim subjunxit illud tempus, scilicet quo fames invaluerat, nec illud postea accide-

mine Agabus significabat per spiritum famem magnam futuram in universo orbe terrarum, QUÆ FACTA EST SUB CLAUDIO CÆSARE. Quis non videt, famem diu post prædictionem evenisse, S. Lucam docere? sive prædixisse Agabum sub Cajo, quæ futura erat sub Claudio immanis fames? Perpendantur quæso verba illa: *quæ facta est sub Claudio Cæsare*; nonne utrumque significare videntur? At Lucas, testatur *Act. XII. 1. eodem tempore*, quo Agabus vaticinatus est, ab Herode occisum Jacobum fratrem Joannis gladio, & D. Petrum in carcerem trusum fuisse. Verum quis ignorat, solemnem esse sacræ Scripturæ morem, ut plerumque res tempore multum diffitas, immediate subnectat, ac veluti una serie recenseat? Nec sane veremur clarorum virorum Petavii, Ufferii, aliorumque auctoritatem, existimantium famem ab Agabo prædictam Claudii imperantis anno secundo, illam ipsam esse, quæ anno ejus imperii quarto vel sexto Romanum orbem vexavit. Quis enim sibi persuadeat,

Agabum anni quarti famem, prædixisse anno secundo, quum scilicet jam illa adeo grassaretur, ut facile Ethnicis ipsi rationibus a natura petitis diutius duraturam possent prævidere? Narrat Svetonius de Claudio, quod *arctiore annona ob assiduas sterilitates detentus quondam medio foro a turba, conviciisque, ac simul fragminibus panis ita instratus, ut agre, nec nisi postico evadere in palatium valuerit*. Nemini dubium est illud *ob assiduas sterilitates*, continuatam sane per plures annos caritatem denotare, quæ tandem eo devenit, ut Romani Claudium interficere tentaverint, quod indicat Svetonius, & testantur etiam Tacitus *Annal. lib. XII.* & Orosius *hist. lib. 6.* quorum primus undecimo, alter decimo id factum scribit ejusdem Claudii anno.

Igitur credibile in primis esse videtur, Cajo imperante circa annum a Christi passione septimum, prophetam Agabum illam prænuntiasse famem, quæ postea *sub Claudio* per totum Romanum orbem graf-

cidere potuit, quando, ut Josephus, & Egesippus scribunt, tertio Claudii anno, Agrippa ipse, qui Petrum coniecit in carcerem, fato concessit. Cujus cum tam late pateret imperium, vim furoremque declinaturus Petrus, simul etiam ut Simonis Samaritæ vestigiis insisteret (10), Romam profectus est, nec

grassata est, quæque anno ejusdem imperii primo exeunte inchoata, per plures quoque sequentes annos perstitisse, & maxime secundo, quarto, & sexto sævisse, tradunt historici. Certe idem Imperator, Dione teste, ne fames Romam perderet, de portu Ostiæ extruendo consilium statim iniit, quem tamen *absolvit agre, & post undecim annos quamvis continuis triginta hominum milibus sine intermissione operantibus*, teste Svetonio superius laudato, & cl. Pagius in *Critica ad an. 44. Baronii num. 67.* annonæ caritatem an. Claudii imperantis primo inceptam, ostendit ex quodam ipsius Claudii nummo apud Mediobarbum, qui exhibens verba *TI. CLAUDIUS CAESAR*, ac frumentario vase spicis repleto distinctus, in postica hæc habet: *PON. M. TR. P. IMP. COS. DES. S. C.* unde primo Claudii anno eum fuisse facile evincitur, quum secundo Claudius, Consul iterum fuerit. Sed de his jam satis.

(10) De Simonis magi ad Urbem accessu, deque divinis, quos sibi magicis artibus apud Romanos comparavit honoribus, consule quæ habentur apud Justinum in *Apologetico pro Christianis ad Antoninum Pium*; quem sequuntur Irenæus *lib. 1. cap. 20.* Tertullianus *Apologet. cap. 13.* & 14. alique. Hi præterea ex eodem Justino referunt *Simoni Mago* statuam a Romanis positam fuisse cum hac inscriptione *SIMONI DEO SANCTO*. Non desunt tamen viri eruditi, qui Justinum hominem Græcum errore deceptum putant. Certe, inquit Valefius in *animadvers. Eusebianis l. c.* statua illa, quam in Insula Tyberina viderat Justinus, non ita dudum effossa est cum hac inscriptione: *SEMONTI SANGO DEO FIDIO*. Sanguis Deus erat apud Sabinos, qui pactis & fœderibus præerat a faciendo dictus. Unde etiam *Deus fidius* vocatur ex fide; quin etiam per eum jurare soliti erant Romani. Fefellerunt forsân Justinum Samaritani qui-

nec ejus ulla est deinceps in Actis Apostolorum mentio, usque ad tempora conventus Hierosolymitani, in quo de circumcisione actum est, ut septem Petri annos Lucas silentio præterierit. Cum igitur Romam pervenisset per initia imperii Claudii, ut Orosius scribit (*lib. 7. cap. 6.*) sive quod nequaquam diversum est, *anno secundo*, ut ait Hieronymus, ejusmodi Religionis fundamenta posuit, ut postea ad Romanos scribens Paulus, quos nondum viderat, gratias agat Deo, quod illorum fides in universo mundo nunciaretur. Jam si ab hoc

quidam, qui statum illam *Simoni Samaritano* positam fuisse ei persuaserunt. Quasi vero Romani magum ac perfigiatorem adhuc viventem consecrassent; aut quasi Deum adjecto epitheto *sanctum* vocaverint. Justinus itaque aut nominum vicinitate, aut falsa relatione deceptus. Cæterum ad evertendam *Simonis* famam sub ipsius Claudii imperio Romam Petrum venisse, & Eusebius, & Hieronymus, & alii quoque veteres Patres unanimiter narrant. Quod autem idem Magus dum præter cætera, quæ in Urbe mira exhibuit, volare ausus, per aera veluti ad cælos ascendens ferebatur, D. Petro ad Dominum orante in præceps ruerit, suisque sceleribus dignam mortem subierit; testantur veteres gravissimique authores Arnobius *lib. 2. adversus gentes*, Cyrillus Hie-

rosolymorum Episcopus *Catechesi 6.* Epiphanius Salaminæ in Cypro Pontifex, *hares. 21.* Philastrius præterea Brixientis, Ambrosius, Augustinus, Sulpicius Severus, Isidorus Pelusiota, Maximus Taurinensis, Theodoritus Cyrensis; Legati demum Summi Pontificis Liberii, Lucifer nimirum Episcopus, Pancratius Presbyter, & Hilarius, in epist. ad Eusebium Vercellensem Episcopum, quæ legitur tom. 2. Concil. Labbei pag. 330. edit. Venetæ.

Verumtamen, qui Petrum Romæ fuisse negant, his aliisque veterum testimoniis minime deterriti, eam Petri de Simone victoriam, fictam fabulam esse contendunt, ex apocryphis Apostolicarum constitutionum & pseudo-Marcelli libris ortam, idque præcipue suadere nituntur. *Primo* ex dissensione aucto-

tempore supputetur annorum ratio ad postrema Neronis tempora, quinque & viginti invenientur, tot nempe, quot scribit Hieronymus, ut illius verbis utar, *cathedram sacerdotalem tenuisse*. Nec tamen toto eo spatio Romæ permansit. Inciderunt namque deinceps ea tempora, quibus Judæi tumultuantes, cum in proprium excidium præcipites ferrentur, Roma expulsi sunt, neque id ego in odium Christianorum factum esse opinor: fecerat enim idem antea Tiberius, qui nobis non modo non advertatus est, sed Christi etiam imaginem ha-

auctorum infelicem *Simonis* Magi volatum enarrantium, de qua satis accurate diligenterque Cotelierius in *notis ad cap. 9. lib. 6. Const. Apost. Secundo* quod hujus certaminis nemo ante Arnobium meminerit, cum tamen Patres trium priorum seculorum in Petri rebus celebrandis frequentissimi fuerint, quin & Eusebius ipse etsi *Simonis* potentiam a Petro extinctam fuisse memorat, nihil tamen habet de ejus volatu. *Tertio* ex silentio Dionis, Svetonii, & Taciti. *Quarto* quod omnes magiæ artes falsas a Nerone compertas fuisse Plinius nos moneat, neque fieri potuerit, ut sanctos Apostolos ob victoriam de mago relatam ad supplicium Nero vocaverit, quum jam magiam contemneret. *Quinto*, quod nullam hujus Apostolicæ victoriæ diem Romana Eccle-

sia annua recolat celebritate. *Sexto* demum ex auctoritate S. Augustini, qui in epist. 86. ad Casulanum opinionem hanc *pro falsa a plerisque Romanis* haberi asserit. Atque hæc sunt præcipua argumenta, contra *Simonis* volatum a recentioribus Criticis adducta: quæ etsi plurimi prima specie ducenda esse videantur, multum tamen ponderis amittunt, dum singillatim animoque a partium studio alieno perpendantur. Ac primo quidem, quod ab authorum dissensione petitur, apud recentiores ea est, & ob apocryphos libros, quum nihil faciendi sine rem aliquam referentes ab authoribus certæ fidei prætermittam, mirum sane est quod gravium authorum elevare possint fidem, quum aliquid narrantes ab illis dissentiant. Sane Bailletus, Tillemontius, aliique præ-

habuit in arcano. Cum enim consueissent Judæi vim auri magnam ad templi ornatum, ex omnibus provinciis quotannis Hierosolymas portare, M. Tullio Cicerone Cos. ut ipse ait in Oratione pro Flacco; *judicavit Senatus aurum exportari non oportere*. Quod cum sub Tiberio fecissent quidam ex Judæis, Roma, Josepho & Egesippo testibus omnes expulsi sunt. Quos publice odio fuisse, præter ea, quæ sunt apud Trogum, etiam ex Quintiliano conicimus: *Est conditoribus (inquit) urbium infamia, contraxisse aliquam perniciosam ceteris gentem, qualis est primus Judaicæ superstitionis auctor*. Minime

præstantiores Critici ita de Simonis volatus lapsusque historia cum Ven. Baronio existimant, ut cum ea tot tantorumque patrum & Græcorum & Latinorum testimonio testata habeatur, haud curandum nobis sit, si in minimis quibusdam ad invicem discrepent; cum in re gesta omnes æque consentiant, adeoque prædicant, quod etiam si vanum revera commentum ea foret, dummodo de ejus falsitate validæ non afferantur probationes, mallent in errorem induci, cum Arnobio, Cyrillo, Pontificis Libarii Legatis, Ambrosio, Augustino, Theodoretò, aliisque, quam Latinæ, Græcæque Ecclesiæ veteres magistros imprudentiæ & credulitatis insimulandos arbitrari. Nonnullos autem veteres tam insignem Petri de Simone victoriam si-

luisse, haud satis est ad elevandam ceterorum fidem: fallit non raro a silentio veterum argumentari, neque enim omnia omnes norunt, & omnia omnes scriptis tradere non debent. Quod vero ad temporis discordiam pertinet, nulla ea est aut vix curanda, quum major & melior pars sub Nerone id factum referat, & Eusebius qui sub Claudio Romam Simonem venisse, ejusque potentiam *παράχρησε* deletam fuisse scribit, aperte non dissentit, quum *παράχρησε* necesse minime sit ad paucissimos dies aut annos restringere. Neque vero multo habenda sunt cætera argumenta. Levissimum est enim quod ex Svetonii, Tacitique silentio Basnagius desumit. Nā hi principum gratiæ vulgique erroribus inservientes, neque omnia referunt, & Christiani nominis

ko-

nime autem mirum est in tam magna civitate, Judæos tumultum excitare potuisse, cum multi forent ex Romanis illorum superstitioni addicti. Unde illud Juvenalis

Quidam sortiti metuentem sabbata patrem

Nil præter nubes & celi numen adorant.

Quod manifestius ipse testatur Cicero pro L. Flacco (num. 93.) *Sequitur, inquit, auri illa invidia Judaici; hoc nimirum est, quod non longe a gradibus Aureliis hæc causa dicitur. Ob hoc crimen, hic locus abs te Lali, atque illa turba quasita est. Scis quanta sit manus, quanta concordia, quantum valeat*

C in

hostes passim se produnt, aut silentes quæ Christianis decori esse noverant, aut illis diserte maledicentes; & quod de Nerone magiæ contemptu narratur pro arbitrio dictum, cui narrationi adversatur potius ac faveat adductus ex Plinio locus; demum quæ ad festum Apostolicæ victoriæ a Romana Ecclesia non indictum spectant ejusdem Basnagii rationes, vix quidquam valent, quemadmodum ea quas pro se affert Calvinus ex D. Augustini epistola LXXXVI. ubi hæc sunt: *Est quidem & hæc opinio plurimorum, quamvis eam falsam esse perhibeat plerique Romani, quod Apostolus Petrus cum Simone Mago die Dominico pugnaturus propter ipsum magnæ tentationis periculum, pridie cum ejusdem urbis Ecclesia jejunaverit, & consequuto jam*

prospero gloriosoque successu, eundem morem tenuerit, eumque imitata sint nonnulla Occidentis Ecclesiæ. Quibus verbis quis non videt S. Augustinum minime incertam vocare cum Simone Mago contentionem, cujus veritatem aperte profiteatur in lib. de hæresibus ad quod vult Deus cap. 1. ut Calvinus somniat, deliratque, sed eam quam aliqui de jejunio in Sabbato perhibebant causam dubiam dicere, quum etiam authores unanimiter Petrum Romæ cum Simone Mago pugnasse, & insignem de eo victoriam retulisse tradunt, nemo tamen unquam certiores nos fecit, quod die Dominico contigerit, quodque pridie jejunatum fuerit, & hinc derivari Sabbati jejunium, de quo in illa S. Doctoris epistola disputatur.

in concionibus, summissa voce agam, tantum ut Judices audiant. Neque enim desunt, qui istos in me atque optimum quemque incitent. Nihil igitur mirum, si sub Claudio quoque tumultus & novarum rerum cupidi non secus atque sub aliis Imperatoribus, vexati sunt, maxime cum, ut Tacitus ait, illis ipsis diebus Cumano procuratore Judææ, non tumultum modo, sed pene etiam justum bellum in Syria excitarent. Quare a Principe ut ingenii obtusi & stupidi, sic præcipiti iracundia, Roma expulsi fuerunt, quod Apostolorum quoque acta testantur. Denique Tranquillus in Claudio: *Judæos, inquit, impulsore Christo assidue tumultuantes Roma expulit* (11).
Cum

(11) Claudium anno VIII. vel IX. Judæos omnes ab Urbe expulisse nemo negat, si Panvinium, & Basnagium excipias, quorum alter anno VI. alter anno XI. (quo Dorti evenit conjuratio, ex Josepho Antiquit. lib. XX. cap. 6.) id accidisse putat. Porro pleraque Svetonii exemplaria habent *Chresto*, nonnulla etiam *Chrestro*, *Chresto*, *Chirestro*. Non video tamen cuiquam altero ignoto penitus & inaudito *Chresto* aptari possit *Judæos Romæ tumultuantes assidue eo impulsore*: facillime autem aptatur CHRISTO Servatori, cujus Evangelium profitentes Christianos Romæ fuisse facile suaderi potest, non solum quod ibi Petrus jamdiu commoratus fuerit, sed etiam quod Actorum cap. XVIII. ha-

bemus ab Italia Corinthum appulso Christianos homines Aquilam & Priscillam eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Judæos a Roma. Liberiorum igitur incuria facta est in citato Svetonii loco ea nominum varietas, neque dubitandum eum pro *Chresto* JESUM CHRISTUM intellexisse, cujus sanctissimum nomen Gentiles perperam pronunciantes, etiam Christianos, *Chrestianos* appellabant, quemadmodum docet, præter Lactantium & Tertullianum a Cortesio nostro laudatos, Justinus Martyr Apolog. 2. Tertullianus quidem l. c. animadvertit utrumque nomen bonæ esse significationis; quum Christus græce ΧΡΙΣΤΟΣ idem sit ac Ebraice מָשִׁיחַ *Maschiach*, & hominem vel in Sa-

Cum namque novum illud nomen ex Judæa audiret, vulgoque jactaretur nuper Christianorum exortam factionem, in quam ipse & Dion & Tacitus adeo impie invehuntur, credidit tumultus illos a CHRISTO, qui tamen multis jam ante annis obierat, excitari. Ut erant fere omnes ignari eorum, quæ de Christo loquerentur, quod probat contra

C 2 Cel-

Sacerdotem, vel in Regem unctum significet, *Chrestus* vero idem sit ac græcum ΧΡΗΣΤΟΣ, nomen cum violis rosisque natum, quod suavitatem denotat & benignitatem. *Christianus* quantum interpretatio est de unctioe deducitur, sed & cum perperam *Chrestianus* pronuntiat a vobis (nam nec nominis certa est notitia inter vos) de suavitate vel benignitate compositum est. Oditur ergo in hominibus innocuis etiam nomen innocuum. Dilherius in disputat. Accademic. tom. 2. pag. 338. Svetonio vitio vertit, quod CHRISTUM Claudio imperante superstitem fuisse putaverit; nemo tamen non intelligit, ethnicum historicum Christianorum sectæ auctori CHRISTO tribuere, quos Judæi Romæ in nascentes Christianos miscebant tumultus.

Et sane nullum fere Judæos inter Christianosque discrimen, primis illis Ecclesiæ temporibus Gentiles novisse, manifestum est. Facile enim cum Ju-

dæis ipsis confundebantur, quod veluti quædam Judæismi secta haberentur, ut pote quorum Apostoli a Judæis profecti essent, & Judæus existeret legislator JESUS CHRISTUS, multasque Judæorum leges Christiani ipsi adoptassent, eundemque colerent Deum, eademque admitterent sacras litteras. Hæc autem observatio, multum conferre potest ad saniozem veterum auctorum intelligentiam, qui Judæorum nomine Christianos appellarent non raro, ut præter Svetonium appellat Dio in Domitiano, observante Card. Baronio ad an. 94. n. 9. & forte etiam Arrianus lib. hist. XI. cap. 9. & Spartianus, ubi de Antonino Caracalla qui lacte Christiano educatus ab Tertulliano ad Scapulam cap. 4. dicitur, scribit quod septennis puer, cum collusorem suum puerum ob Judaicam religionem gravius verberatum audisset, neque patrem pueri vel (atque adeo ut bene supplet Casaubonus) vellet

Celsum Origenes, & apud Tertullianum ridiculus ille Ononychites, & quod quidam Galilæos, Nazarenos quidam non Christianos appellabant, quin & emendati Codices Tranquilli, non *Christum*, sed *Chrestum* habent. Cum namque causam ignorarent sacrosancti nominis, non ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, Χριστὸν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Χρᾶστis Χρηστὸν dici putabant, quod

ut auctores verberum diu respexit. Sulpicius tandem Severus lib. 2. hist. de excidio Ierosolymorum verba faciens hæc habet. Contra autem Titus ipse evertendum templum imprimis censebat, quo plenius Judæorum & Christianorum religio tolleretur, quippe has religiones licet contrarias sibi, iisdem tamen auctoribus professas: Christianos ex Judæis exiitisse, radice sublata stirpem facile perituram.

Quæ omnia eo spectant, ut S. Petrum Claudii edicto, ut pote gente Judæum, quemadmodum etiam Priscillæ & Aquilæ contigit, Roma discedere coactum fuisse facilius ostenderemus. Neque enim defunt recentiores quidam Critici, qui Lactantii autoritate maxime freti, priorem D. Petri ad Urbem sub Claudio adventum, & profectionem, prorsus reiiciunt, statuuntque eundem morti proximum Romam primo venisse, ibique Evangelium prædicasse non sub

Tiberio Claudio, sed sub Nerone Claudio; adeoque celeberrimam illam opinionem quod xxv. annis Romæ Petrus fedir, ex xxv. annis, quos prædicationi omnium Apostolorum per provincias & civitates Lactantius tribuit exortam fuisse, nobis suadere conantur, nihil plane verentes gravissimos Ecclesiæ patres inscitia insumulare, ut suæ indulgeant conjecturæ. Verum ne memorem Lactantium non raro errasse, aut contendam librum illum neutiquam Lactantii factum esse, sed minus noti authoris, cuiusdam nimirum L. Cæcili, (quemadmodum longa dissertatione probare contendit Nicolaus le Nourry) Balutium, Pagium, eorumque sectatores potius exposco, quemnam putent omnium primum adeo turpiter lapsum, ut qui anni Apostolorum prædicationi tribuendi erant, Romano D. Petri daret Episcopatu? Ecquid enim ineptius quam uni Petro, quod Aposto-

lis

quod Lactantius tum in libro de vera sapientia, tum Infit. (lib. iv. cap. vii.) & Tertullianus in Apologetico (cap. iii.) testantur. Expulsos etiam a Claudio non Christianos, sed Judæos illud maxime probat, quod ut Tertullianus ait, & cæteri consentiunt, non ille, sed Nero primus in Christianos desævit. Quo nomine Petrus, qui gente Judæus

C 3

erat,

lis omnibus commune erat tribuere? Adde mirum sane esse, quod unus tantummodo author operis de mortibus persecutorum ab errore liber fuerit, quum interea Eusebius; Hieronymus, Isidorus, Beda, Rufinus, cæterique veteres Ecclesiæ patres, non modo Petrum xxv. annos Romæ sedisse, sed ipsum etiam Claudii annum quo illuc profectus est, quæque Claudio imperante ei ibi contigerunt, disertissime commemorent. Præterea idem author libri de mortibus persecutorum neutiquam ea omnia scribere voluit, quæ ad antiquam Ecclesiæ historiam spectant, sed ea dumtaxat quæ ad persecutiones in Christianos excitas pertinent. Quum igitur instituti sui ratio minime pateretur, referre Petrum Romam venisse sub Claudio, qui nullam in Christianos movit persecutionem, fortasse consulto id prætermisit, monere contentus sanctum Apostolum Romam venisse, cum Nero

imperaret, qui primus in Christianos sævit, & Petrum omnium Christianorum Caput morte multavit. Neque negat S. Petrum sub Claudio Romam venisse aut Romanam Cathedralam xxv. annis occupasse; sed illud unum affirmat, a morte Christi usque ad Neroniani Imperii principium Apostolos spatio annorum xxv. per omnes provincias & civitates Evangelium disseminasse, & cum jam Nero imperaret Romam advenisse, ubi convertit multos ad justitiam &c. Quid est in his verbis quod duplici D. Petri itineri adversetur? At enim a nullo veterum proditum est, bis Petrum Romam venisse. Quid opus fuit, ut id diserte edoceret? Quod vero urgente si Romanum D. Petri iter duplicemus, duplicandum etiam erit illius cum Simone Mago certamen, facile id adversariis concedimus. Simonem etenim sub Claudio Romam venisse, & Petrum ejusdem Claudii temporibus Romam se contulisse

erat, ex Bethsayde vico Galileæ sumul cum cæteris discedere est coactus, quod Priscillæ quoque & Aquilæ accidisse, scimus ex Apostolorum Actis. Eo igitur tempore Hierosolymas rursus adveniens Petrus, quo per totum orbem fame laborabatur, cujus historici fere omnes meminerunt, Paulum vidit, qui Antiochia in Judæam simul cum Barnaba

lisse ad Simonis fraudes detegendas, Justini, Irenzi, aliorumque gravissimorum Scriptorum autoritate demonstramus, & tamen Nerone imperante Simonem a Petro victum testantur interea Sulpitius, Augustinus, Arnobius, Philastrius, Ambrosius, Maximus Taurinensis, Theodoretus, Cyrillus Hierosolymitanus, Isidorus Pelusiota, quibus fere omnes & recentiores subscribunt historici: immo Valesius, Simonis interitum principatu Claudii contigisse, ex historia se conicere posse existimat.

Et quoniam hæreticorum plerique, ut Petrum morti proximum Romam primo venisse suadeant, Origenis, Pierii Alexandrini, Chronici Paschalis, & Nicephori testimoniis abutuntur, eorum verba sunt diligenter consideranda. Origenes postquam de Petri prædicatione agit, ita concludit Guilielmo Cave interprete: *qui ad extremum Romam veniens cruci affixus est, ca-*

pite deorsum demisso, sic enim ut cruci collocaretur, oraverat. Pierius autem ita se habet: Petrus Apostolorum primus sæpe comprehensus, & custodia traditus, ignominiaque affectus, postremo Roma crucifixus est. At vero τὸ ἑσθὸν ne utique sane veniens necessario sonat, sed verti potius debet existens. Præterea Origenes & Pierius Petri labores glorioso tandem martyrio Romæ coronatos, potissimum respiciunt, non itinera, neque testantur Petrum tunc primum Romam venisse. Ex eo enim quod Apostolorum princeps morti proximus Romam venerit, non sequitur eum numquam extra Urbem profectum esse. Venit sub Claudio, & ab ea sub Claudio discessit. Sub Nerone iterum venit, sed neque tunc temporis ibi ita mansit, ut ab ejus mœnibus numquam exiret. Apostolus erat, latius Christi lucem attulit, & tandem ubi Romam, quam forte sæpius revisere consuevit, Nerone in Chri-

naba profectus erat. Quandoquidem opulentiores Antiocheni, qui nec possessiones vendiderant, nec largitionibus exhauserant patrimonia, ea subministrabant pauperibus Hierosolymitanis, quæ tunc Barnabas, Paulusque detulerunt. Id vero circa Claudii annum nonum accidisse potest, qui duodevigesimalis fuit a Christi morte, quando Paulus

C 4

con-

Christianos sæviente venit, ab impio comprehensus tyranno, crucis supplicio multatus est. Porro Basnagius Paschale Chronicon obiicit, quod sex primos Claudiani imperii annos exhibens, Romanum D. Petri iter ibi numquam memorat, & Nicephori Chronographiam, ubi legitur Episcopatus honorem duobus annis Petrum obtinuisse. Ego vero nescio cur nam Eusebii, Hieronymi, aliorumque veterum patrum auctoritati eorum autoritas sit præferenda. Chronicon ignoti Græci hominis non raro nec leviter errantis factus est. Nicephorus vero nono Ecclesiæ seculo floruit, neque ejusdem authoris esse videntur etiam illi omnes Chronologici Indices Chronographiæ additi, quos inter ille etiam est Romanorum Pontificum quo abutitur Basnagius, & in quibus multos in annis designandis errores irrepsisse constat. Paulus Bauldrius in præfatione ad librum de mortibus persecutorum,

quem edidit Trajecti ad Rhenum anno 1693. ubi animadvertit, ex eo libro criticos comperisse D. Petrum ne utique quam sub Claudio, sed sub Nerone Romam migrasse, hoc quoque subiicit, quod & illo deperdito eandem communis sententiæ emendationem nosse fas erat ex Methodio in Encomio S. Dionysii Areopagitæ & Martyris Græce edito Florentiæ anno 1516. & Parisiis 1562. nec non Antuerpiæ an. 1634. cum latina versione Lanselii Jesuitæ tom. 2. operum S. Dionysii. At nemo ignorat, Encomium illud opus esse nullius pene fidei, propterea quod non Methodio Patrensi Episcopo scriptori tertii seculi, sed alteri Methodio Patriarchæ Constantinopolitano qui seculo ix. floruit, quique illud ex Abbatis Hilduini Areopagiticis desumpsit, tribui omnino debeat.

Jam vero, ut eas quoque attingamus difficultates, quæ contra obiici solent, ex eo quod con-

contulit cum ipsis Evangelium ne forte in vanum curreret. Petrus vero ab hac die Romam non venit usque ad postrema Neronis tempora: ut abfuisse possit annis plus minus quindecim, in quibus rursus Antiochiam reverti, & id accidere potuit, quod est in epistola ad Galatas, disceptatio quoque de circumcissione in Conventu Hierosolymitano, & quæ

constet, Petrum Hierosolymitano Concilio præsedisse; ex iis quæ de ejus duplici Romam versus itinere dicta sunt facillime diluuntur. Hierosolymitanum siquidem Concilium habitum est anno a passione Domini XIX. exeunte & IX. Claudii incipiente, qui quum in annum a passione Domini XIX. per duos tantum includatur menses Februarium & Martium (die enim XXV. Martii Christus occubuit, Claudii vero imperium a Kal. Februarii incipit) sequitur fortasse mense Martio currente Concilium habitum fuisse. Opponit Petrus Judæorum ab Urbe exilium Apostolico Concilio Hierosolymis absoluto potius contigisse, propterea quod quum S. Paulus illo quidem peracto Corinthum venerit CCCCLXIII. milliaribus peragratis, Aquilam & Priscillam offenderit, qui Claudii edicto Roma pulsi *προσφύτως nuper* ab Italia venerant, ut in Actis Apost. c. XVIII. v. 2. legitur. Verum enim

vero etsi Paulus post Concilium Hierosolymitanum multum consumperit temporis antequam Corinthum perveniret, notandum tamen S. Lucam haud dicere Aquilam & Priscillam *προσφύτως nuper*, sive ut reddit D. Augustinus *novissime* ab Urbe venisse, sed *ab Italia*, ita ut Roma anno VIII. vel IX. Claudii juxta Imperatoris edictum exire potuerint, & tamen aliquot annorum spatium in Italia adhuc morari, vel domesticis negotiis impliciti, vel Claudiani edicti permutationem expectantes. Profecto Svetonius ab Urbe Judæos pulsos dicit, non ab Italia, uti quoque divinus historicus, qui Aquilam & Priscillam Corinthum ab Italia venisse scribit, quod Roma Judæi expulsi forent. Quod vero S. Lucas Petri fugam haud prætermisisset omnino, dummodo vere ex fuga ad Concilium Petrus accesserit, quum Priscillæ & Aquilæ exilium non prætermiserit: item quod si Petrus Roma-

& quæ de obitu Deiparæ Virginis a Dionysio sunt tradita. Contra Simonem demum Samaritam rursus disputaturus Romam venit postremo Neronis anno, ubi de morte ea subsæcuta sunt, quæ consensu omnium scriptorum memoriæ sunt commendata. Si enim vitæ ejus decursum sic distinxerimus, nihil est, ut opinor, quod sacris literis repu-

manam fundasset Ecclesiam, tantum Christianæ religionis incrementum non celasset, Petrus digna argumenta sunt, qui quum solidis contra nos pugnare non valeat rationibus, fuitiles captat conjecturas, quibus jam suo loco satisfacimus, animadvertendo, Lucam Pauli præcipue historiam persequi, neque opus esse omnia ab historicis narrari. Quare ne in his aliisque hujusmodi futilibus argumentis oleum & operam perdamus, satis sit ut ea quæ ad primum D. Petri sub Claudio Romam versus iter confirmandum spectant, persequamur. Quum ex Epistola D. Pauli ad Romanos procul dubio ante Neronem ipso Claudio rerum domino scripta, satis amplam Romæ Ecclesiam tunc temporis floruisse constet, si ad Neroniani imperii tempora Petri Romam adventum differamus, nec Petrum nec Paulum Romæ Ecclesie auctores fuisse dicendum erit; quod tamen & tota testatur an-

tiquitas & Catholicorum nemo adhuc negare ausus est. Heterodoxi, autem qui id honoris tribuendum censent vel Romanorum advenis Hierosolymæ commorantibus quum Spiritus Sanctus Apostolis illapsus est, vel Andronico & Junia Pauli cognatis, vel demum Urbano Pauli ipsius Coadiutori, (*epist. ad Rom. cap. XVI.*) nullum momentum habent, quo conjecturis suis fidem faciant. Balsnagius in Annal. ad an. 42. haud semel jactat se certo scire Petrum Romæ Ecclesie fundamenta non jecisse; sententiamque suam ex eo solum suadere conatur, quod Petro Judæorum Apostolatus, non autem Ethnicorum creditus fuerit; præterea quod si Petrum Romani habuissent doctorem, non ad illos scripsisset Paulus, & Paulum Romam appulsum ibi habitantes Judæi de Christiana Religione interrogare non indignissent: quibus argumentis jam alibi satisfacimus, & inferius satisfacturi sumus.

Nos

repugnet; & maximorum sanctissimorumque auctorum de illius profectioe ad Romanam urbem tam pie, quam vere tuta erit opinio. Superest, ut quoniam nihil obstare divinos libros assertioni nostræ ostendimus, auctores quoque enumeremus, qui in hac nobiscum opinione fuerunt. Enimvero non eadem differendi ratio est in disciplinis, & in rerum

Nos vero etsi heterodoxis concedamus fieri potuisse, Romanos illos advenas privatim de Christi lege aliquid nunciasse, omnium tamen primum fuisse D. Petrum, qui Romæ Evangelium publice docens, magnam hanc Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem & Magistram in ea constituerit, non ex levibus futilibusque conjecturis, sed ab antiquissimis plane gravissimisque Ecclesiæ scriptoribus ediscimus.

Velenus id honoris Petro tribui non posse, ex eo præcipue suadere conatur, quod Tertullianus, Svetonius, Orosius, Platina, Christianos in Urbe Tiberio imperante degisse testantur, quum nemo ante Claudii tempora Petrum Romam venisse tradiderit.

At si Tertulliani verba serio consideremus, Veleno potius adversantur. Tiberius (inquit) nunciata sibi ex Syria Palestina, qua illic ejus (nempe Christi) veritatem divinitatis revelaverant, detulit ad Senatum

cum prerogativa suffragii sui. Senatus quia non ipse probaverat, respuit; Caesar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum, quæ Tertulliani narratio, sic intelligenda esse videtur. Cum Tiberius Epistolam quamdam a Pontio Pilato acceperit de Resurrectione & miraculis Christi, atque ejusdem divinitate, detulit ad Senatum de eodem Christo Deos inter recipiendo, & sane non tantum proponens rem, sed cum prerogativa suffragii sui, ostendens scilicet, se approbare quæ annunciata fuerant, & Christum Deos inter recipi jubens. At Senatus, quoniam vetus erat decretum ne quis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi a Senatu probaretur, Tiberii approbationem & iussa male accepit, & indignatione motus, quod non sibi prius delatum esset, ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusavit: quo ausu nullo pacto motus

rerum gestarum indagazione. In illis enim minimum valet auctoritas, ut si enunciati alicujus veritatem, vel naturæ vim, vel quippiam in divinis, postremo quid expetendum fugiendumve sit quærimus, tunc necesse est, ut ratio sibi ipsa argu-

tus Caesar, in sententia mansit, & ita mansit, ut inde paulatim laudatissimam modestiam suam in pœnam contradictoris Senatus, mutaverit, & factum est, ut qui spreverant Christo Rege salvari, Rege Casare punirentur, ut solerter scripsit Orosius hist. lib. 7. cap. 6. Præterea comminatus est Cæsar periculum accusatoribus Christianorum, qui scilicet non in ipsa Roma, sed per Imperium degabant, & Romam venissent. Is verus est Tertulliani sensus, & quod Velenus & ex eo Barnagius hinc probare contendunt, regnante Tiberio jam Romæ Christi discipulos in quos intendi accusatio posset, degisse, ejus conjectura quidem est, non autem Tertulliani sententia.

Ad Svetonium quod spectat, nequaquam in vita Tiberii Christianorum mentionem facit, sed in vita Claudii, ubi cap. xxv. narrat, quod Imperator ille Judæos impulsore Christo assidue tumultuantes Roma expulit, quem locum paullo superius excussimus; & in vita Neronis a quo suppli-

rat. Profecto Claudium ab Urbe Christianos expulisse, non solum sententiæ nostræ non adversatur, sed eam potius egregie confirmat. Quod autem Barnagius heic adfert ex Pseudo Clementis opere Recognitionum lib. 1. n. 7. nec non ex alio item apocripho libro qui Synopsis inscribitur, & Dorotheo Tyrensi tribuitur, in quorum primo legitur Barnabam Tiberii tempore Romam prædicasse, in altero vero Barnabam fuisse primum Romanorum Apostolorum; insulsum hoc quoque & falsum est, non solum quia allatis Sanctorum Patrum testimoniis, sed etiam quia sacris ipsis litteris adversatur; ex quibus certo constat, neminem ausum Ethnicis prædicare, antequam S. Petrus mira illa cœlesti visione ad id laboris obeundum invitaretur: ex quo quidem tempore Barnabas D. Paulo Apostolo Gentium comitem sese adjunxit, multasque cum eo Asiaticas Græcasque urbes perlustravit; usque donec in Cypri Insulam iterum profectus est, ubi martyrii palmam obtinuisse fertur.

gumenta conquirat, a primis manifestisque initiis proficiscens, ut consequentium certa fiat ostensio. Cum vero quærimus, vel de historiæ alicujus veritate, vel de gestis institutisque majorum, omnis diligentia versetur necesse est, in indagandis iis, quæ auctores memoriæ prodiderunt, & si inter ipsos contrarium aliquid videatur, tunc discussioni relinquatur locus, si forte ex quæsitis rationibus convenire possint: at si id nequit, superest, ut quid potissimum verum sit investigemus. Quoniam igitur autoritatibus nobis tantum agendum est, priusque illud quod longe videbatur difficillimum absolvimus, consequens est, auctores, qui opinioni nostræ consentiunt enumerare. Et quoniam, ut spero, in causa admodum facili & explicata versabimur, non erit nobis cum adversario summo jure agendum: quin etiam cum quipiam de jure nostro concesserimus, ita tamen erimus superiores, ut dubitaturus sit nemo, secundum nos judicare. Scriptores igitur, ut ita dicam, minorum gentium adversario donabimus, quales sunt Orosius (hist. lib. 7.), Eutropius, Suidas, Platina, Blondus; & in divinis Rufinus, Beda, Remigius, & ejus generis complures. Magnos etiam illos viros, qui auctoritatis suæ viribus totam causam nostram singuli sustinere possent, Clementem scilicet Romanum, Damasum (12), Gregorium

(12) Damasi autoritas petitur ex libro de vitis Pontificum, qui Cortesii ætate sancto huic Pontifici falso tribuebatur. Quem quidem librum diversorum autorum farraginem esse, patet tum ex stilo Damaso indigno, tum ex pu-

gnantibus inter se rebus quibus scatet, tum demum ex S. Hieron. silentio. Vide cl. præfatis Franc. Blanchinii Prolegomena in librum Pontificalem sub Anastasi Bibliothecarii nomine editum.

rium (13), Leonemque (14) omittemus. Quoniam, si Deo placet, hac demum tempestate, eo devenimus, ut licet viri sanctissimi, & gravissimi, quoniam tamen Romani Pontifices fuerunt, eo nomine suspecti esse possint: & Clementis disputationibus, quibus tantum & Chryostomus & Leutherius tribuunt, & quas doctrinam vere apostolicam continere dicit Joannes Picus, quasque a se in latinum conversas Hieronymus ait in interpretatione Commentariorum Origenis in Epistolam ad Romanos, licet nunc a Rufino conversas habeamus, non tuto credi, scribit hujus novæ opinionis

(13) Vide S. Gregorii M. epist. 37. lib. 6. ad Eulogium Patriarcham Alexandrinum, in qua de tribus sedibus Patriarchalibus ita scribit. „ Illæ „ tres ab eodem Principe „ Apostolorum Petro fundatæ sunt. Itaque cum multi „ sint Apostoli, pro ipso tamen „ principatu sola Apostolorum „ principis Sedes in autoritate convaluit, quæ in tribus „ locis unius est. Ipse enim „ sublimavit sedem, (Romanam scilicet), in qua etiam „ quiescere & præsentem vitam finire dignatus. Ipse „ decoravit sedem, in qua „ Evangelistam discipulum „ misit (nempe Alexandrinam quam per S. Marcum „ fundavit). Ipse firmavit sedem, in qua septem annis „ quamvis discessurus sedit, „ (nimirum Antiochenam).

„ Cum ergo unius atque una „ sit sedes, cui ex autoritate „ divina tres nunc Episcopi „ præsentent; quidquid de vobis nunc boni audio, hoc „ mihi imputo &c.

(14) S. Leo Sermone I. in Natali Apostolorum Petri & Pauli: „ Beatissimus Petrus, „ inquit, Princeps Apostolici „ ordinis, ad arcem Romani „ destinatur Imperii; ut lux „ veritatis, quæ in omnium „ gentium revelabatur salute, „ efficacius se ab ipso capite „ per totum mundi corpus effunderet. „ Et infra. „ Ad hanc ergo Urbem tu, Beatissime Apostole Petre, venire „ non metuis, trophæum Crucis Christi Romanis arcibus „ inserens, quo te divinis „ præordinationibus anteibat „ & honor potestatis & gloria „ passionis, &c.

nis assertor: quasi non tantum in dogmatis, sed in rerum quoque gestarum fide sit corruptus (quamquam in Clementis nomine hominem errare finis ostensuri). Leonem vero nuper Lutherus ita severe accepit, ut magnopere verear, ut denuo in eadem fere causa loqui audeat. Jam Ambrosius Mediolanensis Pontifex silentio quoque prætereundus est, qui quoniam civis Romanus fuit, nimium patriæ tribuisse & videri & argui potest (15). Donabimus quoque ex hac nostra testium affluentia Augustinum (16); Hieronymum etiam donaturi, nisi in quæstione hac ita comparatum esset, ut si ea vera concesserimus, quæ hic novus assertor comminiscitur, sit omnino vel pudendi erroris, vel impudentissimi mendacii Hieronymus expostulandus, seu quod æque reprehendendum est, sibi met manifestissime contrarius constitui possit: Ille, inquam, Hieronymus, quo nemo fuit in historiarum veritate indaganda diligentior, in explicanda eloquentior, cautior in conferenda: ille, qui modo hoc *fabulam*, modo illud *confictum mendacium*, (ut erat veritatis assertor ingenuus) dicere non

(15) Vid. S. Ambrosii sermonem de Basilicis non tradendis contra Auxentium.

(16) S. Augustinus lib. 2. contra literas Petiliani Donatistæ cap. 51. Verumtamen, (inquit) si omnes per totum orbem tales essent, quales vanissime criminari; Cathedra tibi quid fecit Ecclesiæ Romanæ, in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet, vel

„ Ecclesiæ Hierosolymitanæ,
„ & in qua Jacobus sedit, &
„ in qua hodie Joannes sedit,
„ quibus nos in Catholica unitate connectimur, & a quibus vos nefario furore separatis? Quare appellas Cathedram pestilentiæ, Cathedram Apostolicam? Vide etiam ejusdem Augustini epistolam 53. alias 165. datam ad Generosum, nec non epistolam 132. alias 42.

non verebatur. Ipsius nempe illud est: *quæ de divinis scripturis testimonium non habent, eadem facilitate contemni, qua probari*; ipsius quoque in libro de viris illustribus baptizati Leonis, rursusque in Daniele Susannæ fabula (17); Hic ipse Hieronymus,

(17) Quamvis S. Hieronymus, tum in præfatione in Daniele, tum Comment. in Jer. xxxix. 22. tum demum lib. 2. advers. Jovinianum Susannæ historiæ (*fabulam* Cortesius appellat, propriam latinamque vocis significationem sequutus: est enim Latinis res passim divulgata sive vera, sive ficta sit, a *fari*) minus æquus videatur, quod eam historiam apud Hebræos nusquam habeas, quemadmodum nec *hymnum trium puerorum, nec Beli Draconisve fabulas*; tamen idem ipse Hieronymus ejus dicti in invidiam a Rufino vocatus, respondet *Apologetic. lib. 2. Non enim quid ipse sensissem, sed quid illi (Hebræi) contra nos dicere soleant, explicavi. Et Comment. in Isai. cap. iii. vers. 1. tradit de illis: In toto orbe dispersæ sunt, addens a Græcis omnibus & Latinis, Syris pariter & Ægyptiis legi probarique. Ceterum, ut ad Susannæ historiam revertamur, quæ ex Græca Theodotionis versione cap. xiii. Danielis legitur, non mirum si Cortesio nostro ante Concilii Tridentini tempora*

scribenti illius autoritas suspecta esse potuerit, quum non solum Hieronymus de ejusdem veritate dubitasse videatur (licet postea, ut modo dictum est, sententiam suam melius explicaverit) sed Julius quoque Africanus in sua ad Origenem, epistola, laudatis Susannæ, Beli, & Draconis narrationibus, quæ in Hebræicis Danielis exemplaribus desiderantur apertissime refragatus fuerit. Quamquam & Origenes, scripta de hoc argumento epistola Africani objectionibus egregie responderit, & quemlibet Catholicum etiam ante Tridentinæ Synodi sententiam ad eandem historiarum veritatem asserendam movere debuisset, tum constans traditio & Ecclesiæ illos libros semper in Canonem recipientis autoritas, tum Patrum Græcorum & Latinorum omnis ætatis ex iisdem sententias tamquam reliquis scripturis Canonicis laudantium, testimonia. Vide Ignatium Martyrem epistola ad Magnesianos, Tertullianum lib. de corona militis, Athanas. epist. ad Serapion. & ad Marcell.

mus, ut sibi contrarius, ut malos sequutus auctores reprehenditur, vir certæ ut omnibus latinis multorum iudicio præferendus, ita fortasse cuius Græco, iudicio, doctrina, & eloquentia comparandus. Hic, quod ipse in opere contra Iovinianum testatur, annis quadringentis elapsis a Christi morte jam senex scribebat; ut certum sit, ad id tempus, quo primo adolescens adhuc Romam venit, a morte Petri, qui annis duodequadraginta post Christum vixit non plus annos ccc. fluxisse, ut fere adhuc Romæ vestigia mortis Petri impressa essent. Cum igitur locum illum in epistola ad Galatas tractaret, quo se scribit Paulus in faciem Cephæ restitisse, sic ait. „ Sunt qui Cephæ non „ putent Apostolum, sed alium de LXX. discipulis „ isto vocabulo nuncupatum, & dicunt, nequaquam „ Petrum a convictu gentium se potuisse subtrahere, qui Centurionem Cornelium baptizarat, maxime cum Lucas scriptor historiæ nullam hujus dissensionis faciat mentionem, nec dicat unquam Petrum Antiochiæ fuisse cum Paulo. Et paulo post: „ Non mirum est, inquit, si „ Lucas hanc rem tacuerit, cum & alia multa quæ „ Paulus sustinuisse se replicat, historiographi li-

cell. & in Synopsi. Ambros. lib. 2. de Spir. S. cap. 3. Cypr. epist. xi. Clementem Alexand. lib. 4. Strom. Origenem epist. ad African. item tractat. 31. in Matth. & hom. 1. in Levit. Chrysostomum hom. de Susanna, Methodium singulari opere de Daniele & Susanna, cuius meminit Georgius Syncellus, Gregorium Nazianzenum

hom. 18. in laudem S. Cypriani, Severum Sulpitium lib. 2. hist. Sacre, Rufinum lib. 2. adversus Hieronymum, Augustinum serm. 43. nov. edit. alioque. Consule etiam Natalem Alexandrum hist. veter. Test. tom. 2. nec non Augustinum Calmet in prolegomenis sive in præfatione Commentarior. in Daniëlem.

„ centia prætermiserit. Denique primum Episcopum Antiochenæ Ecclesiæ Petrum fuisse accessimus, & Romam exinde translatum, quod „ Lucas penitus omisit. „ Poterat vel hic tantum locus silentium imponere cuilibet secus opinanti, sed longe expressiora sunt, quæ in libro de viris illustribus scripsit: ubi cum id tantum ageret curaretque vir omnium diligentissimus, ut quæ de unoquoque certa erant affirmaret, notaretque dubia, nequaquam sit verisimile, aut vulgi tantum opinionem, aut quod Persuasor ait, doctas fabulas secutum: præsertim cum id nequaquam de Hieronymo dici possit, quod passim nunc in Theologos, nec satis scio, an falso jactant, non satis scilicet fuisse versatum hominem in sacris litteris, ut pugnancia consequentiaque non videret. Sic vero ait. „ Simon Petrus post Episcopatum Antiochenis Ecclesiæ & prædicationem dispersionis eorum, qui „ de circumcisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bitinia, secundo „ Claudii anno ad expugnandum Simonem Magum „ Romam pergit, ibique vigintiquinque annis Cathedralam Sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum, idest quartum decimum Neronis annum, „ a quo affixus cruci, martyrio coronatus est capite ad terram verso. „ Idem contra Luciferianos scribens, dicit Beatus Cyprianus ad Stephanum tunc Romanæ Urbis Episcopum, qui a Beato Petro vigesimus sextus fuit. Sed a Hieronymo ad eisdem ætatis virum, quo nemo sanctior, nemo gravior apud Græcos, Joannem Antiochenum dico Constantinopolitanum Pontificem, ob eloquentiam cognomento Chrysostomum. Hic in epistolam ad Timotheum posteriorem, ubi Paulus ait: *Salutant*

te Eubolus, & Pudens, & Linus, & Claudia, apud Latinum interpretem sic habet. „ Hunc Linum „ ajunt quidam secundum post Petrum Romanæ „ Ecclesiæ Episcopum fuisse „. Quo in loco verbum *ajunt* (de quo tam multa verba Persuasor facit, ut etiam ad grammaticos descendat) præter id, quod de re multis jam annis ante præterita, aliter loqui non poterat: patet etiam non ad Petri in Romana urbe sacerdotium, sed quod tunc agebat ad Lini successionem referendum esse: dubitarique non utrum Linus secundus fuerit a Petro Romanæ Ecclesiæ Pontifex, sed an unus idemque ille esset, de quo Paulus in epistola meminit, & is, qui Pontifex Romanus fuit. Theophilactus quoque Bulgariae Pontifex, cujus Commentarios Chrysostomi epitomas dixeris, nihil enim fere apud ipsum est non a Chrysostomo, eadem profus repetit verba. Corpus præterea Pauli, de quo æque ac de Petro negat Persuasor Romæ quiescere, idem Chrysostomus in ea actione, quam habuit contra observantes Neomenias: „ Nuper, inquit, cum „ Paulum laudarem, non secus gestiebatis, ac si „ ipsum vidissetis præsentem. Et quidem corpus „ ejus in Regina Roma positum est „. Utrumque vero in Dissertatione, quod Christus Deus est. Sic enim ait: *Romæ, quæ omnibus posthabitis ad sepulchra piscatoris & coriarii currunt Reges.* In commentariis quoque epistolæ ad Romanos, truncatum capite Romæ Paulum fuisse scribit (18). Ver-

(18) En D. Chrysostomi verba loc. cit. nimirum hom. 33. „ Non ita Cœlum splendet, „ quando radios suos Sol ex

„ se dimittit, quemadmodum „ Romanorum urbs duas illas „ lampades ubique terrarum „ effundens. Hinc rapietur „ Pau-

rumtamen ad superiora tempora veniendum est, quæ quo fuerint ipsius Petri morti propinquiora, eo minus dubitationis habere peterunt. Vixit Magni Constantini ætate Eusebius Cæsareæ Pontifex, in indaganda veritate, digerendisque rerum gestarum temporibus ita diligens, ut non erubuerit Hieronymus opus, quod ille *Χρονικὸν* inscripsit, multis etiam in fine additis, interpretari, quod nisi sprete ejus obtestatione, in annotatione temporum, innumeris manifestisque mendis scateret, non adeo nunc nobis esset elaborandum. In eo enim & adventum Petri ad urbem Romam, & mortem, signatis etiam annis dilucide posuit (19). Scripsit etiam librum Ecclesiasticæ historiæ, in quo & idem sæpius de Petro affirmat, & magni nominis auctores se secutus testatur (20). Eadem quoque ætate Lactantius, qui in postrema senectute Crispum

D 2 Con-

„ Paulus, hinc Petrus. Con- „ siderate & horrete quale spectaculum visura sit Roma „ Paulum videlicet repente ex „ theca illa cum Petro resurgentem, in occursum Domini sursum ferri.

(19) Eusebius in Chronico anni XLV. „ Petrus natione Galilæus Christianorum Pontifex primus, cum primum „ Anthiochenam Ecclesiam „ fundasset, Romam proficiscitur, ubi Evangelium prædicans xxv. annis ejusdem „ urbis Episcopus perseverat, Idem lib. 2. hist. cap. 25. „ Igitur Nero ut apertum se hostem divinitatis pietatisque

„ professus est, ipsorum prius „ Apostolorum, quippe qui „ duces & signiferi erant in „ populo Dei, expetit neces; „ & Paulum quidem capite in „ in ipsa urbe Roma, Petrum „ vero Crucis patibulo condemnat. Horum testimonium quærere extrinsecus „ superfluum puto, cum rem „ gestam usque in hodiernum „ & splendidissima eorum monumenta testentur „.

(20) Idem Eusebius lib. 2. hist. Eccl. cap. 13. postquam de Simone mago in cap. præcedenti scripisset, subdit. „ Cæterum ista non ad longinquum „ temporis spatium ex sen- „ ten-

pluribus distans a Nerone, ut verisimile sit temporibus Pii aliquos superfuisse, qui Petrum viderant, quosque Tertullianus & cæteri, quos postea testes accersimus, alloqui potuerunt. Tertullianus igitur, ut illius libri testantur vir fuit acerrimi ingenii, quem & Cyprianus martyr præceptorem solitus est appellare, & Lactantius in omni genere litterarum peritum fuisse scribit. Hic in libro ad Severum, quem inscripsit *Apologeticon* sic ait. „ Discipuli quoque diffusi per orbem ex præcepto magistri Dei paruerunt, qui & ipsi a Judæis insequentibus multa perpeffi, utique pro fiducia libentes Romæ, postremo per Neronis sævitiam, sanguinem Christianum seminaverunt. Video quomodo quidam heic se jactaturi sunt, quod Petrum & Paulum non nominarit. At id minime necesse erat: ad illos nempe scripsit, quibus, cum Christianum nomen cognitissimum esset, nomina tamen Apostolorum omnino fuissent incognita. Ceterum quid refert in rei cuiuspiam notatione, nomine, an finitione utamur? Ita enim describit Petrum & Paulum, ut nemini dubium esse possit, alios quosdam intelligi non debere. Eum paruisse dicit præcepto magistri, multaque perpeffos a Judæis insequentibus, postremo interemptos a Nerone. Enimvero a contentionibus absistamus, & longe manifestiorem ex eodem authore citemus locum. Scribit enim quarto adversus Marcionem libro (c. 5.) „ Videamus quid etiam Romani de proximo sonent, quibus Evangelium & Petrus & Paulus, sanguine quoque signatum reliquerunt (22). „

(22) Idem Tertullianus lib. de præscriptione adversus hæreticos quem, Pamelio auctore an. circ. Chr. 203. scripsisse videtur.

Clemens vero Alexandrinus, qui eadem ætate, qua Tertullianus vixit (23); ille est in cujus nomine erravit noster hic novæ opinionis assertor: credidit namque eum, qui librum scripsit, cui nomen *Υποτυπώσεις* Clementem Romanum Pontificem fuisse. Quare idcirco ejus auctoritatem redarguit, quod non sit tutum illius libris credere, quod supposititii sint, quod falso Clementi adscripti, quod denique ab hæreticis magna ex parte depravati. Qui si, ut falso distinguere voluit inter duos Marcos, sic vere duos Clementes distinxisset, non utique in tam manifestum incidisset errorem. Duo siquidem Clementes fuerunt, alter Romanus & Petri discipulus, qui librum scripsit *Recognitionum*, apud quem nihil eorum reperitur, quæ Persuasor citat; nec ejus nos opera ab hæreticis potissimumque Eunomianis in quibusdam quæ ad dogmata spectant, corrupta negamus (24); alter Alexandri-

D + nus,

videtur. „ Si Italia, inquit, adjaces, habes Romam, unde de nobis quoque auctoritas præsto est. Ista quam felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni Dominicæ adæquat, ubi Paulus Joannis exitu coronatur. In libro autem de Baptismo: „ Necquidquam refert, ait, inter eos, quos Joannes in Jordane, & Petrus in Tiberi tinxit. Et in Scorpiaco cap. 15. „ Vitas Cæsarum legimus, orientem fidem Romæ primus Nero cruentavit. Tunc Petrus ab

altero cingitur, cum cruci adstringitur. „ (23) Consule, quæ de Clemente Alexandrino habentur paullo inferius pag. 58.

(24) De libris decem Recognitionum S. Clementi Papæ falso tributis, veterum testimonia habes apud Cotelerium in collect. Patrum Apostolicorum edit. Antwerp. pag. 479. Ipsi autem Cotelerii de illis iudicium, legitur pag. 484. Eos primum latine ab authore scriptos fuisse, deinde vero graecos, & iterum e graeco in latinum a Rufino translatos, existimant Anastasius Bibliothecarius.

nus, præceptor Origenis, qui cum alia plurima, tum eum quem jam diximus librum composuit a Hieronymo latine *Informationum* appellatum. Quod opus, sicut nec alia ejusdem (extant enim etiam ad hanc diem complura) corruptum fuisse mihi persuadeo. Nam cum id affirmare voluisset Rufinus in opere quod inscripsit *de adulteratione librorum Origenis*, eo potissimum argumento, quod nequaquam illi credibile videretur eruditum adeo catholicumque virum vel sibi contraria sensisse, vel ea quæ de Deo credere impium est, scripta reli-

thecarius in epist. ad Joannem Diaconum Romanum, & Huetius de claris interpretibus pag. 246: perperam tamen, quemadmodum adnotavit Fabricius in Cod. apocrypho N.T. pag. 762. Extat adhuc hoc opus ex versione Rufini, qui in epistola ad Gaudentium Episcopum (quam Sixtus Senensis lib. 2. Biblioth. Sanctæ, & Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis suppositam esse immerito suspicantur) sentire videtur ab ipso Clemente primum fuisse scriptum, & ab Ebionitis inde corruptum. Atque hæc est Cortesii nostri sententia, quam sequi videtur Epiphanius hæres. 30. num. 15. Neque ab ea abhorret pseudo-Athanasius seculi v. author in Synopsi Sac. Scripturæ; ait enim ex eo veriora quædam selecta fuisse & a Deo inspirata; & ex recentioribus Calmetus in Proleg. in Acta Apostolorum, ubi verosi-

millimum putat, aliquem certe ex D. Petri discipulis absque dolo opus illud primo scripsisse, deinde vero ab hæreticis fuisse corruptum, ideoque inter apocrypha rejectum. Enimvero ejus locum refert Origenes in Philocalia cap. 23., nec semel laudatur ab Auctore operis Imperfecti, ut præteream Isidorum, Bedam, aliosque a Cotelerio l.c. laudatos. Attamen Photius in Bibl. cod. 114. a Lucio Charino magni nominis Ebionita conditum censet, & Guilielmus Cave tum in vitis PP. primit. in Clemente tom. 1. n. 11. tum in hist. liter. tom. 1. pag. 14. quod amplissimum Bardesanis Syri fragmentum ex libro *de fato* eisdem quibus legitur apud Eusebium verbis, occurrat nono *Recognitionum* libro, operis totius compilatorem fuisse Bardesanem conicit.

quisse, Hieronymus in hæc fere verba respondet. „ Si conceditur ut quidquid in libris omnium reperitur ab aliis corruptum sit, nihil eorum erit, quorum fertur nominibus, & quomodo, inquires, in libris eorum vitiosa nonnulla sunt? Si me causas vitiorum nescire respondero, non statim illos hæreticos judicabo, fieri enim potest, ut simpliciter erraverint, vel alio sensu senserint, vel certe antequam in Alexandria, quasi demonium meridianum Arrius nasceretur, innocenter quædam & minus caute locuti sunt, & quæ non possunt perverforum hominum calumniam declinare „. Cum Hieronymo igitur, non modo Clementis Alexandrini scripta adulterina non esse opinor, sed eo magis illis fidem adhibendam puto, quod Alexandrinus patria, nec ita multum distans a Marci Evangelistæ temporibus, ea quæ scripsit, ab illis potuit accepisse, qui rebus gestis interfuisent. Ait vero: „ Cum Petrus Romæ Evangelium divulgaret, rogatum Marcum ea, quæ a præceptore dicebantur excepta publicasse; quod cum intellexisset Petrus, tantum abfuit ut gravate tulerit, ut etiam mirum in modum sit deletatus (25) „. Accedat nunc testis magno præceptore

(25) Vide Euseb. Hist. Eccl. lib. 2. cap. 14. sive edit. Valesii 15. & lib. 6. cap. 14. ejusdemque Henrici Valesii notas ad hoc Clementis Alexandrini fragmentum, quod Græce ita se habet; Τὸ Πέτρος δημοσίᾳ ἐν Ῥώμῃ κηρύσσοντος, τὸν λόγον, καὶ πνεύματι ἀγίῳ τὸ εὐαγγέλιον ἐξαπόμνησεν, τὸς ἀκατάκτους ποικίλῳ ὄντως περιμαλίσσαι τὸν

Μάρκον, ὡς ἐν ἀποκαθίσταται αὐτῶ πόρρωθεν καὶ μετανυθῆσαι λοχθέντων, ἀναγράψαι τὴν εἰρημῶν ποίσησιν δὲ τὸ εὐαγγέλιον μετακῶσαι τοῖς δεομένοις αὐτῶ. Ὅτι ἐπιτρέποντα τὸν Πέτρον προσηκτικῶς μὴτε κωλύσαι, μὴτε προσηκτικῶς. Latine autem recentiores Cortesio interpretes sic vertunt. Cum Petrus in Urbe Roma verbum Dei publice pradi-

ptore discipulus longe maximus Origenes, qui in libro III. *Explanationum in Genesim* scribit. „ Petrus „ Pontum sortitus, & quas in epistola sua enumerat provincias Judæis tantum prædicans circumiit; postremo in urbe Roma commorans, „ ibi & crucifixus est &c. „. Verum enim vero quoniam in re manifesta longiores esse nolumus, difficileque est omnes enumerare, qui hoc idem de Petro testantur, quatuor postremo cursim citabimus, qui si non singuli, at certe omnes non minus apud doctos authoritatis habebunt, quam hic noster, qui novam hanc opinionem tutari est conatus: non enim puto inferiores futuros tum eloquentia, tum sacrarum litterarum cognitione, tum sanctitate & moribus; postremo etiam superiores propinquitate temporis, quippe qui, ut ita dicam, resperfam adhuc terram viderint sanguine Apostolorum. Horum primus Justinus martyr cognomen-

prædicasset, & Spiritu Sancto afflatus Evangelium promulgasset, multi qui aderant Marcum cohortati sunt, ut potest qui Petrum jam dudum sectatus fuisset & dicta ejus memoria teneret, ut qua ab Apostolo prædicata erant, conscriberet. Marcus igitur Evangelium composuit, iisque qui illud ab ipso rogabant impertit. Quod cum Petrus comperisset, nec prohibuit omnino rem fieri, nec ut fieret incitavit. Ceterum floruit Presbyter Severi & Antonini ejus filii imperatorum tempo-

ribus. Fuit Pantæni discipulus, eoque e vivis erepto scholam Alexandrinam tenuit, & Catecheses habendarum suscepit provinciam. Insignia in Ecclesiæ bonum volumina edidit, plena eruditionis & eloquentiæ, & tam scripturarum divinarum, quam sæcularis litteraturæ conspersa floribus; Prophetarum, Apostolorum, Evangelistarum, Philosophorum, Poetarumque testimoniis varie contexta: quod maxime in iis libris elucescit, quos propterea Stromatum inscripsit. Præter octo hujus operis libros, adhor-

mento Philosophus, in Apologetico ad Antoninum: scripsit enim & alterum ad gentes. In priore igitur omnia illa, quæ de Simone Samarita a cæteris dicta sunt, longissime prosecutus est. Alter Egesippus vicinus, ut Hieronymus ait, *temporibus Apostolorum*, in tertio libro operis (de excidio Hierosolymæ cap. 2.) quod Ambrosius Mediolanensium Pontifex latinum fecit, adventum Petri ad Urbem sub Nerone, disputationem cum Simone Samarita, mortem denique tam luculenter, quam vere descripsit. Accedit tertius Irenæus Lugdunensis Pontifex, Polycarpi Smirnæi Episcopi discipulus, qui fuit Apostoli Johannis auditor. Hic enim divinarum scripturarum indicem texens, sic scribit. „ Matthæus hebræis propria eorum lingua „ conscriptum edidit Evangelium, cum Paulus & „ Petrus in urbe Roma annunciarent, ibique Ecclesiæ fundamenta solidarent „. Idem *Hyginum* ait *nonum ab Apostolo Episcopum Romanæ urbis fuisse in ul. adversus hæreses libro (26).* Postremus accedat

adhortationem ad gentes, & tres libros Pædagogi, nihil operum Clementis Alexandrini superest. Nam octo Hypotyposes libri, summariam locorum vet. & nov. Testamenti explicationem continent, ex quibus multa reprehensione digna notavit Photius Biblioth. Cod. 109. & seq. librum prætereā de paschate, alium de jejuniis, alium de obrectatione, unum hortatorium ad patientiam, unum ad nuper baptizatos, unum de Canonibus Ec-

clesiasticis & adversus eos, qui Judæorum sequuntur errorem, quem Alexandro Hierosolymorum Episcopo nuncupavit, alium denique, cui titulus Quisnam dives ille sit, qui salvatur? inter deperdita ejusdem Clementis opera enumerantur. De ejus scriptis legendi Eusebius lib. 6. cap. 2. S. Hieronymus in cat. Script. Ecclesiast. cap. 49. & Photius loc. cit.

(26) Textus Irenæus ejusdem libri cap. 3. Catalogum Romanorum Episcoporum, & primo loco

cedat Papias Hieropolitanus Pontifex, Papias, inquam Joannis Evangelistæ auditor, qui ut Eusebius, Hieronymusque testantur, Petrum dixit priorem epistolam Romæ scripsisse, in qua tropice Romam, *Babyloniam* nominavit (27). Ii sunt nempe auctores,

loco ponit Petrum & Paulum, secundo Linum, tertio Anacleum, quarto Clementem, & cæteros usque ad Eleutherium, qui tunc sedebat, & nominatim de Clemente, Sixto, & Eleutherio repetit, quod Apostolis succedant, Clementem dicens tertium ab Apostolis, Sixtum sextum, Eleutherium duodecimum. At profecto non potest vere dici, Romanos Episcopos Petro succedere, si Romæ Petrus Episcopus non fuit.

(27) Eusebius lib. 2. histor. cap. 15. „ Papias, inquit, & „ hoc dicit, quod Petrus in „ prima epistola sua, quam de „ urbe Roma scripsit meminerit Marci, in qua tropice „ Romam Babylone nominavit, cum dicit: *Salutat vos „ ea, qua in Babylone est electa „ Ecclesia, & Marcus filius „ meus* „. Quæ profecto sententia non poterat a Papias Joannis discipulo prodire, & ab aliis tam avide recipi atque probari, nisi eo tempore traditio recepta non fuisset, Petrum Romæ aliquando fuisse. An ille cum Apostolorum audito-

ribus diu, multumque versatus, hæc excogitasset, si illi novissent Petrum Romæ numquam fuisse? An ille, qui in Proœmio librorum suorum testatur, se solitum fuisse ex Apostolorum discipulis diligenter quærere, quid *Andreas, quid Petrus* dixerit, quid alii Apostoli, quid eorum Discipuli, qui tunc in vivis erant, ignorare potuit, ubi Petrus fuerat, cujus dicta ab ipsius discipulis acceperat?

Jam vero (ut gravissimis huc usque a Cortesio allatis testibus, duo antiquissimorum Patrum ab ipso penitus ommissa testimonia addamus) iisdem Papiæ temporibus floruit, & S. Ignatius Apostolorum quoque discipulus, Antiochiæ Episcopus. Is in epistola ad Romanos, *Ὁὐχ ὡς Πέτρος ἢ Παῦλος* (inquit) *ἑγὼ διακόνισμαι; ἐγὼ ἄποστολος; ἐγὼ κἀνακρίτω; ἐγὼ ἑλεῖθεροι; ἐγὼ μὲν ἕως δεῦρ* „. Vetus Interpres: *Non ut Petrus & Paulus præcipio vobis; Illi Apostoli, ego condemnatus, illi liberi, ego huc usque nunc servus*. Quid enim ex his verbis ad Romanos scriptis apertius, quam sanctissimum

ctores, quorum fidei hæc veritas innititur, hos omnes redarguat necesse est, qui diu inolitam opinionem voluerit infirmare. Istis oblicienda est sacrarum litterarum ignorantia, Acta Apostolorum, & Pauli epistolæ non satis diligenter evoluisse dicendi

num martyrem in ea sententia fuisse, quod Petrus non minus, quam Paulus Romæ Evangelium prædicaverit, & passus sit? Certe S. Chrysostomus hunc locum respexisse videtur, cum de Roma ait: *Propterea Petrus & Paulus, & post eos hic Ignatius illic (Romæ) omnes passi sunt*.

Alterum testimonium defumitur ex Dionysio Corinthiorum Episcopo, qui in epistola ad Romanos sub Sotere Papa circa annum CLXIV. scripta, de SS. Petro & Paulo hæc ait. *Ita & vos ex tanta admonitione plantationem Romanorum & Corinthiorum a Petro & Paulo factam commiscuistis. Ambo enim in urbe nostra Corintho plantantes, nos similiter docuerunt, similiter autem & in Italia audacter docentes circa idem tempus Martyrium passi sunt*. Non defuerunt tamen viri eruditi, qui Ruffini & Valesii versionibus decepti, insigne hoc omnique exceptione majus testimonium falsi convincere conati sunt. Quum enim verba illa *Κόρινθον οὐτέστιν ἡμῶς ἑμῶν ἐδιδάξαν, ἑμῶν δὲ καὶ εἰς Ἄ*

Ἰταλίαν ὁμοῦσε διδάξαντες; Ruffinus verterit; *in nostra Corinthorum Ecclesia (simul adventantes) docuerunt, & per omnem Italiam atque in hac urbe simul docentes &c.* Valesius autem; *Corinthum ingressi, sparsa Evangelicæ doctrinæ semine nos instituerunt, & in Italiam simul profecti cum eos similiter instituisent &c.* interpretatus sit, merito Dionysii hunc locum Apostolorum Actis aperte contrarium esse existimarunt. Quam male autem, ut cætera earum versionum peccata præteream, vocem *ὁμοῦσε* simul uterque transtulerit, ostendit Pearsonius Anglus in *differ. de successione primorum Romæ Episcoporum pag. 35.* & seq. ubi adductum Dionysii testimonium ab omni falsitate egregie vindicat.

„ Cum igitur tanto consensu ab initio fere traditum „ sit (libenter ipsius Pearsonii Romanæ Ecclesiæ hostis ad ejus dignitatem tuendam afferendamque utimur verbis) „ S. Petrum Romæ Evangelium prædicasse, & ibidem „ passum esse; cumque nemo „ unquam dixerit, vel Petrum „ vel

cendi sunt: quorum plerique vel in Paulum ediderunt Commentarios, vel propriis commentationibus Reip. Christianæ mirum in modum profuerant, dicendi erunt temporum rationem non habuisse, qui ut nos qua quidque ætate gestum est scia-

„ vel Paulum alibi Martyrio
 „ coronatum esse; cum denique
 „ Christus ipse satis aperte
 „ significet Petrum crucifigendum fore; tuto satis huic
 „ historiæ fidem adhiberi posse
 „ existimo. Quis enim credet
 „ tantum Apostolum tam obscure
 „ mori potuisse, ut nemo unquam
 „ loci illius, quo mortuus est
 „ meminerit? Quis credet cum
 „ aliæ regiones suum Apostolum
 „ sibi vindicarent, quod nulla
 „ urbs, nulla regio, nulla
 „ Ecclesia dixerit se cruore
 „ Petri nobilitatam esse? Cumque
 „ Christus ipse tanta cum
 „ asseveratione Amen Amen dico
 „ tibi, dixerit Petro, cum
 „ senueris extendes manus
 „ tuas, & alius te cinget,
 „ & ducet quo non vis; & diu
 „ post mortem ejus scripserit
 „ S. Joannes Apostolus Christum
 „ iis verbis significasse
 „ potius dicitur, id est quo genere
 „ mortis glorificaturus esset
 „ Deum; quis unquam putabit
 „ christianorum neminem, quo
 „ genere mortis passus sit
 „ novisse, omnemque potius
 „ quomodo Deum glorificavit
 „ ignorasse; aut

„ saltem Deum sua providentia
 „ posteris notum esse noluisse?
 „ Quamobrem quis non miretur
 „ Spanhemium alioquin de suo
 „ grege sodales, tum in
 „ dissertatione, quam de temere
 „ credita Petri in urbem Romanam
 „ professione inscripsit, tum in
 „ compendiosa introductione ad
 „ Historiam Ecclesiasticam Novi
 „ Testamenti sec. 1. §. 5. n. 23.
 „ asserere ausum fuisse: Speciosum
 „ illud de Romano Petri itinere
 „ commentum in fabulam alteram
 „ de Simone Mago Romæ culto,
 „ ibique per Petrum, ut factum
 „ erat per Samariam, debellando,
 „ nec non in malam illam interpretationem,
 „ quod D. Petrus epistola I. Babylonis
 „ nomine Romam indigitaverit,
 „ refundendam: quod quidem
 „ commentum Romanis Pontificibus
 „ adulantes homines ita diligenter
 „ foverint, ut latissime evagatum
 „ sit, præsertim eorumdem Pontificum
 „ illud dilatandi studio accedente,
 „ utpote quod ambitioni suæ
 „ mirifice favere intellexerint.
 „ Deus bone! quam levis, quam
 „ insulsa, quam

sciamus, labore & diligentia sua perfecerunt. Ad summam pene ea, quæ viderunt, dicendi sunt ignorasse. Enim vero si hoc temerarium, si omnino alienum a Christiana moderatione, si denique impium tot sacris authoribus fidem abrogare, divinis libris,

quam inficeta argumentandi ratio? Esto fabulosum sit, quod Romæ Petrus Simonis potentiam extinxerit; esto quod Babylona, cujus Petrus meminit male acceperint Patres pro Roma (quæ tamen fabularum loco habenda non esse inferius demonstrabimus) quis non videt facilius fore, hæc potius ex Romano D. Petri itinere exoriri potuisse, quam ipsum iter ex illis? Nonne vetustiora quam de illis de hoc itinere protulimus testimonia? Profecto si valeret Spanhemii ratiocinatio, antiquissima esse S. Petri gesta, ideoque haud mirum videri, quod Romam venisse a Romanorum Pontificum adulatoribus confictum fuerit, nonne antiquis historiis quot sunt fides omnis adempta est? pauca admodum sunt historiæ, quas ex cœvis Scriptoribus haurire fas sit; neque ea solum quæ a cœvis; sed etiam quæ a ferme cœvis narrantur amplecti æquum est, quum nulla suppetat ratio, unde eos mentitos esse suspicemur. Quin etiam D. Petri in urbe moram non solum a scriptoribus ferme

coævis testatam vidimus paulo superius, sed ab aliquibus quoque plane cœvis, ita ut vix alia testatior historia possit reperiri. Quare mire urget profecto argumentum illud, quod ex comparatione historiæ gestorum Cæsaris, aliorumque illustrium Imperatorum, qui antiquissimis temporibus floruerunt, ductum, in medium profert cl. Petrus Franciscus Fogginius exercitat. II. de Romano D. Petri itinere & Episcopatu pag. 61. „ Cum Cæsarem (inquit) legimus tot in Galliis retulisse victorias, tantum de Pompejo fortissimo viro obtinuisse triumphum, Romam occupasse, Romani Imperii prima jecisse fundamenta, quis arbitrari prohibeat omnia illa ab iis inventa fuisse, vel qui Augusto ejus ex sorore nepote, vel qui ceteris Imperatoribus, Cæsarem quem amplissimæ dignitatis suæ auctorem fuisse se jactabant, pene dixerim, adorantibus, adblandiebantur? Cum autem quæ Alexandro Magno egregia fortitudinis facinora tribuuntur, „ Græ-

libris, ut satis patuit, non adversantibus; eorum opinionioni omnino est accedendum, nec committendum est, ut vel odio in Romanum Pontificem, vel in mores Deo dicatorum hominum, si fortasse a prisca severitate discesserunt, mendacii alicujus patro-

„ Græci scriptores prodierint; „ nonne conicere fas erit, ut „ Græco homini indulgerent „ ea omnia illos confixisse? „ De gestis tandem Cyri, „ Themistoclis, Epaminon- „ dæ, nec non Romanorum „ virorum Scævola, Camilli, „ Scipionis, ceterorumque „ omnium illustrium homi- „ num, quot antiquissimis flo- „ ruere temporibus, nonnisi „ idipsum suspicari liceat? &c. „ Si enim (prosequitur vir „ doctissimus loc. cit.) nemo „ adeo temerarius unquam „ fuit, qui Cæsarem dictato- „ rem fuisse, Romanumque „ imperium fundasse & in ipsa „ urbe mortuum esse negaret, „ & quia in his tradenuis hi- „ storici consentiunt, qui uno „ vel altero post illum sec. „ floruerunt, & quia vox om- „ nibus una, illum Romanæ „ primum everforem fuisse li- „ bertatis, & quia quot sunt, „ quotque fuere Imperato- „ res ejus successores vocantur „ ipsumque ejus nomen acce- „ perunt, & quia denique in „ hoc traditiones omnes con- „ spirant, inscriptiones, sta-

„ tuæ, picturæ, aliaque omnis „ generis monumenta, quo- „ modo nam temerarium non „ erit & execrabile insani ho- „ minis delirium vel dubitare „ an D. Petrus Romæ fuerit, „ an Romanam Ecclesiam Pe- „ trus rexerit, an Romæ Ne- „ rone principe martyrium „ subierit: quæ item omnia „ fere coævi scriptores tra- „ dunt, & innumeri deinceps „ semper facti sunt cujuscum- „ que gentis auctores, & lapi- „ des, & æra, & picturæ con- „ firmant antiquissimæ, præ- „ sertim cum Romæ semper „ Petri ossa servata fuerint, & „ Romani Pontifices ejus Suc- „ cessores semper se dixerint, „ & tales quidem esse univer- „ sus terrarum orbis una sem- „ per voce prædicarit? Num- „ quid Irenæo, Lactantio, „ Hieronymo, sexcentisque „ aliis SS. viris doctissimisque, „ minus auctoritatis & fidei, „ ac Livio, Tacito, Sveto- „ nio, Floro præstabitur? „ Numquid pro iis, quæ de „ Cæsare prædicantur æra & „ lapides ceteraque antiqua- „ rum rerum menumenta ro- „ bur

patrocinium assumamus; studium magis omne & cura ad id committenda sunt, ut vel nostris moribus castigatis, cæteris exemplum vitæ esse possimus: cum plerisque sciamus aliquando labentibus & pene jam everfis Christianorum rebus, morum magis integritate, quam adversus peccantes contumeliis & opprobriis tulisse opem. Adhibenda est quidem severitas orationis, paulo etiam incitatio-

E res

„ bur habent, non autem pro „ Romano Apostolorum prin- „ cipis itinere, quod semper „ catholici, hæretici autem „ etiam ipsi & schismatici om- „ nes XIV. seculorum spatio, „ nemine adversante hæsitati- „ one nulla professi sunt? „ Scilicet dictaturæ, & mor- „ tis Cæsaris explorata veritas „ ad intellectum tantummodo „ respicit, neque eam effre- „ nati animi nostri oppugnant „ affectus & vitia, quæ in- „ tellectui tenebras offundent „ multividum hominem „ faciunt: Romanorum autem „ Pontificum Primatum ex suc- „ cessione D. Petri deductum, „ veritas est, quæ lucet qui- „ dem, sed luce sua nimium „ quoque Vaticani hostium „ oculos perstringit. Cum ita- „ que veritatem isti lucentem „ ament, odio habeant redar- „ guentem, non secus ac Ju- „ dæi, qui sacra quotidie le- „ gentes vaticinia, in quibus „ coloribus suis Gentium sa- „ lus, Jesus Christus adeo præ-

„ clare describitur, ut nihil „ supra, haud tamen eum „ agnoscunt, quin immo ejus „ a vera omnino diversam sibi „ fingunt imaginem; ita etiam „ ipsi, exploratiores historias, „ quas videre possunt facilius, „ videre nolunt, odio, per- „ vicacia, ceterisque vitiis „ eorum mentem, tenebris „ suis ita occupantibus, ut cla- „ riori in meridie cæcutiant: „ solent enim, ut apertius lo- „ quar, quæ ad intellectum „ spectant negare plurimi, „ cum voluntatem quoque su- „ biiciant opus est, symbolum „ fidei reiicientes, ne cogantur „ obtemperare Decalogo. Ita- „ que hinc factum est, ut Ro- „ manum Petri iter & Episco- „ patum eorum multi negave- „ rint, & alii dubium facere „ contenderint, ut nimirum „ neque hoc intentatum relin- „ querent ad destruendum Pri- „ matum Romanæ Ecclesiæ, „ a qua impio ausu defecerunt, „ & hinc quoque Catholici „ nequid ad eos illuminandos „ aptum

res adhortationes habendæ, castigatio denique vehementior gravitate conjuncta, & hæc omnia, si ita prius nos instituerimus, ut cum ardua, aut difficilia, cum denique Christianæ religioni consentanea nos ostenderimus desiderare, nobis ipsis pareamus, decretisque nostris; ne cum vita pugnet oratio. Quod si mihi facere videntur, qui non pia eruditione, sed conviciis & maledictis libros referciunt. Si enim index vitæ morumque est oratio, satis patet eos, qui mente effrænata animoque præcipiti ad maledicendum feruntur, interiori æstu, tumultuque pessimorum affectuum laborare. Equivvero quoniam diximus, nihil nobis illis *persuasionibus* persuasum esse, rationem quoque quare id dixerimus asserre necesse est.

GRE-

„ aptum præmitterent, tri-
 „ cas & sophismata, quibus
 „ veritatem abscondere & le-
 „ ves homines fallere studie-
 „ runt, aliquanto latius con-
 „ furare operæ pretium esse
 „ existimarunt, quod nullo
 „ sane pacto fieret, si quis

„ dictaturam aut Cæsaris cæ-
 „ dem inficias iret, quem ut
 „ mentis impotem universus
 „ rideret orbis, & nemini ef-
 „ fet cordi tempus terere tam
 „ immane mendacium consu-
 „ tando „.




DIRECCIÓN GENERAL

GREGORII CORTESII


DE ROMANO ITINERE

DIVI PETRI



LIBER SECUNDUS.

PERSUASIO I.

„  Uctores, qui dicunt Petrum Romam
 „ venisse, non consentiunt inter se de
 „ tempore quo venerit. Nam Oro-
 „ sius dicit venisse in exordio regni
 „ Claudii, Hieronymus dicit anno il-
 „ Claudii, Fasciculus temporum dicit anno iv.
 „ ejusdem Claudii, Passionale de vitis Sanctorum
 „ dicit anno xiii. Claudii. Præterea mira varietas
 „ invenitur in Petri successoribus numerandis.
 „ Nam quidam post Petrum immediate ponunt
 „ Clementem, ut Tertullianus de præscript. &
 „ Hieron. in cap. 52. Isaia: alii post Petrum ponunt
 „ Linum, & postea Clementem tertio loco, ut
 „ Optatus lib. 2. contra Parmenianum, & Augu-
 „ stinus in ep. 165. Alii post Petrum ponunt Linum
 „ & Cletum sive Anacleum, & tandem Clemen-
 „ tem quarto loco, ut Irenæus lib. 3. cap. 3. Eusebius
 „ in Chronico, Epiphanius hæresi 27. & Hierony-
 „ mus de viris illustribus in Clemente. Adde quod
 „ isti omnes ex Cleto & Anacleto unum faciunt.
 „ Igitur nihil certi statui potest. Discordia enim
 „ authorum argumentum est falsitatis „.

E 2

DIS

res adhortationes habendæ, castigatio denique vehementior gravitate conjuncta, & hæc omnia, si ita prius nos instituerimus, ut cum ardua, aut difficilia, cum denique Christianæ religioni consentanea nos ostenderimus desiderare, nobis ipsis pareamus, decretisque nostris; ne cum vita pugnet oratio. Quod si mihi facere videntur, qui non pia eruditione, sed conviciis & maledictis libros referciunt. Si enim index vitæ morumque est oratio, satis patet eos, qui mente effrænata animoque præcipiti ad maledicendum feruntur, interiori æstu, tumultuque pessimorum affectuum laborare. Equivvero quoniam diximus, nihil nobis illis *persuasionibus* persuasum esse, rationem quoque quare id dixerimus asserre necesse est.

GRE-

„ aptum præmitterent, tri-
 „ cas & sophismata, quibus
 „ veritatem abscondere & le-
 „ ves homines fallere studie-
 „ runt, aliquanto latius con-
 „ furare operæ pretium esse
 „ existimarunt, quod nullo
 „ sane pacto fieret, si quis

„ dictaturam aut Cæsaris cæ-
 „ dem inficias iret, quem ut
 „ mentis impotem universus
 „ rideret orbis, & nemini ef-
 „ fet cordi tempus terere tam
 „ immane mendacium consu-
 „ tando „.




DIRECCIÓN GENERAL

GREGORII CORTESII


DE ROMANO ITINERE

DIVI PETRI



LIBER SECUNDUS.

PERSUASIO I.

„  Uctores, qui dicunt Petrum Romam
 „ venisse, non consentiunt inter se de
 „ tempore quo venerit. Nam Oro-
 „ sius dicit venisse in exordio regni
 „ Claudii, Hieronymus dicit anno il-
 „ Claudii, Fasciculus temporum dicit anno iv.
 „ ejusdem Claudii, Passionale de vitis Sanctorum
 „ dicit anno xiii. Claudii. Præterea mira varietas
 „ invenitur in Petri successoribus numerandis.
 „ Nam quidam post Petrum immediate ponunt
 „ Clementem, ut Tertullianus de præscript. &
 „ Hieron. in cap. 52. Isaia: alii post Petrum ponunt
 „ Linum, & postea Clementem tertio loco, ut
 „ Optatus lib. 2. contra Parmenianum, & Augu-
 „ stinus in ep. 165. Alii post Petrum ponunt Linum
 „ & Cletum sive Anacleum, & tandem Clemen-
 „ tem quarto loco, ut Irenæus lib. 3. cap. 3. Eusebius
 „ in Chronico, Epiphanius hæresi 27. & Hierony-
 „ mus de viris illustribus in Clemente. Adde quod
 „ isti omnes ex Cleto & Anacleto unum faciunt.
 „ Igitur nihil certi statui potest. Discordia enim
 „ authorum argumentum est falsitatis „.

E 2

DIS

DISSUASIO.

Prima igitur persuasio, diversitati, quæ inter authores est, inniti videtur. Quod si maxime eilet, non tamen illico esset consequens falsum esse quod asserunt. Quot namque historias legimus, quas qui scripsere non omnino in temporibus consentiunt, cum de rebus ipsis nulla sit ambiguitas. Et ut omittam exera, nonne idem in sacris historiis contigit, in quibus, quoniam neque Moses, neque Jesus Nave, neque Samuel, neque Esdras, nec cæteri qui scripserunt, aut Olympiadibus, aut annis, aut alia simili ratione, ut græci latini que scriptores, annotarunt tempora, varia deinceps de rerum gestarum temporibus, authores prodiderunt. Mosen scribit Tertullianus annis trecentis ante Trojæ excidium fuisse, nongentis Lactantius, aliter alii. In quem multis discrepat ab Africano Eusebius, ab utroque Orosius. Cum igitur tam variæ sint, tamque in multis diversæ sententiæ, illud quidem fieri non potest, ut plus una vera sit, nec tamen contra necesse est, aut falsæ sint omnes, quoniam non de re gesta, sed de tempore tantum dubitari contingit. Id vero quod nos quærimus de prima Petri profectioe ad urbem Romam nihil habet controversiæ. Hieronymus namque anno Claudii secundo, Orosius per initia Imperii ejus evenisse scribunt, quibus in verbis quid contrarium sit non video (28). Nam de

(28) Si enim regnum Claudii tres in partes dividas, idest in exordium, medium, & finem,

annum secundum ad exordium pertinere videbis. Cum Hieronymo in lib. de Scriptoribus Ec-

Fasce illo temporum a Persuasore citato, etsi is ego sum, qui non libenter de scriptore aliquo gravius judicare velim, cum omnes quoad ipsorum fieri potest, pro communi omnium utilitate laborant, illud tamen nunc cogor dicere, in *fasce* illo non ordinis, non temporum, non denique veritatis ullam rationem haberi: & si singula exequi vellemus, in quibus peccasse convincitur, doctis, ut opinor supervacuum videri potest; apud quos jam ejusmodi de illo præjudicium factum est, ut quosdam audierim qui *fascem mendaciorum* non temporum appellarent. Picus certe in defensione Origenis festive simul & graviter opus illud exagitat. Nam de libro, qui Sanctorum vitas continet a Persuasore citato, superfluum est omnino loqui. Præter enim eadem cum *fasce* illo peccata, scimus (authore Hieronymo) quod ad Apostolos attinet, nihil esse sincerum (29). Ejusmodi igitur au-

E 3 tho-

Ecclesiast. in Petro, & Orosio hist. lib. 7. a Cortesio laudatis, consentiunt Eusebius in Chronico, Ado Trevirensis in Martyrologio, omnesque illi auctores, qui Petrum afferunt Romæ sedisse annis xxv. & anno xiv. Neronis obiisse, videlicet Damasus, Isidorus, Beda, Freculphus, Ado Viennensis, aliique. Neque enim sunt anni xxv. usque ad annum xiv. Neronis, nisi a secundo Claudii numerare incipiamus.

(29) Merito igitur tum *paschorale de vitis Sanctorum*, tum *fasciculus temporum* a Cortesio

nostrò contemnuntur, præsertim quum fasciculi illius auctor Marianum Scotum sequutus sit, qui secum ipse & cum veritate apertissime pugnat. Ait enim Marianus Scotus in suo Chronico, Petrum anno iv. Claudii Romam venisse, postremo anno Neronis obiisse, & tamen sedisse in Romano Episcopatu annis xxv. & mensibus duobus, quæ nullo modo inter se coherent. Regnavit enim Claudius in universum annis xiii. mens. viii. diebus xx. Nero autem regnavit annis xiii. mens. viii. diebus xxviii. testibus

thores, si quis in deliciis habere voluerit, per me habeat licet; nos certe æmulos non habebit. Cæteri vero qui posterius scripsere, & quos Persuasor hic citat, a Hieronymo, Eusebio, Orofioque non dissentiant; ut ibi mirus sit authorum consensus, ubi hic noster potissimum super eorum dissensione innitebatur. Nam quod ait, *si Petrus Romanorum fuit Pontifex, dicant quis in locum ipsius sit successus*, nihil est, quod facilius explicare possum (30). Clementem enim dicam, & eo potissimum

bus Dione Cassio, Svetonio Tranquillo, Eusebio, & ipso etiam Mariano Scoto. Nam quod in Chronico Eusebii tribuuntur Neroni an. 14. m. 7. d. 28. plane est, errore Librarium factum esse; siquidem postea cum anni singuli numerantur, non inveniuntur nisi 13. & aliquid amplius. Jam vero hæc tempora Claudii & Neronis simul juncta non efficiunt majorem summam quam annorum xxvii. mens. iv. dierum xviii. ex quibus si tollas annos ii. menses v. dies xviii. quos vult Marianus Scotus effluxisse de imperio Claudii antequam Petrus Romam veniret, soli supererunt anni xxiii. menses xi. Igitur aut Petrus obiit post Neronem, aut non edit annos viginti quinque.

(30) Nos vero non adeo id facile, ut sibi Cortesius persuadet, *explicari posse* putamus, neque veremur Persua-

fori concedere tam varias esse tamque inter se discrepantes veterum scriptorum de proximo B. Petri Apostoli Successoribus opiniones, ut nonnisi difficillime aut etiam omnino certa ratione eorum series ac tempora possint definiri. Et si enim plane ignoraremus, quis Petro proxime successerit, non tamen propterea in dubium revocari debet an aliquis successerit.

Quoniam vero recentissimorum hæreticorum plerique, quos inter Pearsonius, Dodwellius, Baraterius potissimum eminent, hæc præcipua Ecclesiasticæ Chronologiæ capita ita tractarunt, ut primorum Pontificum Romanorum seriem ac successionem implicasse potius data opera, quam illustrasse videantur; postulat hic locus, ut adhibitam a nostris doctissimis clarissimisque criticis Antonio & Francisco Pa-

Pa-

num authore, qui proximus fuit temporibus Apostolorum: Tertulliano inquam in libro *de Præscript. hæreticorum* (cap. 32.), qui cum aliquot Apostoli-

E 4 cos

Pagiis, Francisco item Blanchino, & Josepho Augustino Ursio S.R.E. Cardinale, in eadem successione ex purioribus fontibus haurienda atque emendanda, methodum rationemque explicemus.

Celeberrimas Ecclesias Apostolicas præsertim, & has inter Romanam potissimum Petri Sedem jam inde ab ipso Christianæ Religionis exordio, descriptam suorum Episcoporum seriem eorumque Pontificatus tempora, diligenter religioseque servasse, & ratio ipsa suadet, & gravissimis veterum authorum testimoniis potest comprobari. Ac primo Hegesippi; qui quum Romam circa medium secundi sæculi venisset, ibi se *Romanorum Episcoporum successionem composuisse*, asseruit apud Eusebium *lib. 4. hist. cap. 22.* Quibus verbis tantum abest, ut quisquam tunc primum contextam fuisse ab Hegesippo Summorum Pontificum seriem conicere valeat, ut potius eam non aliunde, quam eâ ipsius Romanæ Ecclesiæ tabulis haurire potuisse, facillime demonstretur. Si enim ante Hegesippi adventum nullam habuisset Romana

Ecclesia suorum Episcoporum seriem litteris traditam, nullam temporis quo quisque Pontificatum tenuit ephemeridem, seu Commentarium; quum idem Hegesippus ad Urbem venerit sedente Aniceto, qui undecimus saltem ab Apostolorum Principe Pontifex fuit, quis sibi, quæso, suadeat, integri ferme sæculi spatio absque ullo scripturæ auxilio, tam fideliter accurateque annorum, mensium, atque dierum undecim sibi invicem succedentium Episcoporum illius ætatis Christianos recordari potuisse? Quid enim his numerorum rationibus aut facilius confunditur in hominum mente, aut celerius e memoria dilabitur atque evanescit? Longum Hegesippus iter instituit Romam usque, multas civitates adiit, multas Ecclesias illustravit, ut ex vera Pastorum singulis præpositorum successionem deduceret. Corinthi quum esset, originem ejus Ecclesiæ investigavit, de epistola S. Clementis certior se fecit, eandemque Ecclesiam a sanctissimi Pontificis temporibus usque ad Primum, qui tunc Episco-

cos viros enumerasset (sic enim ipse discipulos Apostolorum nominat) qui præceptoribus in pontificatu successissent , *ordinatum* scribit a B. Petro *Cle-*

Episcopi locum in ea tenebat, in recta fide permanisse cognovit, Romam demum pervenit, ibique summorum Pontificum *successionem composuit* : quod opus, simplex Catalogus, eorum dumtaxat nomina cum Pontificatus tempore complectens, profecto non fuit; sed in quo præterea omnia illa Apostolica Doctrinæ capita adnotarentur, quæ contra insurgentes jam hæreses asserere statuereque volebat, juxta methodum, quam postea S. Irenæus, ceterique sequentium sæculorum Patres ad hæreticos oppugnandos, adeo feliciter adhibuerunt, ut irrefragabili huic successionis argumento, numquam directe respondere sint ausi. Quum enim perditii homines ab ipso sæculi secundi initio commentis suis patrocinium ex eo quærent, quod illa ab Apostolorum discipulis didicissent, ut Basilides, qui Glauciam Petri interpretem, & Valentinus, qui Theodadum nescio quem S. Pauli discipulum, se audivisse gloriabantur, Catholici ad veros Apostolorum successores provocabant, eorumque successionis doctrinæque tabulas in

Apostolicis Ecclesiis præcipue servatas in medium proferebant, certi auctoritatem ab Episcopis per Apostolos constitutis, eorumque successoribus indubitata serie continuatis petitam adversus unius aut alterius obscuri hominis prætextum maxime valituram. Sic S. Irenæus lib. 3. cap. 3. & lib. 4. cap. 63. Origenes præfat. in lib. *πρωτη Αρχει*, S. Cyprianus ep. ad Lapfos, Firmilianus epistol. ad Cyprianum, & S. Epiphanius hæres. 41. & 79. successiones eas asseruerunt, & contra hæreticos usurparunt. Sic postea contra Donatistas disputatum est. S. Optatus lib. 17. quum de Petri Cathedra disseruisset, & successionis tabulam usque ad Damasum aut Siricium descripsisset, his verbis Donatistas in arenam provocat, *Vestra Cathedra vos originem reddite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vindicare*. Erat quidem tunc Macrobius in urbe Donatistarum Episcopus, sed ejus *ordinem ad originem recensens* Optatus, brevem hanc tantummodo successionem dare potuit. Primus Donatistarum Episcopus in Urbe Victor Garbiensis, cui successit Boni-

Clementem, Romanum Episcopum. Chrysoftomus quoque in eo loco epistolæ ad Timotheum quem citavimus: *Ajunt, inquit, secundum a Petro Linum fuisse*

Bonifacius Ballitanus, Bonifacio Encolpius, Encolpio Macrobius. Et Victor illorum primus erat, inquit, *illic filius sine patre, tyro sine principe, discipulus sine magistro, sequens sine antecedente*. S. Augustinus in Psalmo contra partem Donati. *Numerate Sacerdotes ab ipsa Petri Sede, & in ordine eorum Petrum quis cui successit videte*. Idem lib. contra epistolam Manichæi cap. 6. *Tenet ab ipsa Sede Petri Apostoli, cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendavit, usque ad presentem Episcopatum, successio Sacerdotum*. Et epist. 42. *Videris certe multos præcisos a radice Christianæ societatis, quæ per Sedes Apostolorum, & successiones Episcoporum certa per orbem propagatione diffunditur, de sola figura originis sub Christiano quasi arescentia gloriari, quas hæreses, & schismata nominamus*. Sed ne in cæteris enumerandis diutius immoremur, ad Hegesippi tempora revertamur.

Floruit eadem Hegesippi ætate Tertullianus, qui in lib. *de Prescriptionibus* cap. 32. aperte supponit, servari consue-

viffe ab Ecclesiis Apostolicis ac Romana nominatim, harum successionum Regesta, dum hæreticos illorum temporum ad suarum Ecclesiarum origines proferendas evolvendosque suorum Episcoporum Catalogos Romanæ & Smyrnenfis exemplo tam fidenter provocat his plane verbis. *Edant ergo origines Ecclesiarum suarum, evolvant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseveraverit, habuerit authorem, & antecessorem*: Hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ census suos deserunt, sicut Smyrnaorum Ecclesia Polycarpum a Joanne collocatum refert, sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum itidem. Perinde utique cætera exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos Apostolici seminis traduces habeant. Tertullianum sequitur S. Irenæus Lugdunensis in Gallia Episcopus, ejusdemque secundi Ecclesiæ sæculi scriptor, qui lib. 3. cap. 3. superius laudato, Romanorum Pontificum Catalogum texuit his pla-

fuisse Romanum Pontificem; sciens scilicet priorem illo fuisse Clementem. Hieronymus porro nihil affirmat, plerisque tamen latinorum ait Tertuliano

ne verbis: *A gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Roma fundata & constituta Ecclesia, Lino Episcopatum administranda Ecclesia tradiderunt. Succedit autem ei Anacleus, post eum tertio loco ab Apostolis Episcopatum sortitur Clemens, Clementi autem succedit Evaristus. Evaristo Alexander, sextus ab Apostolis constitutus est Sixtus, Sixto Telephorus ac deinceps Hyginus, post Pius, post Pium Anicetus. Successit Aniceto Soter. Nunc duodecimo loco Episcopatum ab Apostolis habet Eleutherius.*

Verum qua ratione hæ Episcoporum tabulæ in Ecclesiis Apostolicis reconditæ, essent dispositæ, utrum scilicet nomina tantum Episcoporum, numerum & ordinem continerent, qualem nobis Irenæus, Epiphanius, Optatus, Augustinus exhibuerunt, an etiam pe distinctis eorum temporibus in illis fieret mentio, melius ex Eusebii historia colligere doctus sumus, qui lib. iv. cap. 5. queritur, se priorum quindecim Episcoporum, qui Hierosolymitanæ Ecclesiæ usque ad Hadriani imperium præfue-

runt, tempora nusquam reperire potuisse; eorumque dumtaxat numerum, seriem, ac nomina ex veterum scriptorum monumentis didicisse: brevi admodum tempore sedisse, fuisseque omnes origine Hebræos, ac fidem Christi sincere, atque ex animo suscepisse; adeo ut ab illis, qui de huiusmodi rebus iudicium ferre poterant Episcopali officio dignissimi censerentur. Nec mirum, extremo illo excidio, miserimæ urbi ab Hadriano Imperatore allato, Hierosolymitanæ Ecclesiæ Regesta periisse. Illud potius observatione dignissimum iudicamus, quod iisdem regestis semel deficientibus, nemo postea numeros annorum, mensium, atque dierum supplere sit ausus: adeo difficile est temporum memoriam conservare. Quum itaque veteres scriptores ab Eusebio laudati illius Ecclesiæ fasti, quoad Episcopatum tempora suppleri instaurarique posse desperarent, eorum diligentia in Episcoporum nominibus, serie, egregisque animi dotibus enarrandis acquiescere debuit; quarum rerum notitia a majoribus accepta traditionis bene-

liano accessisse. Enimvero ipsemet Clemens in epistola ad Jacobum Episcopum Hierosolymitanum, si illam recipere velimus, illud ipsum quod Tertul-

beneficio facilius ad posteros potuit propagari. Somniant igitur vel potius delirant, qui non nisi post aliquot sæcula in Ecclesiis Apostolicis ac præsertim Romana has successorum tabulas, in quibus priorum Pontificum nomina ac tempora scriberentur, originem habuisse existimarunt. Nam Pearsonii conjectura putantis eum ab initio Ecclesiarum statum non fuisse, ut de talibus aut rebus, aut scriptis, aut Reconditoriis cogitarent, nimis aperte refellitur ab allatis huc usque eorum temporum testimoniis; neque ex annorum Episcopatus prætermissione in Catalogis Pontificum Romanorum, quos SS. Irenæus, Epiphanius, Optatus, Augustinus suis operibus inferuerunt, deduci potest, nondum tempora & annos, nondum dies ordinationis, aut obitus singulorum innotuisse; quibus de rebus, quoniam in publicis Ecclesiæ Romanæ tabulis ratio habebatur, Sancti Patres mox laudati, contenti Pontificum ordinem perpetua serie continuatum adversus hæreticos ostendere, solliciti esse profecto non poterant, aut debebant.

Porro Ecclesiarum omnium, quarum Pontifices juxta annorum seriem dispositos in Chronico & in hist. nobis exhibuit Eusebius, vetustissima Calendaria, si Romanam excipias profus perierunt, adeoque in illorum chronologia ordinanda ne latum quidem unguem ab Eusebii possumus autoritate discedere. Verum quod ad Romanam spectat, servatum est Dei Opt. Max. providentia antiquissimum principis Christiani orbis Ecclesiæ monumentum, quod in primæva summorum Pontificum Chronologica serie recte disponenda, veluti præcipuum ducem sequi oportere existimamus, ad Eusebii cæterorumque historicorum errores emendandos. Est hoc Liberii, vel Damasci Chronicon, ab Egidio Bucherio in Commentario ad Victorii Canonem Paschalem elapso sæculo primum editum, adeoque etiam Bucherianum Catalogum & Indiculum Romanorum Pontificum appellatum, quod non modo Catholici omnes, sed etiam Protestantæ scriptores (si Dodwellum excipias, qui in aliquibus suis dissertationis locis videtur ei fidem

tullianus, scribit. Demumque totidem fere verbis repetitum est a Simeone, quem Græci *Paraphrasten* vocant. Addam præterea Eucherium prius

fidem derogare) circa medium seculi IV. Liberio Pontifice sedente absolutum fuisse non dubitant. Ex eo Cuspinianus Coss. desumpsit quos Commentario suo in Aurelii Cassiodori fastos inseruit: ait enim ad an. Urb. cond. 781., Oblatum est mihi per vetus opusculum, anonymi authoris, quo Pontifices Maximi sub quibus Consuliibus fuerint enumerantur. In eo ita scribitur. Imperante Tiberio Cæsare passus est Dominus noster &c. Eundem Catalogum habuit in antiquis membranis Nicolaus Fabricius Peireskii Dominus, & Senator Aquensis, qui Parisiis die 29. Novembris anni 1620. Romam scribens Hieronymo Aleandro juniore, ait Schilderum sibi eum Catalogum summis ad Præsidentem Attrebatensem pertinentem, ea conditione ut ad alienas manus non veniret, & postquam illum examinasset ac descripsisset tuto transmitteret. Addit Peireskii in unico illo MS. ab annis circiter octingentis exarato contineri tria alia opuscula chronologica, quæ, quemadmodum & Catalogum illum pluribus lau-

dibus effert, asserens autographum seculo Constantiniano videri compositum, pollicensque Aleandro se exemplar exactissimum quamprimum misurum. Post aliquot annos idem numero MS. in Egidii Bucherii manus pervenit. Is enim cap. 14. de doctrin. temp. ait, se cum mense Octobri an. 1632. Antuerpiam venisset, Bollandum quasdam sibi Henberti Rosveidi schedas obtulisse, exscriptas e vetustissima membrana, quam D. Joannes Brennenis Regius olim in Senatu Luxemburgensi Secretarius & Auctuarius diu penes se habuerat, & tandem D. Assonvillio Regi Catholico a privatis Bruxellæ consiliis dono dederat. Ea igitur quatuor opuscula chronologica ex vetustissima membrana descripta, eodem tempore, iisdem Consulibus, ab eodemque collectore exarata Bucherius anno 1634. Antuerpiæ typis mandavit, monuitque laudatum Pontificum Romanorum Catalogum reliquorum fontem videri. Continetur autem in primo opusculo fragmentum fastorum Consularium ab anno Christi 205. ad

prius in Lerina Insula Monachum, deinceps Episcopum Lugdunensem, qui eadem ætate qua S. Augustinus vixit, non minus celebrem eloquentia, quam

ad annum 354. quo Consulibus erant Constantius Augustus VII. & Constantius Gallus Cæsar III. Alterum inscriptum: *Ex temporibus Gallieni, quis, quantum temporis Præfecturam Urbis administraverit*, exhibet Præfectos Urbi ab anno 254. ad eundem annum 354. in quo his desinit verbis: *Constantino VII. & Constantio III. Vicarius Orphitus Præfectus Urbis*. In tertio demum legitur Calendarium Valentino cuidam Constantio imperante dictatum, quem ultimum Imperatorem recenset, & non *Divum* ut ceteros omnes, sed *Dominum* appellat; signum manifestissimum quod auctor vivente adhuc Constantio scripserit, idemque ille sit qui ad Consulatum Constantii VII. prædicta opuscula perduxit, & Catalogum Romanorum Pontificum sequentibus verbis terminavit: *Liberius fuit temporibus Constantii ex die XI. Kal. Junias in diem ... a Consulibus Constantio V. & Constantio Cæsare ...* Vides diem obitus Liberii, aliumque Consulatum sub quo vivere desit minime ut in ceteris Pontificibus adnotari, sed vacuum in utroque

loco spatium aliquot punctis signatum relinqui, ut manifeste appareat Catalogum ante Liberii mortem concinnatum fuisse.

Tam præstans igitur monumentum Egidius Bucherius, uti diximus, primum edidit, notans autographum penes se habuisse Cuspinianum, eodemque seculo Henschenius Tom. primo SS. mens. Aprilis an. 1675. edito præfixit, eoque demortuo Papebrochius explicandum suscepit, Pontificum Chronologia ad sua usque tempora producta. Utrique autem Bollandi sociis facem prætulisse videtur David Blondellus Calvinianæ sectæ affecta, qui in præfatione Apologiæ pro sententia Hieronymi de *Episcopis & Presbyteris*, quam Amstelodami anno 1646. publici juris fecit, eundem Catalogum valde commendat, eoque ad veterum Pontificum tempora dirigenda in illo opere utitur. Sed nemo feliciter Liberiani Catalogi ope Chronologicam priorum Pontificum seriem correxit atque illustravit Antonio Pagio e Minorum Conventualium familia in sua Critica ad Annales Baronianos,

quam sanctitate, qui in epistola ad Valerianum ait: *Clemens vetusta prosapia senatorum, atque etiam ex stirpe Caesarum omni scientia refertus, omniumque libe-*

nos, quam an. 1689. Parisiis primum evulgavit. Pagium vero sequuntur quot quot Pontificiam historiam illustrandam aggressi sunt viri doctissimi; Schelstratius scilicet in primo Antiquitatis Ecclesiasticæ tomo, Blanchinius uterque in nova Anastasii Bibliothecarii editione, ac demum Eminentissimus Ursius in secundo Ecclesiasticæ historiæ libro.

Quod autem hujusce Chronici scriptor, qui seculo IV. floruit, illius compilator potius quam author censendus sit, patet ex diversa ratione, qua adnotantur anni, menses, diesque summorum Pontificum a S. Petro ad S. Urbanum, qui martyrio coronatus est anno 230. eorumque qui Urbanum sequuntur usque ad Liberium. Author primæ partis quicumque demum fuerit (fuisse autem S. Antherum Papam quod gesta martyrum diligenter exquisiverit, condideritque in Ecclesia nec dum Pontifex sub Pontiano Urbani successore, affirmant Henschenius, & Papebrochius, negat Schelstratius loc. cit.) author, inquam, primæ partis, Pontificis temporibus duobusque Consulatus, sub quibus

sedere coepit & debet simpliciter adnotatis, a reperendis in successore Consulibus, quos semel in prædecessore nominaverat, constantissime abtinet; quamvis interdum sub iisdem Consulibus & prædecessor Pontificatum inierit, fueritque vita functus & martyrio coronatus, & successor sedere inceperit. At in secunda parte, quæ incipit a Pontiano, diversa eaque multo accuratior methodus observatur. Etenim numeris annorum, mensium, & dierum uniuscujusque Pontificis simpliciter expositis, passim majora Pontificum elogia referuntur, diesque ordinationis & mortis eorum assignantur, neque ejusdem Consulatus repetitio omittitur, quoties eodem anno & mors unius Pontificis & electio alterius contigit. Ex quo colligitur, cum, qui secundam Catalogi partem ad Liberium deduxit nihil de suo addidisse vetustiori Chronico ante annos ferme 130. exarato; quod procul dubio fecisset, si revera totius operis author extitisset, aut saltem haberi voluisset. Porro secundam hanc Catalogi partem, idem Papebrochius in *Propi-*

liberalium artium peritissimus, ad hanc justorum viam transit, itaque in ea excellenter effloruit, ut Principi quoque Apostolorum successor extiterit. Nec in hac

Propileo ad Acta Sanctorum Maii quatuor successive authoribus nonnulla styli diversitate dignoscendis adjudicavit, quorum primus cum S. Felice finiverit, secundus tres S. Felicis successores adjecerit Eutychianum, Cajum, & Marcellinum, tertius Marcellum & Eusebium operi addiderit, quartus demum a Melchiade usque ad Liberii initia scriptiorem fuerit prosequutus; vixerit autem sub hujus decessore Julio, in cujus elogio præter morem in prioribus elogiis servatum habetur accurata Basilicarum ab eo extructarum narratio. Verum quis audeat in tanta antiquitatis caligine aliquid certi statuere? Nihil in Eutychiani, Caii, & Marcellini actis reperitur, quod non in superioribus Pontificibus ab Anthero ad Felicem (qui vixit circa annum 272.) legatur; & nominatim de Dionysio; idem stylus, eadem methodus. Idem de Marcello & Eusebio dicendum. In Eusebio quidem desideratur Consulatus, quod mirum non est, quia paucis dumtaxat mensibus eodem anno federit, & in Melchiade Eusebii successore Consulatus illius

anni erat allegandus. Illud igitur statuisse officiat, seriem & annos Pontificum Romanorum a duobus saltem authoribus & quidem ex vetustissimis ac fere synchronis Romanæ Ecclesiæ regestis descripta fuisse, quorum primus anno Christi 230. alter anno 352. quo Liberius Pontificatum iniiit, opus absolverit. Quæ cum ita sint, nemo sanus dubitabit, quin in Pontificum antiquorum serie contexenda Liberiani hujus Catalogi autoritas, Eusebii aliorumque Græcorum Scriptorum auctoritati sit omnino præferenda. Si enim antiquitatem spectes, etiam concedamus priorem Catalogi partem universam usque ad Pontianum ab uno, eodemque auctore qui eo Pontifice vixerit, fuisse contextam, semper is author integri seculi spatium Eusebium præcessit, adeoque in his quæ ad Pontifices primi & secundi Ecclesiæ seculi spectant, erit Eusebio fide dignior. Quod autem ad secundæ partis scriptorem pertinet, quamvis & de hoc eadem, quæ de primæ partis auctore modo diximus, supponamus, erit sane aliquot annis recentior Eusebio (vixit

hac parte Græci a Latinis discrepant, etsi aliqui dixerunt in exercendo Pontificatu, Linum Cletumque præcessisse. Siquidem omnes consentiunt, viven-

ginti nimirum, si temporis, quo Eusebius historiam conscripsit ratio habeatur) sed hoc posterioris ætatis incommodum ex eo abunde compenatur, quod Chronici author Romæ vixerit: quum domestici & urbani externis ac longe distitis scriptoribus in rebus ad Romanos Pontifices pertinentibus, præferri omnino debeant.

Verum enim vero maximum immo præcipuum Liberiani Calendarii ornamentum, quo Eusebii, aliorumque veterum scriptorum auctoritatem veluti sol minorum syderum lumen exsuperat, in eo versatur, quod non modo annos, menses, diesque Pontificum denotat, sed Consules etiam sub quibus unusquisque Pontifex S. Petri Cathedram tenere incepit ac desit. Quantum enim numeri annorum mensium atque dierum in tanta exemplarium varietate facile immutari corrumpique possunt, tantum etiam ab erroris suspitione alienum ac longe difficillimum mihi videtur, ut duorum Consulium nominibus, aliorum Consulium nomina substituantur: ac si id forte acciderit, ex Consulibus sub quibus aut antecessor obiit,

aut successor electus fuit, ex numero demum annorum & mensium Pontificatui intermedio tributorum, facile error deprehendi corrigique posset. Quis enim ignorat in hujusmodi monumentis, omnia corrupta prorsus, confusa, ac perturbata esse debere, ut nullus emendationi locus relinquatur? Hinc pauca perfecto in Liberiano nostro Catalogo loca adeo deformata reperiuntur, ut ipsius Catalogi ope, statim pristinae integritati restitui non possint. Si error in annis irrepserit, illico ex Consulibus corrigitur. Si in nominibus primorum Consulium, nullo negotio ex Consulibus præcedentibus mederi potest, quemadmodum & Consulium succedentium auxilio, quæcumque in secundorum Consulium nominibus perturbatio inciderit, facillime componitur. Demum si corrupta sit nota numeralis uni ex duobus Consulibus addita, nonne & huic statim incommodo prudens Lector occurret, dummodo ad Collegæ nomen animum adiciat? Quare nemini dubium esse debet, quin in antiquiorum Pontificum Chronologica serie ac successio-

vivente adhuc Petro, qui fere toto tempore sui Pontificatus absens fuit, illos Romanæ Ecclesiæ curam gessisse; mortuo deinde Petro, Clementem

F cui

cessione contenda emendandaque, nullum Liberiano Catalogo tutiorem ac fideliorem duces sequi possimus. Quæ autem ratio recentiores quosdam Criticos atque Chronologos impulit, ne prætiosissimo huic monumento adhererent, perturbatio nimirum successionis ac temporum quinque priorum Pontificum; eadem nos præ cæteris movere debet, ut Liberianum Catalogum reliquis authoribus præferamus. Chronologia siquidem Pontificatus D. Petri ac priorum quatuor ejus successorum, quam noster exhibet Catalogus, adamussim convenit cum nonnullis antiquis traditionibus, quæ perperam intellectæ ab illis, qui Consulium sub quibus res contigerunt, rationem habendam non esse existimarunt, negligentes homines in errores turpissimos præcipitaverunt, quemadmodum egregie ostendit Eminentiss. Joseph Augustinus Ursus in secundo suæ Ecclesiasticæ historiæ libro. Ab antiquissimis enim scriptoribus memoriæ proditum est, JESUM CHRISTUM passum esse duobus Geminis Consulibus ann. xxix. æræ Dionysianæ; D. Petrum

annos xxv. summum Pontificatum tenuisse: ei successisse S. Linum, quem idem Apostolorum Princeps Episcopum ordinaverat, cuique duodecim circiter Episcopatus anni communiter tribuuntur: S. Cletum quoque, deinde, Pontificem Maximum, Episcopum ordinatum ab eodem D. Petro, qui & Sanctum Clementem non modo eodem Episcopalis consecrationis munere donavit, sed suum quoque immediatum successorem elegit, quamvis revera Clemens, Pontifex non fuerit, nisi saltem post Linum. Demum etsi multi, unum ex Cleto & Anacleto Pontificem fecerint, eumque alii S. Clementi præcessisse, alii successisse existimaverint; Ecclesia tamen Romana jure meritoque laudatos duos Pontifices distinguit. Jam vero omnes hæc vetustissima traditiones, quantum Pontificiam implicaverit Chronologiam, prout a cæteris scriptoribus referuntur, tantum ex Catalogi Liberiani computis ac chronotaxi lucis accipiunt. Alligat illius Catalogi author Christi mortem Consulatu duorum Geminarum, & initium xxv. annorum-

sum

cui ab illo designatus fuerat, successisse. Hoc Rufinus in Proœmio interpretationum ipsiusmet Clementis Recognitionum, compluresque alii affirmave-

summi Pontificatus D. Petri Consulatu Vinicii & Longini, qui Consules fuerunt anno sequenti xxx. æræ communis; finem vero eorundem xxv. annorum alligat Consulatu Neronis & Veteris an. æræ ejusdem lv. sive quemadmodum in aliis exemplaribus legitur *Nerva & Vesti* (hoc est *Vestini*) anno æræ vulgaris lxxv. quo SS. Apostolos Petrum & Paulum martyrio Romæ Neronis jussu coronatos fuisse, paulo inferius demonstrabimus, pag. 91. At Erius Ursus laudatus, utrumque Consulatum in nostri catalogi textu, locum olim habuisse jure meritoque existimat; adeoque legendum usque *Neronis & Veteris, usque Nerva & Vestini*. Nam in primo *Neronis & Veteris* Consulatu desinunt anni xxvi. ab auctore catalogi D. Petro tribuitur, si eos enumerare incipias ab anno xxx. æræ communis, præsertim quum ab sequenti Consulatu *Saturnini & Scipionis* annorum S. Lini initium ducat. Alter vero Consulatus *Nerva & Vestini* nullo modo ex catalogi textu expungendus est, propterea quod in eum incidit annus martyrii SS. Apo-

stolorum, qui fuit æræ vulgaris lxxv. & ejusdem catalogi auctor subdit D. Petrum *passum esse cum Paulo die 3. Kal. Julias Consulibus superscriptis* (nimirum Silio Nerva, & Attico Vestino) imperante Neronis. Duas igitur summi Pontificatus D. Petri epochas, & quidem utramque annorum ferme xxv. designare voluisse videtur auctor catalogi, prioris initium ducens a Consulatu *Vinicii & Longini* anno æræ vulgaris xxx. gesto (nam Christum duobus Geminis Coss. an. æræ xxx. passum fuisse tradit) quando scilicet Apostolorum Princeps Domini Vicarium agere coepit in administratione Ecclesiæ suæ, angustiis adhuc unius Judææ limitibus conclusæ; finem vero statuens in annum lv. Christi; secundæ vero epochæ finem in an. lxxv. quo Consules fuerunt Nerva & Vestinus, adeoque initium circa an. D. xl. sive duodecimo ab ejus passione anno, quum scilicet juxta antiquissimam traditionem, distributis inter Apostolos Provinciis atque nationibus, coepit Petrus fungi munere Supremi Pastoris omnium Eccle-

mavere. Quod si daremus, nescire nos quis Petro successerit, num idcirco statim sequeretur, Petrum Romæ non fuisse? quæro quis locus argumentan-

narum, quæ ab eo tempore per universum terrarum orbem fundari ac stabiliri coeperunt.

Fundantes, inquit Irenæus lib. 3. adv. hæres. cap. 3. & *instruentes Beati Apostoli Ecclesiam*, Romanam scilicet, *Lino Episcopatum administranda Ecclesia tradiderunt*; hoc est D. Petrus ab Urbe discessurus ad extremas Occidentis regiones Evangelii luce perlustrandas Linum, Episcopum ordinavit, eique Romanam Ecclesiam, se absente regendam administrandamque commisit. Fuit hæc Lini ordinatio celebrata anno Christi lvi. Saturnino & Scipione Consulibus, & ab hoc Consulatu in nostro Catalogo initium desumitur annorum duodecim eidem Lino tributorum, qui desinunt in Consulatum Capitonis & Rufi, hoc est in annum Dionysianum lxxvii. sive secundum post obitum SS. Apostolorum Petri & Pauli. Quum igitur plerique fastorum Consularium omnino expertes eosdem duodecim Lini annos a Petri martyrio numerandos esse putarint, hinc factum est, ut in priorum ejus successorum serie annisque adnotandis maxima

oriretur confusio ac perturbatio, & nominatim necessitas duos Pontifices in unum confundendi, quum non possent invenire annos, quibus sedit Cletus veluti Pontifex distinctus ab Anacleto. At illi, qui Catalogum Libarianum sequuntur, novem S. Clementis annos ab Consulatu Tracali & Italici hoc est ab an. Christi lxxviii. deducunt, adeoque ad an. æræ vulg. lxxvi. Vespasiano Augusto VII. & Tito Cæsare V. Consulibus eorundem finem referunt, suum quoque relinquunt locum duobus distinctis Pontificatibus Cleti & Anacleti, proximiorumque Petro successorem constituunt S. Clementem, quem profecto Tertullianus multique tum ex Græcis, tum ex Latinis aatribus pro immediato Principis Apostolorum successore non habuissent, si tam sero juxta Eusebii Chronologiam, hoc est anno æræ vulg. xcii. Domitiani xii. in Romana Cathedra sedere coepisset.

Successit itaque Clementi Cletus, quem idcirco eidem Clementi a plerisque præpositum invenies, quod tempus ejus ordinationis a tempore

di sit, qualis sit hæc objectio? quam si concesserimus, nihil tamen inferior causa nostra futura sit. Quod rursus dicemus de illa nominum Pontificatum congerie, de quorum temporibus dubitat Persuasor noster.

ALERE FLAMMAM
INDEBITATIS

suscepti Apostolatus officii distinguere neglexerint. Concedimus quidem cum Rufino, aliisque, S. Cletum ordinatum fuisse Episcopum ante Clementem; verumtamen Sanctorum Optati & Augustini, nec non Liberiani Catalogi autoritate freti, existimamus Clementem ipsum Cleto in summi Pontificatus munere gerendo præponendum, quum primus Cleti annus exprimat Consulatu Vespasiani Augusti VIII. & Titi VI. sive Domitiani successi VI. postremus vero annus Consulatu ejusdem Domitiani IX. & Rufi I. qui Consulatus incidunt in annos æræ vulgaris LXXVI. & LXXXIII.

Clementis & Cleti temporibus ita dispositis, suus relinquatur locus Pontificatui Analeti, cujus initium in Catalogo statuitur Domitiano X. & Sabino Consulibus, nimirum anno Christi LXXXIV. finis vero Consulibus eodem Domitiano X. II. & Clemente, hoc est anno Domini xcv. adeoque unusquisque facilius sibi suadebit, Patres similitudine nomi-

num deceptos Cletum cum Analecto confundisse, & ex duobus distinctis Pontificibus unum, idemque consecisse, quam in ea opinione versari, ut existimet Authorem primæ partis Chronici Liberiani ita illis temporibus proximum, (floruit enim secundo Ecclesiæ seculo sub Pontiano) qui vetustiora monumenta ac publica fortasse Romanæ Ecclesiæ regesta jam a Tertulliano laudata consuluerat, duos ex uno gratis sibi fingere, ac posteris obtrudere voluisse Pontifices, proprioque Marte respectivis designare Consulatus initium & exitum utriusque Pontificatus. Et hæc speciminis loco dicta sufficiant de ratione emendandi tempora priorum Pontificum ex Catalogo Liberiano; eadem enim, Deo dante, singillatim perscrutabimur in edendis ad eundem Catalogum commentariis, in quibus Eusebii, Libri Pontificalis, aliorumque Chronicorum hæc in re auctoritatem accurate discutiamus.

PER-

PERSUASIO II.

Petrus non potuit Romam venire ante xviii. annos a passione Domini; nam cum fieret Concilium Hierosolymitanum Act. 15. adhuc erat Petrus in Judæa; factum est autem illud Concilium anno xviii. a passione Domini, ut colligit B. Hieronymus in cap. 2. ad Galat. Nam Paulus post annos tres a conversione sua venit in Hierusalem videre Petrum, Galat. 1. Deinde post annos xiv. rediit in Hierusalem ad Concilium, Galat. 2. quibus si addas unum annum, qui fluxit a passione Domini, usque ad conversionem Pauli, sient anni 18. Adde quod Petrus dicitur fuisse quinque annis in Judæa, deinde septem annis Antiochiæ, tum multis annis aliis in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bythinia. Nec enim uno die poterat tot locis prædicare. Itaque ut minimum xviii. anni fluxerunt, antequam Romam Petrus venire posset. Præterea si ante annum xviii. Petrus Romam venisset, venisset certe anno secundo Claudii, ut nos supra diximus: & id fieri non potest, tum quia illo anno nondum S. Petrus ex vinculis liberatus fuerat, in quæ illum conjecerat Herodes. Contigit enim ea liberatio anno tertio Claudii, ut ex Luca Actor. 12. & ex Josepho lib. 19. Antiquit. cap. 7. colligitur, tum etiam quia mandaverat Christus Apostolis, ut ex Hierusalem ante annos xii. non recederent, ut ex Thrasea Martyre refert Eusebius l. 5. hist. cap. 18. Incidit autem annus xii. a Christi resurrectione in annum iii. Claudii. Non igitur anno secun-

di sit, qualis sit hæc objectio? quam si concesserimus, nihil tamen inferior causa nostra futura sit. Quod rursus dicemus de illa nominum Pontificatum congerie, de quorum temporibus dubitat Persuasor noster.

ALERE FLAMMAM
INDEBITATIS

suscepti Apostolatus officii distinguere neglexerint. Concedimus quidem cum Rufino, aliisque, S. Cletum ordinatum fuisse Episcopum ante Clementem; verumtamen Sanctorum Optati & Augustini, nec non Liberiani Catalogi autoritate freti, existimamus Clementem ipsum Cleto in summi Pontificatus munere gerendo præponendum, quum primus Cleti annus exprimat Consulatu Vespasiani Augusti VIII. & Titi VI. sive Domitiani suscepti VI. postremus vero annus Consulatu ejusdem Domitiani IX. & Rufi I. qui Consulatus incidunt in annos æræ vulgaris LXXVI. & LXXXIII.

Clementis & Cleti temporibus ita dispositis, suus relinquatur locus Pontificatui Analeti, cujus initium in Catalogo statuitur Domitiano X. & Sabino Consulibus, nimirum anno Christi LXXXIV. finis vero Consulibus eodem Domitiano X. II. & Clemente, hoc est anno Domini xcv. adeoque unusquisque facilius sibi suadebit, Patres similitudine nomi-

num deceptos Cletum cum Analecto confundisse, & ex duobus distinctis Pontificibus unum, idemque consecisse, quam in ea opinione versari, ut existimet Authorem primæ partis Chronici Liberiani ita illis temporibus proximum, (floruit enim secundo Ecclesiæ seculo sub Pontiano) qui vetustiora monumenta ac publica fortasse Romanæ Ecclesiæ regesta jam a Tertulliano laudata consuluerat, duos ex uno gratis sibi fingere, ac posteris obtrudere voluisse Pontifices, proprioque Marte respectivis designare Consulatus initium & exitum utriusque Pontificatus. Et hæc speciminis loco dicta sufficiant de ratione emendandi tempora priorum Pontificum ex Catalogo Liberiano; eadem enim, Deo dante, singillatim perscrutabimur in edendis ad eundem Catalogum commentariis, in quibus Eusebii, Libri Pontificalis, aliorumque Chronicorum hæc in re autoritatem accurate discutiamus.

PER-

PERSUASIO II.

Petrus non potuit Romam venire ante xviii. annos a passione Domini; nam cum fieret Concilium Hierosolymitanum Act. 15. adhuc erat Petrus in Judæa; factum est autem illud Concilium anno xviii. a passione Domini, ut colligit B. Hieronymus in cap. 2. ad Galat. Nam Paulus post annos tres a conversione sua venit in Hierusalem videre Petrum, Galat. 1. Deinde post annos xiv. rediit in Hierusalem ad Concilium, Galat. 2. quibus si addas unum annum, qui fluxit a passione Domini, usque ad conversionem Pauli, sient anni 18. Adde quod Petrus dicitur fuisse quinque annis in Judæa, deinde septem annis Antiochiæ, tum multis annis aliis in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bythinia. Nec enim uno die poterat tot locis prædicare. Itaque ut minimum xviii. anni fluxerunt, antequam Romam Petrus venire posset. Præterea si ante annum xviii. Petrus Romam venisset, venisset certe anno secundo Claudii, ut nos supra diximus: & id fieri non potest, tum quia illo anno nondum S. Petrus ex vinculis liberatus fuerat, in quæ illum conjecerat Herodes. Contigit enim ea liberatio anno tertio Claudii, ut ex Luca Actor. 12. & ex Josepho lib. 19. Antiquit. cap. 7. colligitur, tum etiam quia mandaverat Christus Apostolis, ut ex Hierusalem ante annos xii. non recederent, ut ex Thrasea Martyre refert Eusebius l. 5. hist. cap. 18. Incidit autem annus xii. a Christi resurrectione in annum iii. Claudii. Non igitur anno secun-

do Claudii Petrus Romam venit; sed post annum ix. qui erat xviii. a passione Domini. Dicitur autem Petrus sedisse Romæ annis viginti-quinque a Damaso, Eusebio, Hieronymo, & aliis; supervixit ergo usque ad annum xliii. a passione Domini: sed tunc jam obierat Nero, imo etiam Galba, Otho, Vitellius, & imperabat Vespasianus. Igitur tempore Vespasiani obiit Petrus. Sed Vespasianus fuit mitissimus Imperator, nec ullos Christianos Romæ occidit, ut omnes testantur. Vide Tertullianum cap. 5. Apologetici, & Augustinum lib. de Civitate Dei 3. cap. 31. Eusebium, Sulpitium, Orosium, & ceteros omnes historicos. Petrus igitur alibi obiit, quam Romæ.

DISSUASIO.

Quod vero ad secundam Persuasionem attinet, etsi satisfacere poterant quæ diximus, rursus tamen quædam repetere non gravabimur. Ita a nobis digesta sunt Petri tempora, ut septem annis dixerimus in Judæa stetit, deinceps profectum Antiochiam, sumptaque Sacerdotii Sede, eas circuisse regiones, quas & ipse & Hieronymus enumerant: Undecimo demum anno Hierosolymam profectum, & inde a fuga carceris Romam pervenisse anno secundo Claudii; quo fit ut annis circiter quinque moram traxerit Antiochiæ. Quod vero Platina ait de septennio, sibi met dilucide contrarius est; idem enim secundo Claudii anno Romam profectum scribit. Nec quispiam gravis author, quem hæctenus legerim septennium illud approbat. Hieronymus certe & Eusebius non de-

definito tempore, quo ibi moram traxerit, Antiochia Romam profectum scribunt. Mirifica deinde sequitur Persuasoris hujus argumentatio: *quoniam*, inquit, *anno duodevigesimo a Christi morte Hierosolymis erat Petrus, patet illum non antea Romam potuisse proficisci*. At verò istud non dicit Hieronymus, qui & secundo Claudii anno Romam profectum, & Hierosolymis duodevigesimo a Christi morte fuisse scribit, ut nisi impudenter dicere velimus Hieronymum sibi met contrarium, necesse sit confiteri Roma Hierosolymas revertisse. Quod nos tunc accidisse dicimus, cum ab Urbe expulsi fuere Judæi. Liberrima autem sunt nobis tempora de Petro judicandi ab octavodecimo anno a Christi morte ad septimum & trigesimum. Nec enim ulla in Actis Apostolorum Petri mentio fit post id tempus, in quo quæstio incidit de circumcissione (a). Quod vero legimus, Petrum Romanum Pontificem annis viginti quinque fuisse, miror quid in mentem venerit Persuasori opinari consequens esse illum eo intervallo non alio in loco quam Romæ moram trahere potuisse. Quasi minus futurus fuerit Romanus Pontifex, si quod Paulo contigit, cura omnium Ecclesiarum sollicitaretur. At vero assiduum non fuisse Romæ, Hieronymus quoque, quod paulo ante diximus, testatur, ubi secundo Claudii anno Romam profectum dicit, & Cathedram annis viginti quinque tenuisse. Rursus autem in epistolam ad Galatas quæstionem illam de circumcissione, & congressum Petri & Pauli Hierosolymis reiicit in annum duodevigesimum a Christi morte, septimum scilicet ab eo, quo primum Romam

F 4

per-

(a) Vide hujus operis li. seqq. nostrasque ad ea loca
brum primum pag. 30. 36. & adnotationes.

pervenerat. Nihil igitur obstant sacrae litterae, quin dicamus & secundo Claudii anno Romam profectum, & postremo Neronis, qui fuit ab illo quintus & vigesimus actum in crucem fuisse (30).

PER-

(30) Anno Neronis postremo hoc est Imperii xiv. D. Petrum martyrii palmam obtinuisse Eusebii Chronographiam sequutus, putavit Cortesius noster, at quo jure ita senserit obscurum est. Annus Neronis xiv. incipit a die 13. Octobris anni 67. aera vulgaris Consulibus L. Fontejo Capitone & C. Julio Rufo; & desinit die 9. mensis Junii aera vulg. 68. C. Silio Italico, & M. Galerio Trachalo Turpiliano Coss. qua die sibi necem conscivit Nero. Quum itaque ex perpetua Romanae Ecclesiae traditione, ex omnibus tum editis tum MSS. Calendariis & martyrologiis, ex omnibus tum antiquis tum recentioribus Patribus, constet Petrum Apostolum die 29. mensis Junii passum esse sub Nerone, illud quoque fateamur oportet, nequaquam 14. Neroniani imperii anno SS. Apostolorum martyrium evenire potuisse, ut perperam scripsit Eusebius: quem Petavius, annum Neronis primum a Kal. Januariis a Græco historico numeratum esse docens, violenta nimis in Romana historia interpretatione, frustra

a tanto errore vindicare conatus est, quod optime animadvertit Ricciolius Chron. Refor. tom. 1. lib. 9. cap. 2.

Hunc Eusebii & Cortesii nostri errorem probe sentiens eminentissimus Annalium Ecclesiasticorum parens Baronius, Petrum martyrium subisse Neronis anno 13. cadente & vulgaris aera 67. existimavit. At Baronium quoque deceptum fuisse recentiores critici ex eo præcipue probant, quod Nero mense Junio anni 13. Imperii sui haud Romæ erat, sed in Achaja. Ex Dione enim discimus, Neronem in Græciam navigasse Telesino & Paulino Coss. anno scilicet Aera vulgaris 66. cum Tiridatem Neapoli exceptum Romam duxerit, ac solemniter pompa donatum diademate, Armenia regem pronunciaverit. Itineris causa fuit, ut in Elide Olympiadem ccxi. celebraret. Porro cum Judæi rebellantes, variis cladibus & præsertim vidus Novembris an. 66 Romanos afficerent, jam Græcas urbes Imperator ille citharoedus peragrabat; constat enim ex Josepho, quod Cestius Gallus Syria

PERSUASIO III.

„ **D** Enique, quod ne nono quidem ejusdem Imperii Claudii anno, illuc venire potuisset Petrus, Tranquillus in Claudio est auctor, qui Christianos tunc temporis Roma fuisse pulsos scribit: = Claudius, inquit, Judæos, impulsore Chresto a fœdibus multantes, Roma expulit = .
Ubi

Syriae Praefes, post hanc cladem, Saulum aliosque nobiles Judæos in Achajam ad eum misit Legatos. Annum autem integrum Neronem in Achaja consumpsisse festis celebrandis victoriarum ergo, refert idem Dio historicus paullo supra laudatus, certoque scimus ineptissimi Imperatoris ex eadem Achaja reditum nullatenus statui posse ante Autumnum anni 67. Quum enim jam esset autumnus ejusdem anni, adhuc in Græcia commorabatur in Isthmo perfodiendo occupatus, nam 8. mensis Gorpiae die, sub initium scilicet septembris anni 67. Vespasianus ad eum sex Judæorum millia validissimos juvenes *εἰς τὴν Ἰσθμὸν* transmisit, Josepho teste lib. 3. de bello Judaico cap. 10. quod apprimè convenit cum Dione, qui ad immane illud opus magnam hominum multitudinem etiam ex externis accersitam fuisse testatur. Nemini igitur dubium

est, quin in alium annum Petri martyrium reiciendum sit, etsi recentiores critici minime in eo assignando conveniant, quum Elias Dupinius doctor Sorbonicus, & Guilielmus Cave Anglus anno Neronis decimo Aera vulg. 64. Pagius & Bollandus anno Neronis undecimo exeunte aera vulgaris 65. Tillemontius demum, quem sequitur cl. Fogginius in suis exercitationibus, Neronis duodecimo anno exeunte, aera autem vulgaris 66. ponant.

Verum quod ad Dupinii & Cavæi sententiam spectat, animadvertendum Neronem in Christianos favere non coepisse, nisi post incendium Romæ, quod mense Julio accidit anno aera vulgaris 64. scilicet post 29. Junii diem, qua Apostolos passos esse dubitare non licet. Nam Tacitus lib. xv. Annalium cap. 9. de tempore incendii hæc habet. *Fuerunt, qui adnotarent xiii. Kal. Se.*

„ Ubi Orosius addubitat, utrum contra Christum
 „ tumultuantes Judæos coerceri & comprimi jus-
 „ ferit, an etiam Christianos simul velut cognatæ
 „ religionis homines voluerit expelli. Qui profe-
 „ cto, si vel historiam rerum gestarum ab Apo-
 „ stolis, vel saltem Paulinas legisset epistolas, non
 „ ambigeret Christianos Judæorum impietate &
 „ ver-

*Sextiles principium incendii
 hujus ortum, quo & Senones
 captam urbem inflammaverunt.
 Quam autem idem Tacitus capite
 sequenti narraverit, quæ
 Nero ad restaurandam urbem
 & cives solandos, ut se tanti
 incendii crimine purgaret, sum-
 ptuose egit, ita concludit.
 Sed non ope humana, non lar-
 gitionibus principis, aut Deum
 placamentis accedebat infamia,
 quin jussu, incendium crede-
 retur; ergo abolendo rumori
 Nero subdidit reos, & quasi-
 sissimis penis affectis, quos per
 flagitia invisos, vulgus Chri-
 stianos appellabat. Non video
 profecto quidnam afferri possit,
 quo tam valido occurratur ar-
 gumento, nisi forte Taciti as-
 sertum in dubium revocare
 quis velit, ex eo quod Sveto-
 nius, quamvis & ipse urbem Ro-
 mam a Nerone incensam, &
 persecutionem in Christianos
 excitam narret, neutiquam
 tamen hinc illam derivatam
 esse tradiderit, sicuti nec Eu-
 sebii Chronicon & Hieronymi,*

*& Orosius & Auctor de morti-
 bus Persecutorum, qui ad effe-
 ratam potius Neronis impieta-
 tem in Deum, quod in Christia-
 nos sævitum fuerit, clare re-
 ferunt. At quis non videt,
 Svetonium ceterosque, quod
 Tacitus asserit haud inficiari,
 sed tantum silere, neque re-
 centiores scriptores, quod ad
 ceteros attinet, in his quæ ad
 populi Romani res spectant
 cum Tacito comparandos, cui,
 si fabellam scripsisset, innumeri
 fere testes mendacium expo-
 brassent. Sed demus, confi-
 ctam Neronianæ persecutionis
 causam attulisse Tacitum;
 ecquis hoc saltem non conce-
 det, non ante urbis Romæ in-
 cendium in Christianos sævire
 cœptum, fuerit nec ne incen-
 dium ipsum illius causa? Ne-
 mo enim suadere sibi poterit,
 diligentissimum Annalium scri-
 ptorem Tacitum tam crasso er-
 rore peccasse, adeoque ante-
 quam Roma a Nerone incensa
 fuerit, Neronianam incoepisse
 persecutionem; quin etiam ut
 in-*

„ versutia Cæsarem ac populum Romanum ad vin-
 „ dictam excitante, una cum iisdem Roma pulsos
 „ fuisse. Quippe vel Apostolo ad Romanos in epi-
 „ stola id testante; inter alios namque Christia-
 „ nos, quos salvere jusserat; = salutate (inquit) Pri-
 „ scillam & Aquilam adjutores meos in Christo
 „ Jesu, qui pro anima mea suas cervices suppo-
 sue-

incendii illius crimen a se de-
 clinaret, in Christianos illud
 vertisse, & hinc eos exterminandi occasionem ab iniquissimo Imperatore ambabus unis amplexam, affirmare non dubitamus ex Tacito, cui Sulpitius Severus quarti Ecclesiæ seculi auctor gravissimus lib. 2. sacræ historiæ apprime consentit.

Restat igitur, ut SS. Petri & Pauli martyrium aut ad annum æræ vulg. 65. cum Pagio, aut ad annum sequentem 66. cum Tillemontio referamus. Etsi autem utriusque anni mense Junio Romæ Neronem degisse constet, duplici tamen ratione prior epocha posteriori præferenda esse videtur. Prima ratio desumitur ex auctoritate vetustissimi Catalogi Liberiani, (cui potissimum standum esse in primorum Pontificum Chronologia contenda atque emendanda, vidimus superius pag. 77. & seq.) in quo sic legitur. *Petrus annis viginti quinque, mense uno, diebus no-*

vem. Fuit temporibus Tiberii Cæsaris, & Caii, & Tiberii Claudii & Neronis a Consulatu Vinicii & Longini, usque Nervæ & Veri. Passus autem cum Paulo die tertio Kal. Julias, Consulibus SS. Imperante Nerone. Cum autem Consulatus Nervæ & Veri nusquam reperiatur, necessario legendum Nervæ & Vestini, qui Consulatus in annum 65. æræ vulgaris incidit, non Neronis, & Veteris, ut omnino legi debere existimat vir cl. F. Fogginius exercitatione XVI. qui præterea notam illam compendiarium Consulibus SS. hoc est supra scriptis, interpretatur pro Consulatu sequenti Saturnini & Scipionis, a quibus idem Catalogus auspiciatur Episcopatum Lini. Quis enim sibi persuadeat Liberiani Catalogi auctorem tam crasso anachronismi errore peccasse, ut Petri mortem constituat anno vulgaris æræ quinquagesimo quinto, in quem Neronis & Veteris incidit Consulatus? Ad hæc etfi

„ fuerunt = ; quos sane , nisi Christianos Apostolos
 „ novisset , in catalogo salutandorum Christi fide-
 „ lium , neququam reposuisset : Attamen quo mo-
 „ do Judæus genere Aquila ille fuerat , quamvis in
 „ Christum una cum conjugē crediderit , nihilo-
 „ minus hunc tamen Lucas in Actibus Judæum
 „ Ponticum nominat in hæc verba . = Post hæc
 „ (in-

etsi in Catalogi textu *Neronis*
 & *Veteris* Consulū nomina
 retinere velimus , non tamen
 propterea illa *Nervæ* & *Vestini*
 prorsus abiicienda sunt . Si
 enim legamus : *Fuit tempo-*
ribus Tiberii Caesaris , &c. a
Consulatu Vinicii & Longini
usque Neronis & Veteris , usque
Nervæ & Vestini , prout legen-
 dum putat doctissimus Cardi-
 nalis Ursinus in secundo histo-
 riæ Eccl. libro , facile intelli-
 gemus ad duas veluti epochas
 annorum xxv. Pontificatus D.
 Petri respicere voluisse au-
 thorem Catalogi , quarum prima
 incipiens a Passione Domini
 hoc est a Consulatu duorum
 Geminorum an. ær. vulg. xxix.
 desinit in Consulatu *Neronis*
 & *Veteris* æræ vulg. lv. Altera
 vero initium ducens ab an. æræ
 comm. xl. C. Caligulæ iv. sive
 postremo , quo D. Petrus An-
 tiochenam Cathedram Evodio
 reliquit , desinit in Consulatu
Nervæ & *Vestini* anno
 æræ communis lxxv. gestum ,
 quo *Neronis* jussu una cum

Coapostolo Paulo martyrio co-
 ronatus est . Præterea Tacitus
 lib. 16. Annalium loquens de
 iis , quæ *Nervæ* & *Vestino* Coss.
 gesta sunt , sic narrationem
 concludit . *Tot facinoribus sæ-*
dum annum , etiam Dii tempe-
statibus & morbis insignivere .
Vastata Campania turbine ven-
torum , qui villas , arbusa ,
fruges passim disjecit , pertu-
litque violentiam ad vicina Ur-
bis , in qua omnium mortalium
genus vis pestilentie depopula-
batur , nulla celi intemperie ,
que occurreret oculis . Suetonius
 autem in vita *Neronis* , post-
 quam incendium Urbis ab
 impio Imperatore factum nar-
 rasset ; *accesserunt* , inquit ,
tantis ex principe malis probris-
que quedam fortuita ; pestilen-
tia unius autumnus , qua tri-
ginta funerum millia in ra-
tione Libitinae venerunt : Cla-
des Britannica &c. Hinc Pau-
 lus Orosius Hist. lib. 7. cap. 3.
 hæc scribit . *Primus* (scilicet
 Nero) *Romæ Christianos sup-*
plicis & mortibus affectis , &
 per

„ (inquit) egressus ab Athenis Paulus , venit Co-
 „ rinthum , & inveniens quemdam Judæum nomine
 „ Aquilam Ponticum genere , qui nuper venerat
 „ ab Italia , & Priscillam uxorem ejus , eo quod
 „ præcepisset Claudius discedere omnes Judæos a
 „ Roma , accessit ad eos , & quia ejusdem erat ar-
 „ tis , manebat apud eos & operabatur = . Et nequis
 „ dubitet Christianos eos fuisse , addit Lucas in cal-
 „ ce capitis duodeviginti dicens : = Judæus quidam
 „ Apollo nomine , Alexandrinus genere , vir elo-
 „ quens , devenit Ephesum , potens in scriptu-
 „ ris , hic erat doctus viam Domini & fervens spi-
 „ ritu loquebatur , & docebat diligenter ea , quæ
 „ sunt Jesu , sciens tantum baptisma Joannis , quem
 „ cum audisset Priscilla & Aquila assumpserunt
 „ eum , & diligentius exposuerunt ei viam Do-
 „ mini = . Hæc Lucas ad verbum , & totum hoc ca-
 „ put declarat Priscillam & Aquilam Christianos
 „ ex Judæis factos , Roma una cum aliis expulsos
 „ fuisse . Quod iterum docent Paulinæ litteræ , quas
 „ novissime jam ubi tempus resolutionis suæ pro-
 „ pinquaverat , ad unice dilectum discipulum Ti-
 „ motheum suum miserat ; = saluta , inquit , Priscil-
 „ lam

per omnes Provincias pari per-
 secutione excruciarī imperavit ,
 ipsumque nomen extirpare co-
 natus , Beatissimos Christi Apo-
 stolos , Petrum Cruce , Pau-
 lum gladio occidit . Mox acer-
 vatim miseram civitatem obor-
 ta undique clades oppressere .
 Nam subsequente autumno tan-
 ta Urbi pestilentia incubuit , ut
 triginta millia funerum in ra-
 tione Libitinae venirent . Quum

itaque , Orosio teste , effusum
 Apostolorum sanguinem dira
 ultra fuerit lues , & pessimam
 quidem pestilentiam grassatam
 fuisse , Suetonius post Urbis
 incendium ; Tacitus vero Ner-
 væ & Vestino Coss. hoc est an-
 no Christi lxxv. doceant ; clare
 sequitur Principum Apostolo-
 rum martyrium ad eundem
 annum lxxv. esse referendum ,

„ lam & Aquilam =. Unde non solum Christianos,
 „ sed sincerissimos quoque Christianos eos fuisse
 „ constat, ut pote quos Apostolus data modo oc-
 „ casione nunquam non salutabat. Nihil hic mi-
 „ ror, quod Stapulensis tam in hac ad Timotheum,
 „ quam ad Romanos Epistola innovat, verba apo-
 „ stolica ad hunc modum exponens: salutat vos
 „ Priscilla, & Acyla, vel Prisca, & Acyla. Ori-
 „ ginem, Chrysostomum, Ambrosium, & tot
 „ doctissimos alios interpretes, imo & veterem
 „ ipsam translationem, cui in hac parte Erasmus
 „ nihil derogat, hic sequi malo. Quid restat igitur
 „ aliud dicere, quam Petrum ad nonum usque
 „ Claudii annum Romam non venisse? Qui enim
 „ illac venire tunc potuerit, cum ceteri omnes
 „ cum Judæi, tum Christiani inde pellerentur, eos-
 „ que in tantum stomacharetur Roma; qui si post-
 „ hac Romam aliquando venerit, ac xxv. illic
 „ delituerit annis, Vespasiano ejus imputaretur
 „ martyrium. Quod de benignissimo erga omnes
 „ principe, credere nefas est, & nemo est om-
 „ nium, qui hoc affirmare audeat, .

DISSUASIO.

UNIQUOD de exturbatione Judæorum ab urbe Ro-
 ma scribunt Lucas & Tranquillus, nequa-
 quam de christianis intelligi debere, manife-
 stis ut opinor argumentis ostendimus (p. 34. & seq.)
 quandoquidem ut Tertullianus cæterique testantur,
 primus Nero Christianos poenis affici iussit, & tunc
 denique per tempora illius calamitatis meminerunt
 Christianorum Tacitus, Dion, & Tranquillus,
 cum ante nulla apud ipsos gentis nostræ mentio sit.

Pe-

Petrus vero, Priscilla, & Aquila & quotquot gen-
 te erant Judæi Roma coacti sunt discedere. At si
 edicto Claudii utrique comprehensi essent, pote-
 rat quidem Tranquillus, vel certe Lucas ut Judæos,
 sic & Christianos nominare. Quod vero Persuasor
 ait de Aquila & Acyla, miror hominem non vi-
 disse, quod opinor omnibus & lippis notum & ton-
 soribus est, ut Flacci utar verbis, nihil illa inter se
 differre, & alterum latinum, alterum Græcum
 esse. Cum enim secundo nominis Aquilæ careant
 græci elemento, similem effectum speciemque esse
 scribit Fabius ejus, quod secundum est in nomine
 Acyla. Quare quod nos dicimus *Quintum*, illi
κῆντρον, Varrone quoque id attestante initio *lib.*
quinti de lingua latina; ut patet apud Josephum de
Cyrino, qui *Quirinus* est apud Latinos, licet apud
 Lucam *Cyreneus* legatur, & apud Paulum in *κὼναρτα*
 qui est quartus.

PERSUASIO IV.

„ **P**ergamus jam eo ordine ostendere, ne ad
 „ vigesimum quidem annum post Christi pas-
 „ sionem, vel in cælum Ascensionem, Petrum
 „ Romam venire potuisse. Quod ex verbis Apo-
 „ stoli, a suspicione apud Galatas sese purgantis
 „ clarissimum est: Dicit enim in ea quam ad Galatas
 „ dedit epistola, non a quoquam hominum, sed
 „ solo Christi munere, Evangelicum ministerium sibi
 „ contigisse, & quod dixerat, ne cuiquam videre-
 „ tur falsum, probat, inquit, post miraculo-
 „ sam suam ad fidem Christi conversionem, non
 „ in Hierusalem ad Apostolos esse profectum, sed
 „ protinus in Arabiam abiisse, tandem iterato Da-
 „ „ ma-

„ lam & Aquilam =. Unde non solum Christianos,
 „ sed sincerissimos quoque Christianos eos fuisse
 „ constat, ut pote quos Apostolus data modo oc-
 „ casione nunquam non salutabat. Nihil hic mi-
 „ ror, quod Stapulensis tam in hac ad Timotheum,
 „ quam ad Romanos Epistola innovat, verba apo-
 „ stolica ad hunc modum exponens: salutat vos
 „ Priscilla, & Acyla, vel Prisca, & Acyla. Ori-
 „ ginem, Chrysostomum, Ambrosium, & tot
 „ doctissimos alios interpretes, imo & veterem
 „ ipsam translationem, cui in hac parte Erasmus
 „ nihil derogat, hic sequi malo. Quid restat igitur
 „ aliud dicere, quam Petrum ad nonum usque
 „ Claudii annum Romam non venisse? Qui enim
 „ illac venire tunc potuerit, cum ceteri omnes
 „ cum Judæi, tum Christiani inde pellerentur, eos-
 „ que in tantum stomacharetur Roma; qui si post-
 „ hac Romam aliquando venerit, ac xxv. illic
 „ delituerit annis, Vespasiano ejus imputaretur
 „ martyrium. Quod de benignissimo erga omnes
 „ principe, credere nefas est, & nemo est om-
 „ nium, qui hoc affirmare audeat, .

DISSUASIO.

Q UOD de exturbatione Judæorum ab urbe Ro-
 ma scribunt Lucas & Tranquillus, nequa-
 quam de christianis intelligi debere, manife-
 stis ut opinor argumentis ostendimus (p. 34. & seq.)
 quandoquidem ut Tertullianus cæterique testantur,
 primus Nero Christianos poenis affici jussit, & tunc
 denique per tempora illius calamitatis meminerunt
 Christianorum Tacitus, Dion, & Tranquillus,
 cum ante nulla apud ipsos gentis nostræ mentio sit.

Pe-

Petrus vero, Priscilla, & Aquila & quotquot gen-
 te erant Judæi Roma coacti sunt discedere. At si
 edicto Claudii utrique comprehensi essent, pote-
 rat quidem Tranquillus, vel certe Lucas ut Judæos,
 sic & Christianos nominare. Quod vero Persuasor
 ait de Aquila & Acyla, miror hominem non vi-
 disse, quod opinor omnibus & lippis notum & ton-
 soribus est, ut Flacci utar verbis, nihil illa inter se
 differre, & alterum latinum, alterum Græcum
 esse. Cum enim secundo nominis Aquilæ careant
 græci elemento, similem effectum speciemque esse
 scribit Fabius ejus, quod secundum est in nomine
 Acyla. Quare quod nos dicimus *Quintum*, illi
κῆντρον, Varrone quoque id attestante initio *lib.*
quinti de lingua latina; ut patet apud Josephum de
Cyrino, qui *Quirinus* est apud Latinos, licet apud
 Lucam *Cyreneus* legatur, & apud Paulum in *κὼναρτα*
 qui est quartus.

PERSUASIO IV.

P Ergamus jam eo ordine ostendere, ne ad
 „ vigesimum quidem annum post Christi pas-
 „ sionem, vel in cælum Ascensionem, Petrum
 „ Romam venire potuisse. Quod ex verbis Apo-
 „ stoli, a suspicione apud Galatas sese purgantis
 „ clarissimum est: Dicit enim in ea quam ad Galatas
 „ dedit epistola, non a quoquam hominum, sed
 „ solo Christi munere, Evangelicum ministerium sibi
 „ contigisse, & quod dixerat, ne cuiquam videre-
 „ tur falsum, probat, inquit, post miraculo-
 „ sam suam ad fidem Christi conversionem, non
 „ in Hierusalem ad Apostolos esse profectum, sed
 „ protinus in Arabiam abiisse, tandem iterato Da-
 „ ma-

„ masculum repetiisse, & tum tertio loco primum
 „ tribus revolutis annis, Hierosolymam videndi
 „ Petri gratia petiisse: post quindecim autem dies
 „ cum Petrum & Jacobum fratrem domini vidisset,
 „ iterum Hierosolymis relictis, in partes Syriae
 „ & Ciliciae devenisse. Qui deinde assumpto Bar-
 „ naba & Tito, post integros quatuordecim annos
 „ rursus Hierosolyma rediit, quo Evangelium,
 „ quod in gentibus praedicaverat, cum his, qui
 „ videbantur columnae conferret, & iterum Pe-
 „ trum una cum Jacobo & Joanne illic reperit, &
 „ sic certum est totis illis septemdecem annis Hie-
 „ rosolymis & in circumvicinis regionibus Petrum
 „ sese continuisse, nec unquam Romam accessisse.
 „ Additis enim quatuordecim annis, post quos
 „ Hierosolyma reversus erat ad annos tres, qui-
 „ bus proxime post conversionem suam visitave-
 „ rat Hierosolyma, decem & septem anni prove-
 „ niunt. Demum postquam Petrus aliquandiu ci-
 „ tra Paulum moraretur, Antiochiam veniens,
 „ in eum incidit, quem ille acerrime illic objur-
 „ gavit, & eidem in faciem restitit, eo quod non
 „ recte ambulasset ad veritatem Evangelii, & si-
 „ mulationi non modo ipse fuit obnoxius, sed ad
 „ hanc alios quoque jam tum pertraxerit. = Dixi,
 „ inquit, Cephæ coram omnibus, si tu cum Ju-
 „ daus sis gentiliter vivis, & non judaice, quo-
 „ modo gentes cogis judaizare =? Inter quam re-
 „ prehensionem Petri, & pristinam eorum ab invi-
 „ cem dissensionem, aliquid temporis certe inter-
 „ venerat. Ad hæc post Christi Ascensionem, non
 „ mox Paulus Christum agnovit, nimirum qui
 „ dum Stephanus saxi obrueretur, enecareturque
 „ assistens, mortem ipsius in deliciis habuerat,
 „ d'v

„ dicitur enim Actorum cap. 7. = Testes autem de-
 „ posuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis
 „ qui vocabatur Saulus, = & ipsemet infra cap. 22.
 „ ad Christum queribundus loquitur; = cum funde-
 „ retur sanguis Stephani testis tui, ego astabam,
 „ & consentiebam, & custodiebam vestimenta in-
 „ terficiendum illum =. Vide quam hoc tempus ab
 „ Ascensione Christi ad usque objurgationem Petri
 „ Antiochia a Paulo factam, facile viginti etiam
 „ annos superet, quibus tamen Petrum certum est
 „ Romæ nondum ire potuisse, quamvis nec postea
 „ unquam illic fuerit. Verum demus hoc adver-
 „ sariis, quod Petrus anno vigesimo Romam ap-
 „ pulisset, jam ad tredecimum usque annum Im-
 „ perii Claudii ille adventus prorogaretur. Quod
 „ si huc trahantur 25. anni, quibus Romanam mo-
 „ deratus est Ecclesiam, interim Vespasiani tem-
 „ pori ejus mors irrogaretur. Quod omnes om-
 „ nium historicorum libri, ut falsissimum averfan-
 „ tur. Producamus huc Romanorum Imperato-
 „ rum tempora, quo res fiat evidentior. Lucas
 „ Evangelii sui cap. 3. anno Imperii Caesaris Tibe-
 „ rii quintodecimo Christum dicit verbum Dei
 „ praedicare incepisse, qui tandem post tres annos
 „ & aliquot menses praedicationis suae mortem tu-
 „ lit, anno ejusdem Imperii xviii. vel ultra, Ti-
 „ berio post passionem ipsius annis tribus impe-
 „ rante. Post hunc C. Caligula annis tribus, men-
 „ sibus decem, & octo diebus imperans vita fun-
 „ ctus est. Claudius anno xiv. imperii moritur.
 „ Nero totidem annos in Imperio expleffe dicitur.
 „ Otho Salvius infra xcv. dies Imperium alteri ces-
 „ sit. A. Vitellius viii. mensibus imperavit; post
 „ hunc Vespasianus sese Imperatorem praestitit,
 „ G „ sub

„ sub quo Christiani pacifice Romæ degebant, nul-
 „ lis ab eo vexati persecutionibus. Quæ igitur ini-
 „ quitas in tam benignissimum Principem hanc reii-
 „ cere injuriam, tanquam ille Petri interfector
 „ aliquando fuerit? „

DISSUASIO,

NEC ita multum laborandum fuerat in quar-
 ta, ut iste opinatur persuasione. Jam enim
 concessimus, Hieronymo teste, duodevigesimo
 post Christi mortem anno Petrum Paulumque simul
 Hierosolymis congressos. Illud vero mirum est
 quod ait: *Certum est totis illis septemdecim annis*
Hierosolymis & in collimitaneis regionibus Petrum
sepe continuisse, nec unquam Romam accessisse. „ Unde
 istud tibi adeo certum? Opinor Petrus dum clau-
 dum curaret, claudus ipse evaserat, qui non
 potuerit tot annorum spatio Antiochia Romam,
 rursusque Roma Hierosolymas proficisci; quin etiam
 oburgationem Pauli, quam iste anno vigesimo ac-
 cidisse auguratur, in vigesimum secundum, si illi
 commodum sit reiciemus. Polliciti enim sumus
 multa nos de jure nostro concessuros. At si con-
 tentiose agere animus esset, poteramus certe, ut
 Beda, ante primum Petri adventum ad Urbem
 omnia hæc accidisse contendere. Poteramus etiam
 cum iis, quos Eusebius recitat, alterum *Cepham*
 alterum *Petrum* esse affirmare (31). Quid? quod

Sophro-

(31) S. Clemens Alexandri- pham a Paulo Antiochiæ redar-
 nus in quinto Hipotyposion gutum alium a Petro esse de-
 libro apud Eusebium Lib. I. fendit; quam quidem senten-
 cap. xii. omnium primus, Ce- tiam licet SS. Jo. Chrysostronus
 tom. 5.

Sophronius ille adeo laudatus a Hieronymo, Pe-
 trum etiam dicit ad Hispanias accessisse; nonne eo-
 dem itinere Romam profectum potuissimus asse-
 rere, quod se facturum Paulus ad Romanos scri-
 bit? Attamen id omnino vitare est animus, quod
 tantopere in aliis ducimus reprehendendum, cum
 perspecta scilicet jamque cognita veritate luctari.
 Accidit igitur hæc Pauli redargutio non modo post
 id tempus, quo Petrus Roma profectus est Hiero-
 solymas, verum etiam post ipsius Pauli cum Pe-
 tro Jacoboque pacti conventionem; cujus cum Lu-
 cas non meminerit, *licentia*, ut Hieronymus in-
 quit, *historiographi*, mentio habetur in epistola
 ad Galatas. Hac igitur ratione, quod Persuasori
 tantopere iniquum videtur, nulla fiet Vespasiano
 injuria, cautumque erit, ne eo nomine a quopiam
 tanti criminis expostuletur.

G 2 PER-

tom. 5. hom. 64. p. 719. Hierony-
 mus *Comment. ad Galat. cap. xi.*
 & Gregorius Magnus *hom. 18.*
in Ezechielem sua singuli ætate
 aliquos extitisse dicant, qui
 tuerentur; nemo tamen eorum
 probat: sed tum dum vive-
 rent, neque incognitam, neque
 fautoribus prorsus destitutam
 ostendunt. Et sane omnes pro-
 pe non modo veteres, sed &
 recentiores Patres & interpre-
 tes utrumque nomen Petro
 commune fuisse sibi suadentes,
 Petrum revera a Paulo repre-
 hensum asserunt, atque hinc
 factum est, ut Tertullianus
lib. v. contra Marcionem cap. 3.
 Hieronymus, Augustinus, Gre-

gorius Magnus in laudata Epi-
 stola ad Galat. cap. 2. vers. 11.
 pro *Cepha*, PETRUM invexe-
 rint, quemadmodum vetustif-
 sima tum Græcorum, tum ve-
 teris vulgatæ exemplaria le-
 gebant; ita ut nemo jam am-
 plius Petrum eo loci eundem
 cum Cepha esse dubitaret; nisi
 priorem sententiam Cepham a
 Petro secernentem propemo-
 dum extinctam, patrum no-
 strorum memoria Joannes Har-
 duinus peculiari disertatione
 excitare conatus esset. Hardui-
 ni tamen objectionibus egre-
 gie satisfecit vir clarissimus
 Boileau Canonicus S. Cappellæ,
 erudito hac de re opere insti-
 tuto

PERSUASIO V.

„ **S**ub hæc neque tunc temporis, quando Pau-
 „ lus Romanis scripserat, Petrum Romæ fuis-
 „ se, hæc ipsa epistola ad Romanos porrecta argu-
 „ mento est, quam quidem satis longo tempore
 „ ab Apostolo non fuisse descriptam constat, in
 „ qua ipse, ut Origenes meminit, omnibus nu-
 „ meris absolutior fuerat, quam dum Corinthiis
 „ scripserit, & idcirco post utramque ad Corin-
 „ thios epistolam hanc scriptam fuisse contendit
 „ Origenes. Athanasius vero & post primam quo-
 „ que ad Thessalonicenses, attamen alteram ad
 „ Corinthios, non mox post eam, quæ prior est,
 „ exaravit. Apostolus siquidem in ea quæ prior
 „ est incestum quemdam Corinthiorum Ecclesiæ
 „ senio-

tuto atque edito Parisiis an-
 no 1713. & post eum præstan-
 tissimus sacr. Bibliorum inter-
 pres Augustinus Calmet Dis-
 sertatione in hunc locum, in
 qua utriusque authoris argu-
 mentis relatis expensisque, luce
 meridiana clarius ostendit Ce-
 pham Antiochiæ a Paulo red-
 dargutum, a Petro alium ne-
 quaquam fuisse; nullum argu-
 mentum proferri, quo *Cephas*
 ex septuaginta discipulis unus,
 & ab Apostolorum Principe
 alius constituatur; Petri simu-
 lationem ejus Principatui mi-
 nime officere; Pauli exprobra-
 tionem Porphyrio, aliisque Ca-
 tholicæ religionis hostibus mi-

nime favere, sed in Petro qui-
 dem mirum humilitatis, in
 Paulo fervoris & constantiæ
 Apostolicæ, quæ in verita-
 tis discrimine exercenda est,
 exemplum exhiberi; ex ratio-
 ne, quam componendæ huic
 controversiæ Græci Patres ve-
 teres excogitavere, plurima
 posse absurda induci; senten-
 tiam denique cui Sanctus fa-
 vet Augustinus *epist. 82. n. 22.*
nov. edit. omnium optimam
 & accommodatam esse, ut
 Apostolum utrumque excuse-
 mus, & Catholicam religio-
 nem ab hostium suorum crimi-
 nationibus vindicemus.

„ seniore, qui cum uxore patris rem habuerat,
 „ acriter taxat, & ex unitate fidelium emancipan-
 „ dum præcipit; huncque spiritui maligno in po-
 „ testatem tribuit, modo spiritus in diem Domini
 „ Christi Jesu salvus fieret. In altera vero post-
 „ quam ille resipuit, ac admissum digna compun-
 „ ctione ac poenitudine (*sc*) deflevit, rursus
 „ unitati membrorumquæ Christi communioni re-
 „ stitutus est. Ac tandem post missas ad Thessa-
 „ lonicenses litteras, ubi jam tertio Corinthum
 „ venerat, per Phœbem Cenchreensem fœminam
 „ ad Romanos epistolam direxit, in cujus calce
 „ multos fratrum nominatim salvere jubet, & qui
 „ pridem illius opera in Christum crediderunt,
 „ & qui quapiam in eum dexteritate usi sunt.
 „ Tum qui Ecclesiæ illius antistites ac seniores fue-
 „ runt, veluti Narcisum, Andronicum, Juniam,
 „ Priscillam & Aquilam. Qui igitur fieri potuit,
 „ si Paulus Petrum tunc Romæ fuisse credidisset,
 „ ut digna hunc salutatione non dignaretur, cu-
 „ jus ille observantissimus esse, & nihil honoris ei
 „ non deferre pro sua canicie, & Apostolatus ho-
 „ nestate debuerat? Sed ineluctabilis est ratio, Pe-
 „ trum Romæ tunc temporis non fuisse „.

DISSUASIO.

Sequitur difficile illud & ineluctabile argumen-
 tum, quod ad Romanos scribens Paulus, Pe-
 trum non salutarit, omnino parum urbane & ab
 officio discedens; siquidem tum Petrus Romæ fuit.
 Quid vero? peccatum ne Pauli consistebimur?
 qui nec ad Hebræos scribens nominatim Jacobum
 salutavit? Sed dicent, neminem ibi salutari; for-
 tasse

tasse etiam Pauli negabunt esse epistolam. Alio igitur confugiendum est. Nec enim illud dicere audebimus, aut immemorem Paulum, aut ab eo Petrum contemptum. Cum igitur Persuasor ipse confiteatur, post secundam ad Corinthios, prioremque ad Thessalonicenses, epistolam ad Romanos scriptam fuisse, cum jam tertio Corinthum venisset, ipse idem nodum solvit, qui ante implicuerat. Satis vero constat per Neronis tempora, aut certe postremis Claudii annis scriptam, in qua ait: *Salutant vos Timotheus cooperarius meus & Lucius & Jason*. Enimvero Timotheus jam elapsis viginti & eo amplius annis a Christi morte adhæsit præceptori. Dimisso enim conventu Hierosolymitano, in quo de circumcissione actum est, Paulus profectus est Antiochiam, nec multo post accidisse par est, & Persuasor ipse concedit, quæ de Petri redargutione scripta sunt in epistola ad Galatas ab ipso in vigesimum annum a Christi morte rejecta. Nam ut Apostolorum acta narrant, orta inter Barnabam & Paulum disceptatione, post eum quem diximus conventum & digressum ab Antiochia, pervenit Paulus Derben & Lystras, ubi erat discipulus nomine Timotheus, cui cum testimonium redderent fratres, qui erant Lystris & Iconii, voluit illum Paulus secum proficisci. At vero vigesimo anno a Christi morte, qui undecimus fuit Claudii, satis ostensum est, Petrum Romæ non fuisse, nec deinde ad annum usque trigesimum septimum, qui fuit Neronis tertiusdecimus. Hæc vero instabit Persuasor, cum scriberet Paulus ad Romanos, Priscillam & Aquilam ibi fuisse, qui simul cum Petro Roma discesserant. Sed liquet authore Origene in ejusdem epistolæ commentariis,

riis, jam iterum ipsos illuc revertisse. Ait namque Paulus; *Salutate Priscillam & Aquilam adiutores meos in Christo Jesu, qui pro anima mea cervicem suam supposuerunt*. Sed cum primum Roma cum Petro discedere sunt coacti edicto Claudii, nondum pro Paulo cervices supposuerant, quos tum demum Corinthi nactus est Paulus, cum Roma profugi in Achajam pervenerunt, ut Apostolorum Acta testantur. Si igitur, ut manifeste ostendimus, non ante decimum Claudii annum scripta est epistola, fortasse & illud consequens est, nec temporibus Claudii fuisse datam, cujus edicto Judæi Urbe Roma prohibiti fuere. Quare superest ut dicamus Romæ Petrum ea tempestate non fuisse, qua ex Cheneris portu Corinthiaco epistolam per Phœbem dedit Apostolus ad Romanos (32). Enimvero quod

G 4

Per-

(32) Laudatam D. Pauli ad Romanos epistolam scriptam esse anno Claudii xi. quum scilicet Petrus ah hoc Imperatore una cum ceteris Judæis Roma jam pulsus, eo nondum redierat; vidimus superius pag. 41. Et quamquam Baronio, aliisque adhærere velimus, qui eandem epistolam datam volunt anno Christi LVIII. Neronis iv. nihilominus haud jure quidem prohibebimus, quominus quinto vel sexto Neronis anno, Romam Petrum rediisse dicamus; præsertim cum author libri *de mortibus persecutorum*, qui Petrum cum jam Nero imperaret Romam venisse scribit, ipsum Imperii Nero-

niani annum nequaquam prodatur. Profecto si Petrus eo tempore Romæ moratus esset, non utique præterisset pro Episcopali sua autoritate & Apostolico munere, diffidium componere in Romana Ecclesia ortum inter fideles ex gentilibus & ex Judæis ad fidem conversis, & errorem de justitia legis & operum, ex eorum mentibus omnino eximere, quin neque Paulus sibi sumpsisset operam scribendi ad Romanos, si Apostolum suum & Doctorem, virum præsertim tanti nominis, Ecclesiæque caput universæ habuissent præsentem. Sed esto quod Petrus ea tempestate Romæ moraretur. Quid?

Persuasor dicit de ordine epistolarum Pauli ex Athanasio, fateor me numquam opus illud Athanasii legisse. Sed nec Hieronymus, qui omnium fere ejus ætatis commentationes enumerat, nec in Athanasii Epicedio Nazianzenus, nec is, qui fere illius auctoritate utitur Damascenus ejusmodi commentariorum meminere. Video autem Persuasorem credidisse commentarios Theophilaëti, qui passim conversi habentur, esse Athanasii; quod falsum esse, ex authoribus, qui in eo opere citantur cautus lector animadvertere poterat, cum quidam illorum posteriores Athanasio fuerint. Devenerunt autem ad manus meas Theophilaëti Commentarii in

Quid? Nonne facile evenire etiam poterat, ut Paulus familiares alias ad eum epistolas per eundem miserit tabularium, adeo ut opus non foret per alios illi salutem mittere? Quis ea humanitatis officia Apostolis deneget? Paulum id facere consuevisse credibile in primis profecto est, quum ad Corinthios scribens, Galatas, Ephesios, Theffalonicenses, aliosque populos, nihil de ipsorum Episcopis expresse memorat. Tam alienum itaque est, ut ex epistola Pauli ad Romanos, Petrum Romæ non fuisse invictè demonstrari possit, quemadmodum sibi cum Velenio Persuasore blanditur Illyricus in opere de primatu Pape &c; ut ex hac ipsa potius Historiæ Ecclesiasticæ peritissimus Theodoretus Romanum

ejusdem Episcopatum confirmet in suis ad primum caput dictæ Epistolæ ad Rom. Commentariis, solerter adnotans, confirmandi verbum a Paulo adhibitum, cum ait cap. I. V. II. *ἐπιτιθεὶς γὰρ ἰδοὺ ὑμᾶς ἵνα ἢ ὑποταχθῆτε Χριστῷ ὡς τῷ κυρίῳ ἡκεῖν ὑμᾶς*: Desidero enim videre vos, ut aliquid impetiar vobis gratiæ spiritualis ad CONFIRMANDOS VOS; quia jam eos Petrus docuerat, & in Ecclesiam coegerat. En Theodoreti verba. „ Et quia primus eis magnus Petrus doctrinam Evangelicam præbuit, necessario intulit ad CONFIRMANDOS VOS: Non enim, inquit, aliam doctrinam vobis adferre, sed eam, quæ jam oblata est, confirmare, & arbores jam plantatas irrigare volo.

in totum novum Testamentum græce scripti; in quibus illi quoque sunt, qui latine sub nomine Athanasii circumferuntur, ea præcipue de causa, quod ita ab interprete sunt inscripti, accedente etiam Theodori Gazæ auctoritate. Quæ res autem errori causam dederit, satis constituere non potui.

PERSUASIO VI.

Accedit & istud ad corroborandum, quod Petrus ad ea tempora, quibus Paulus Romanis litteras destinaverat, Romæ non fuisset; quia divus Ambrosius super epistolam ad Romanos, in quibusdam vetustis codicibus dicit, se legisse, Narcissum illo tempore Romæ presbyterum fuisse, cujus domum salvere jubet. Hic tamen (inquit divus Hieronymus) officio peregrini fungebatur, exhortationibus firmans credentes.... Porro apud primitivam Ecclesiam, nulli fuerunt qui dicerentur Summi Pontifices, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi: nempe quæ duos solum Ecclesiasticos habuit ordines, Presbyteros videlicet, & Diaconos, ut ex ea claret, quam Philippensibus Apostolus e Roma dederat epistola: = Paulus (inquit) & Timotheus servi Jesu Christi, omnibus Sanctis qui sunt in Christo Jesu, qui sunt Philippis cum Episcopis & Diaconibus =. Nam iidem vocabantur presbyteri, episcopi, vel seniores, ut ex epistolis Paulinis est manifestissimum. Quin in Actis quoque Apostolorum ad Ephesinæ Ecclesiæ presbyteros inquit: = quia vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei =; & Petrus, qui & ipse Presbyter

Persuasor dicit de ordine epistolarum Pauli ex Athanasio, fateor me numquam opus illud Athanasii legisse. Sed nec Hieronymus, qui omnium fere ejus ætatis commentationes enumerat, nec in Athanasii Epicedio Nazianzenus, nec is, qui fere illius auctoritate utitur Damascenus ejusmodi commentariorum meminere. Video autem Persuasorem credidisse commentarios Theophylacti, qui passim conversi habentur, esse Athanasii; quod falsum esse, ex authoribus, qui in eo opere citantur cautus lector animadvertere poterat, cum quidam illorum posteriores Athanasio fuerint. Devenerunt autem ad manus meas Theophylacti Commentarii in

Quid? Nonne facile evenire etiam poterat, ut Paulus familiares alias ad eum epistolas per eundem miserit tabularium, adeo ut opus non foret per alios illi salutem mittere? Quis ea humanitatis officia Apostolis deneget? Paulum id facere consuevisse credibile in primis profecto est, quum ad Corinthios scribens, Galatas, Ephesios, Theffalonicenses, aliosque populos, nihil de ipsorum Episcopis expresse memorat. Tam alienum itaque est, ut ex epistola Pauli ad Romanos, Petrum Romæ non fuisse invictè demonstrari possit, quemadmodum sibi cum Velenio Persuasore blanditur Illyricus in opere de primatu Pape &c; ut ex hac ipsa potius Historiæ Ecclesiasticæ peritissimus Theodoretus Romanum

ejusdem Episcopatum confirmet in suis ad primum caput dictæ Epistolæ ad Rom. Commentariis, solerter adnotans, confirmandi verbum a Paulo adhibitum, cum ait cap. I. V. II. *ἐπιτιθεὶς γὰρ ἰδοὺ ὑμᾶς ἵνα ἢ ὑποτάξῃτε Χριστῷ ὡς τῷ κυρίῳ ἡκεῖν ἵνα ὑμεῖς ἡγιασθῆτε*: Desidero enim videre vos, ut aliquid impetiar vobis gratiæ spiritualis ad CONFIRMANDOS VOS; quia jam eos Petrus docuerat, & in Ecclesiam coegerat. En Theodoreti verba. „ Et quia primus eis magnus Petrus doctrinam Evangelicam præbuit, necessario intulit ad CONFIRMANDOS VOS: Non enim, inquit, aliam doctrinam vobis adferre, sed eam, quæ jam oblata est, confirmare, & arbores jam plantatas irrigare volo.

in totum novum Testamentum græce scripti; in quibus illi quoque sunt, qui latine sub nomine Athanasii circumferuntur, ea præcipue de causa, quod ita ab interprete sunt inscripti, accedente etiam Theodori Gazæ auctoritate. Quæ res autem errori causam dederit, satis constituere non potui.

PERSUASIO VI.

Accedit & istud ad corroborandum, quod Petrus ad ea tempora, quibus Paulus Romanis litteras destinaverat, Romæ non fuisset; quia divus Ambrosius super epistolam ad Romanos, in quibusdam vetustis codicibus dicit, se legisse, Narcissum illo tempore Romæ presbyterum fuisse, cujus domum salvere jubet. Hic tamen (inquit divus Hieronymus) officio peregrini fungebatur, exhortationibus firmans credentes.... Porro apud primitivam Ecclesiam nulli fuerunt qui dicerentur Summi Pontifices, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi: nempe quæ duos solum Ecclesiasticos habuit ordines Presbyteros videlicet, & Diaconos, ut ex ea claret, quam Philippensibus Apostolus e Roma dederat epistola: = Paulus (inquit) & Timotheus servi Jesu Christi, omnibus Sanctis qui sunt in Christo Jesu, qui sunt Philippis cum Episcopis & Diaconibus =. Nam iidem vocabantur presbyteri, episcopi, vel seniores, ut ex epistolis Paulinis est manifestissimum. Quin in Actis quoque Apostolorum ad Ephesinæ Ecclesiæ presbyteros inquit: = quia vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei =; & Petrus, qui & ipse Presbyter

„ ter multarum Ecclesiarum fuerat, ad presbyte-
 „ ros dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ,
 „ Asiæ & Bithyniæ scribens, seniore[m] se nominat,
 „ dicens: = seniores ergo, qui in vobis sunt obse-
 „ cro, consenior, & testis Christi passionum. = Et
 „ ut regrediamur ad priora, presbyteri diceban-
 „ tur, qui Ecclesiis veluti quidam proceres præ-
 „ erant. Unde Apostolus in priori ad Timotheum
 „ epistola: = qui bene (inquit) præfunt presbyteri,
 „ duplici honore digni habeantur. = Et ad Titum:
 „ = Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ
 „ defunt corrigas, & constituas per civitates pres-
 „ byteros, sicut ego præscripsi tibi. = Igitur hic
 „ Narcissum, presbyterum seniore[m], aut Episco-
 „ pum Romanæ Ecclesiæ fuisse intelligimus. Qui
 „ non modo ejus, sed & aliarum circumjacentium
 „ Ecclesiarum & Christifidelium curam gerebat,
 „ cujus etiam familiam, ob ingenuas ejus virtu-
 „ tes, Paulus salutare præcepit. Insuper Andro-
 „ nicus & Junia duo e septuaginta duorum Apo-
 „ stolorum numero, ut Origenis est opinio, Ro-
 „ mæ ea tempestate fuerant, quos hac prærogati-
 „ va honoris, ad Romanos in epistola salutatur Apo-
 „ stolus: = Salutate (inquit) Andronicum & Juniam
 „ cognatos meos, & concaptivos meos, qui sunt
 „ nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in
 „ Christo Jesu. = Adde quod Priscilla & Aquila, ut
 „ Ambrosii suffragatur auctoritas, non ociose Ro-
 „ mam venerunt, qui quoniam propensiores erant
 „ in devotione, ideo ad confirmationem Roma-
 „ norum missi fuisse intelliguntur: de quibus ad
 „ hunc modum Paulus loquitur: = Salutate Priscil-
 „ lam & Aquilam adjutores meos in Christo Jesu,
 „ qui pro anima mea suas cervices supposuerunt = .

„ Ea

„ Ea propter quid opus Roma tunc habuerit Pe-
 „ tro veterano, & jam viribus defecto, non conii-
 „ cio. Nempe cum habuerit legitimum presby-
 „ terum Narcissum, Apostolos Christi doctrina in-
 „ signes Andronicum & Juniam, & cooperatores
 „ in Evangelio non contemnendos Aquilam &
 „ Priscillam. Sed hoc citra omnem controver-
 „ siam verum est, quod Romæ tunc temporis non
 „ fuerit: nam si neminem non salutatur eorum Apo-
 „ stolus, vel qui seniores fuerant, vel qui cognati
 „ & cogniti, quomodo unum Petrum non salu-
 „ tasset, quocum firmissimam amicitiam & socie-
 „ tatem jam pridem iniverat, & ejus videndi desi-
 „ derio antea Hierusalem petere non dubitaverat?
 „ & hinc apparet usque ad Neroniani Imperii tem-
 „ pora Petrum Romam non fuisse. Quod si vi-
 „ ginti & quinque annis illic resederit, a quo tan-
 „ dem mortem passus est? Hic tussunt Romani
 „ sycophantæ, non secus ac indocti quique Canto-
 „ res, qui locum fecerunt proverbio, hæsitatio can-
 „ torum (ut communiter dicitur) tussis est.

D I S S U A S I O.

Nulla mihi cum Persuasore controversia est
 de *Archiepiscopis & Patriarchis*, siquidem
 nemo quod sciam tam ignarus antiquitatis fuit,
 qui Apostolorum temporibus hæc nomina dixerit
 in Ecclesia extitisse, cum superessent ipsi ad quos
 omnia referebantur. Nam quæ fertur Anacleti epi-
 stola de ejusmodi ordinibus, fictitium nescio quid
 nobis subolere videtur. Sed & quandoque eisdem
 fuisse *Episcopos & Presbyteros*, Hieronymus in
 Commentariis epistolæ ad Titum, dilucidius ad

Eva-

Evagrium scribens nos admonuit, ad tollendaque dissidia, & regendam multitudinem sequenti tempore, toto orbe decretum fuisse, ut unus cæteris præflet. Quod item opinor postea de iis, quos nunc *Archiepiscopos & Patriarchas* vocant, accidisse, ordinatos scilicet ad tollendas controversias, quæ in unaquaque provincia oriebantur. Hieronymus enim contra Luciferianos, & Bizantinæ & Picensi provinciarum *Episcopos* nominat (33). Illud vero

(33) Antequam ad ea, quæ heic de *Presbyteris & Episcopis* ex Apostoli verbis male intellectis, Persuasor cominiscitur, quæque de iisdem *Presbyteris & Episcopis*, deque *Archiepiscopis & Patriarchis* in hac dissuasiōe breviter obscure traduntur a Cortesio, ex Concilio Tridentino, & Romano ad Parochos Catechismo explicanda illustrandaque animum adiciam; operæ pretium arbitrator animadvertere; totum id quod de *ejusmodi ordinibus in ea quæ fertur Anacleti epistola* habetur, & *fictitium* sibi nescio quid subolere testatur idem Cortesius pag. præced. 107. legi in tribus Epistolis decretalibus, quas Isidorus Mercator eidem sancto Pontifici Anacleto tribuit; adeoque Isidorianæ collectionis fallacias optime Cortesium nostrum cognovisse. Quum enim, qui Justinii Febronii Jurisconsulti nomine librum nu-

per edidit de *statu Ecclesiæ*, tamquam pro certo ponat ac statuatur sæpissimeque usque ad nauseam repetat cap. i. §. vi. cap. ii. §. x. & xi. ac præsertim toto cap. viii. dicti operis, neminem Catholicorum usque ad finem sæculi xvi. sive saltem ad Concilii Tridentini tempora de falsitate epistolarum in laudata Isidori collectione occurrentium unquam dubitasse; facile apparebit quantum Febronianis *facti* ut ajunt *principiis* sit fidendum, dum videmus Italum Monachum an. 1522. hoc est annos ante Concilii Tridentini initia quatuor & viginti scribentem, eundemque Ecclesiæ Romanæ addictissimum, Anacleti ex Isidoriana collectione epistolas, tamquam *fictitias* aperte reiicere.

His præmissis, hæc de Episcoporum supra Presbyteros eminentia definivit sacrosancta Tridentina Synodus sess.

xxiii.

vero mihi commune est cum Persuasore, quod jam diximus Petrum eo tempore Romæ non fuisse, quo ad Romanos scripsit Apostolus. Quod vero *Episcopum Romanum* quempiam Narcissium nominat, vix mihi persuadere potest eadem credidisse quæ scripsit: diu enim credidi dum hæc legerem, Petro urbis Romæ sacerdotio dejecto, & velut reducto in ordinem, vel Apostolum quempiam, vel aliquem ex iis qui proxime ad Apostolos autoritate

xxiii. Canone vii. „ Si quis „ dixerit Episcopos non esse „ Presbyteris superiores, vel „ non habere potestatem confirmandi & ordinandi; vel „ eam, quam habent, illis esse „ cum Presbyteris communem; vel ordines ab ipsis „ collatos sine populi, vel potestatis sæcularis consensu, „ aut vocatione, irritos esse; „ aut eos, qui nec ab ecclesiastica, & canonica potestate „ rite ordinati, nec missi sunt, „ sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi, & Sacramentorum ministros; anathema „ sit „. Et paullo ante, hoc est capite iv. ejusdem sessionis xxiii. quæ est septima sub Pio IV. Pont. Max. celebrata die xv. Julii m. d. lxi. eadem sancta Synodus declarat, „ præter ceteros Ecclesiasticos „ gradus, Episcopos, qui in „ Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem (superius ex- „ positum) præcipue pertinere, & positos, sicut idem „ Apostolus (Paulus) ait, a „ Spiritu Sancto regere Ecclesiam Dei: (Act. 20.) eosque „ Presbyteris superiores esse; „ ac sacramentum Confirmationis conferre; ministros „ Ecclesiæ ordinare; atque „ alia pleraque peragere ipsos „ posse; quarum functionum „ potestatem reliqui inferioris „ ordinis nullam habent &c. Hinc Catechismus ad Parochos ex ejusdem Tridentini Concilii decreto S. Pii V. Pontificis jussu editus, postquam *Sacerdotalis ordinis propria & præcipua munera* recensuisset, varios quos unus idemque sacerdotalis ordo habet dignitatis & potestatis gradus, sequentibus plane verbis explicat. „ Primus est eorum, qui sacerdotes simpliciter vocantur: quorum functiones hætenus declaratae sunt. Secundus est Episcoporum, qui lingua-

tate accedebant suffectum iri. In Urbe enim totius orbis longe principe, & omnium pene gentium vi-
 trice, & rerum domina, quo ex omnibus regionibus infinita illa hominum multitudo confluebat, ubi statim ab ipsa Christiani nominis prædicatione conventus pro copia civitatis amplissimi sunt instituti, ubi denique futurum erat, ut primo adversus impetum, gladios, cruces, ignisque Neronis, non verbis jam, sed cervicibus & sanguine decer-

„ singulis Episcopatibus præ-
 „ positi sunt: ut non solum
 „ ceteros ecclesiæ ministros,
 „ sed fidelem populum regant,
 „ & eorum saluti summa cum
 „ vigilantia & cura prospiciant.
 „ Quare in sacris litteris Pastores ovium sæpe
 „ appellantur: quorum munus
 „ & officium Paulus descripsit,
 „ ut in Apostolorum Actis legimus (cap. 10.),
 „ in ea concione, quam ad
 „ Ephesios habuit. Itemque a
 „ Petro, Apostolorum principe divina quædam Episcopalis ministerii regula tradita est (epist. 1. cap. 5.): ad
 „ quam si Episcopi actiones
 „ suas dirigere studeant, dubitandum non erit, quin Pastores boni & sint, & habeantur. Sed iidem Episcopi & Pontifices dicuntur, accepto ab ethnicis nomine, qui Principes Sacerdotum Pontifices appellare consueverunt. Tertius gradus est

„ Archiepiscoporum, qui pluribus Episcopis præstant, qui Metropolitanam etiam vocantur, quod illarum urbium antistites sint, quæ tamquam matres habeantur illius provincie. Quare superiorem, quam Episcopi, locum, & ampliorem potestatem habent, tamen ab Episcopis ordinatione nihil differunt. In quarto gradu Patriarchæ collocantur, id est primi supremique Patres. Olim in universa Ecclesia, præter summum Romanum Pontificem, quatuor tantum Patriarchæ numerabantur, neque omnes tamen dignitate pares. Nam Constantinopolitanus, etsi ad eum post omnes alios hic honos delatus est, tamen ob imperii majestatem altiore locum obtinuit. Proximus est Alexandrinus, cujus Ecclesiam Marcus Evangelista jussu Principis Apostolorum fundavit,

decertarent; consentaneum est parem tanto oneri, & non solum moribus & sanctitate, sed loco etiam & autoritate inter ceteros præcipue ordinatum. At hic noster, Narcissum quemdam expiscatus est, ut duplicem jam de Narcisso fabulam habeamus, quem nec Ambrosius omnino affirmare audeat Presbyterum fuisse, sed tanquam vagum quendam, & ut ita dicam erroneam describit. Mirum præterea cum adeo exacte omnes Romani Pontifices a doctissimis diligentissimisque viris enumerati sint, in illo saltem fasciculo temporum aut supplemento alicujus *χρονικῶν* Narcissum, nec inter tot somnia aliquando observatum. Quatuor certe insignes Ecclesias videmus, dum adhuc fides adolesceret celebrari, & ea potissimum fuere, quæ in splendidioribus amplioribusque civitatibus congregata erant. Rationi

„ davit. Tertius Antioche-
 „ nus, ubi Petrus Sedem primo locavit. Extremum gradum habet Hierosolymitanus, quam Ecclesiam Jacobus frater Domini, rexit. Præter hos omnes Catholica Ecclesia Romanum Pontificem, quem in Ephesina Synodo Cyrillus Alexandrinus, Archiepiscopum, totius orbis terrarum Patrem & Patriarcham appellat, semper venerata est. Cum enim in Petri Apostolorum Principis Cathedra sedeat, in qua usque ad vitæ finem sedisse constat, summum in eo dignitatis gradum, & jurisdic-

„ tionis amplitudinem, non
 „ quidem ullis Synodicis, aut
 „ aliis humanis constitutionibus, sed divinitus datam agnoscit, quamobrem omnium Fidelium & Episcoporum, ceterorumque Antistitem. Quocumque illi munere & potestate præditi sint, Pater & moderator universali Ecclesiæ, ut Petri successor, Christi que Domini verus & legitimus Vicarius præsidet. Atque hæc est Catholica Ecclesiæ doctrina, quoad Presbyteros, Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, Romanumque Pontificem. Quæ quidem doctrina

tioni quoque consentaneum est, quo plures mortales consuebant, ibi ceteris honoratiore fuisse praefectos. Quare qui fuerunt Pontifices: eo ordine, quo sibi singulatim successerunt, a maioribus nostris memoriae sunt commendati. Quod non item de ceteris accidit. Sic Hierosolymis post Jacobum Simeon, Justus, Marcus, Cassianus, Publius: Alexandriae, quae ea tempestate, ut Strabo, Josephus & Marcellinus testantur, post Romam principem locum in universo orbe obtinebat, Marcus, Annianus, Abilius, Cerdos: Antiochiae autem, ubi primum Christiani appellati sunt, post Apostolos Evodius, Ignatius, Eros. Similis quoque cura fuit Romanos Pontifices recensere, & eo diligentius, quo plus ceteris omnibus urbs ipsa praestabat. Cum igitur numerent Petrum, Clementem

Strina, licet sanctorum litterarum auctoritate, certissima traditione, omnium Patrum testimonio; possit etiam facillime comprobari, nihilominus nostrorum temporum haeretici non cessant, adhuc Presbyteros Episcopis cum ordine tum jurisdictione aequales esse, si jus divinum spectetur, aserrime propugnare. Hunc errorem a Calvino magistro suo renovatum, Salmatius, Blondellus, alique ex eadem secta totis viribus, quamquam infelici conatu, tueri sunt aggressi. Et Blondellus quidem edito libro inscripto: *Apologia Sancti Hieronymi*, Catholicum hoc dogma impugnandum ex

professo suscepit, cui tamen libro Natalis Alexander in *Dissertatione XLIV. sua Ecclesiasticae Historiae saec. IV.* adeo docte diligenterque respondit, multiplices Blondelli objectiones singillatim excutiens, plenissimeque refellens, ut nihil ad divinam Episcopalis ordinis & auctoritatis supra Presbyteratum eminentiam ex Scriptura Sacra & traditione contra veritatis fideique hostes asserendam propugnandamque, laudata Natalis Alexandri dissertatione elaboratius perfectiusque possit desiderari. Quare ad praestantissimum Dominicani Theologi opus harum rerum studiosos delegamus,

tem, Linum, & qui sequuntur, quis istius Narcissi unquam nomen audivit (34)? Rogo quae nova haec fingendi licentia est, historiarumque evertendi, ut quidquid nobis in mentem venerit, etiam contra receptas Sanctorum opiniones, nequidquam diffidentes a sacris litteris, illico verum esse contendamus? Hac certe ratione, nemo erit qui non sibi

H ex

(34) Quotquot extant Catalogi Pontificum Romanorum seriem exhibentes, nec certe defunt antiquissimi, (de his in *Dissert. de serie & successione primorum Pontif.* erit differendi locus) non modo nullam huius Narcissi mentionem habent, sed unanimes a D. Petro initium ducunt, idemque faciunt SS. Patres qui eandem faciunt seriem, videlicet Irenaeus, Optatus, Hieronymus, Augustinus, Epiphanius, alique. Et sane Romanus Episcopatus *Sedes & Cathedra Petri* vocatur, tum a S. Hieronymo, qui postquam *Piscatoris successorem* alloqui dixit ad Damasum scribens, ita subdit: *Beatitudini tuae, id est Cathedrae Petri, communionem confocior*; tum a D. Augustino, qui in Psalmo contra partem Donati: *Numerate, inquit, Sacerdotes vel ab ipsa Sede Petri; & in ordine illo Patrum, quis cui successerit videte.* Quin imo & ipse S. Cyprianus de Felicissimo & Fortunato Schismaticis

Africanis sermonem habens ad Cornelium Papam ep. 55. ait: *Navigare audent & ad Petri Cathedram, atque ad Ecclesiam principalem, unde unitas Sacerdotalis exorta est: & epist. 52. ad Antonianum: Factus est Cornelius episcopus de Dei & Christi ejus indicio, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis quae tum adsuit suffragio, & de Sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, id est cum LOCUS PETRI & gradus Cathedrae sacerdotalis vacaret.* Et sane quod Petrus Apostolorum princeps, non Narcissus nescio quis, Romanum Episcopatum gesserit, eumque gerens obierit, non ne ipsa demonstrat Romanae Ecclesiae summa dignitas atque auctoritas? Non ignoro a Petro in libello quem de vita Petri conscripsit, quemque Crenius inter Philologicas exercitationes retulit, Bellarminum nostrorumque auctores redar-

ex cubiculo historiam possit proferre. Sed videamus Persuasor hic quibus argumentis utitur: *Christum*, inquit, *prædicabat Narcissus*; audio; non Romæ, si credis Ambrosio. Age vero, Romæ etiam prædicabat, quasi non cæteri idem facerent, Andronicus, quem insignem inter Apostolos & ante se in Christo fuisse, Paulus scribit; Urbanus

dargui atque irrideri quasi circulum in argumentando committant, propterea quod modo Petrum Romæ obiisse ex summa Romanæ Ecclesiæ dignitate probent, modo vero ex eo quod Petrus Romæ obiit Romanæ Ecclesiæ supra cæteras omnes dignitatem eruerentur. Neque vero antiquam esse Romanæ Ecclesiæ excellentiam putat Petrus, sed eam *vi & fraude* post Concilii Nicæni tempora Romam sibi rapuisse jactat, blasphemiamque suam D. Bernardi verbis confirmat in lib. de considerat. ubi Eugenium Papam S. Abbas ita alloquitur. *Esto ut hæc tibi alia quavis ratione vindices, non Apostolico more; nec tibi dare Petrus potuit, quod non habuit; quod habuit, hoc dedit; sollicitudinem super Ecclesias. Numquid dominatum? Audi ipsum: non dominantes, inquit, Cleris, 1. Petr. v. 3. Et ne dictum sola humilitate putet, non veritate, vox domini est: reges*

gentium dominantur, vos non sic, Matth. 20. 23. 5. Planum est. Apostolis interdicitur dominatus. Ergo tu & tibi usurpare aut Apostolatium, aut Apostolatus Dominatum: plane ab utroque prohiberis. At quis non videt D. Bernardum verbis istis non de Ecclesiastico Pontificis Imperio loqui, sed de terrenis ejus divitiis, quas neque damnat, sed tantummodo illis bene uti hortatur; nam & ejusdem operis lib. 4. cap. 3. eum monet, quod in externo splendore non Petro successerit, sed Constantino, & lib. 3. cap. 1. dilerte profiteretur quod præesse non negat, sed dominari, id est ut ipse explicat præesse in sollicitudine, dominandi libidinem affectare. Si non habet super Ecclesias omnes primatum Romana Ecclesia, quid ait Bernardus, Petrum Romano Pontifici sollicitudinem non unam super Ecclesiam, sed super omnes dedisse? Quod habuit, hoc dedit, sollicitudinem super Ecclesias.
Ad

banus illius Auditor, cæteri que complures, quos longum est enumerare. Dicamus & quempiam illorum, vel certe si ita libuerit omnes simul Romanos Pontifices fuisse: dum Petrus exturbetur, turba non deerit eorum, qui Pontifices dici possint.

H 2

PER-

Ad hæc non possum satis mirari Petri impudentiam, non verentis nobis D. Bernardum obiicere, qui tam sæpe tamque loculenter Romani Pontificis primatum adstruit, cum in cæteris suis scriptis (tom. 1. edit. Lugdunt. ann. 1658. pag. 81. & 106. tom. iv. p. 111. & tom. 5. pag. 302.) tum præsertim lib. 2. cap. 9. laudati operis de consideratione ad Eugenium. Age vero, ut cætera Petri objecta breviter diluamus, interrogemus hominem, unde noverit *vi & fraude* Ecclesiam Romanam sibi rapuisse Primatum? Quis Romanorum Pontificum edidit primus tantum facinus? Cum numquam defuerint strenui ac vigilantes in Ecclesia viri, qui bellum audacter moverunt contra quæcumque dogmata seu ritus novos in Ecclesiam immittere contententes, quomodo siluerunt, dum Aristocraticum Ecclesiæ regimen in Monarchicum immutare tentatum est? Scio, ex heterodoxis scriptoribus alios Victori, alios Zosimo, alios Bonifacio I. alios Cælestino, alios

denique Bonifacio III istud facinus affingere. Sed unde nam ista hauserunt, nisi ex hac ipsa qua debacchantur in sanctissimos Pontifices insolentia? Constantinopolitani Patriarchæ Primatum œcumenicum sibi vindicare moluntur, neque ulla historia est, quæ rem fileat; nulla Ecclesia, quæ motus non excitet: nemo, quem lateat, & qui primus, & qui alter, & qui tertius molitus hoc sit: cur nihil horum de Romani Pontificis usurpatione? Paulus Sarpus & qui nuper Sarpii opiniones renovare exornareque conatus est Justinus Febronius J.C. concordia causa sponte Episcopos, quam parem habebant auctoritatem, uni Episcopo Romano contulisse asserunt. Dicant, & hoc unde noverint? Quid tantam rem tota silet antiquitas? Numquid leve miraculum, tot Episcopos, quot sunt in universo terrarum orbe, non obstante humana naturæ genio ad Imperium proclivi, adeo facile se uni Episcopo subjecisse? Quod vero addit Petrus ante primum

PERSUASIO VII.

„ **H**IC producam, quod Apostolus ad Gala-
 „ tas narrat in epistola: = Creditum, est,
 „ inquit, mihi Evangelium præputii, sicut & Pe-
 „ tro circumcissionis, qui namque operatus est
 „ Pe-

num Concilium Nicænum par-
 vum respectum habitum esse
 ad Romanæ sedis excellentiam
 & principatum, haud minus
 falsum est. Nam primo Eccle-
 siæ sæculo, vere ad Clemen-
 tem Romanum Pontificem ap-
 pellavisse Corinthios, patet
 ex Epistola ejusdem Clemen-
 tis, in qua hæc leguntur: *Pro-*
pter calamitates & casus ad-
versos, qui nobis acciderunt,
fratres dilecti, tardius nos ani-
imum adieciſſe videmur ad ea
quæ a vobis quaſita ſunt. Quod
 autem ad alterum Ecclesiæ se-
 culum spectat, quem fugiunt
 Asiaticæ Ecclesiæ per Polycar-
 pum sanctissimum virum &
 ipsorum Apostolorum discipu-
 lum ad Anicetum Papam ap-
 pellationes, Victoris de Asia-
 nis Episcopis nullo eorum re-
 clamante iudicium, præterea
 S. Irenæi legatio ad Eleuthe-
 rium nomine martyrum Lugdu-
 nensium? Quam vero tertio
 quoque seculo Romana Ecclesia
 propter potentiorē principalitatem,
 ut ejusdem Irenæi ver-

bis utar, supra cæteras emi-
 nerit, ostendunt Africanæ
 Synodus, & Cypriani litteræ
 ad Cornelium Papam, Occi-
 dentalium Episcoporum lega-
 tiones ad Stephanum Papam &
 ejus in causa rebaptizationis
 adhibita auctoritas, provoca-
 tiones demum Pentapolitano-
 rum & Dionysii Alexandrini
 ad Dionysium Romanum Pon-
 tificem. Temporibus autem Ni-
 cæno Concilio prioribus, ne-
 mo ignorat Donatistarum cau-
 sam ad Melchiadem & inde ad
 Silvestrum delatam esse; &
 ipsum Nicænum Concilium
 ejusdem Silvestri autoritate
 convocatum fuisse, & eodem
 Sylvestro per Legatos suos
 Osum Cordubensem Episco-
 pum, Vitum, & Vincentium
 Romæ Presbyteros, præside,
 celebratum.

Jam vero adeamus Basna-
 gium, & videamus utrum ille
 validioribus argumentis nos
 impetat. Postquam de aliis Epi-
 scopis præter Romanum, inter-
 dum dictum fuisse *Petri Cathedram*

„ Petro in Apostolatū Circumcisionis, opera-
 „ tus est & mihi inter gentes = Tandem manife-
 „ stat, quomodo pactus fuisset cum Jacobo, Pe-
 „ tro, & Joanne in Synodo, quæ Hierosolymis fu-
 „ per legalium observatione habita est, ut ipsi in
 „ circumcissionem, hic vero inter gentes cum
 „ Barnaba prædicatum proficisceretur. Quomodo
 H 3 „ ita-

dram eos obtinere, animadver-
 tit, cæteros Apostolos nullam
 peculiarem Ecclesiam dignita-
 tis potestatisque suæ hæredem
 fecisse, immo Apostoli & Epi-
 scopi munera inter se pugnare,
 evidenter demonstrasse sibi sua-
 det in Annalibus ad an. 31. 40.
 & 42. I. Quod Episcopi, populi
 & Cleri suffragio eligerentur;
 Apostoli autem non habuerint
 munus suum vi hujus Ecclesia-
 sticæ electionis, qua consti-
 tuuntur Episcopi: II. Quod
 Episcopi per tres Episcopos
 consecrarentur, & nemo sit
 Episcopus sine ordinatione,
 quæ est impositio manus Epi-
 scopalis, & quæ tamen non
 adfuit Apostolis a Christo mis-
 sis cum omni Ecclesiastica po-
 testate neque Episcopali exce-
 pta: III. Quod Apostoli quæ
 viderant dicerent, Episcopo-
 rum autem sit non visa, sed
 credita mysteria proponere:
 IV. Denique quod Episcopis
 peculiaris pars Dominici gre-
 gis credita sit, Apostolis au-
 tem creditæ fuerint omnes gen-

tes. Ad hæc S. Irenæum non
 quartum, sed tertium Roma-
 norum Pontificum dixisse Cle-
 mentem, qui in ea Sede Ana-
 cletum, cui Linus præcesserat,
 excepit: S. Ignatium, qui
 Episcopus erat ingenue fateri
 in Epist. ad Romanos se non
 præcipere, ut Petrus & Pau-
 lus: tandem S. Augustinum
 veritum esse, ne Petro inju-
 riam intulerit, quod illum
 Cypriano comparaverit: *Cete-*
rum magis vereri debeo, ut in
Petrum contumeliosus existam.
Quis enim nescit, illum Apo-
stolatus principatum cuiuslibet
Episcopatus præferendum?

Respondeo merito quidem
 & optimo jure de omnibus Epi-
 scopis dici posse Petri gradum
 obtinere; sed ea ratione qua
 etiam omnes veteris legis Do-
 ctiores in Cathedra Moysis se-
 dere dicebantur: nempe quod
 unus Petrus Ecclesiastici ordi-
 nis & potestatis in omnes Epi-
 scopos derivatæ veluti fons &
 origo sit, non autem quod Pe-
 tro Episcopi omnes directe suc-

„ itaque tam cito Petrus pacti immemor fieri po-
 „ tuit, & alienas partes sibi usurpare, cum Roma
 „ totius paganismi mater tunc fuerit? Quin imo si
 „ circumcisionis fuerat Apostolus, quomodo Ro-
 „ mæ tot annis, si usque ad Pauli videmus illuc
 „ adventum cum Judæis nihil ei fuerat negotii? Ad-
 „ veniente namque illuc Paulo, ut Lucas in actis
 „ Apo-

cedant, sive illius primatus hæredes sint, totamque eidem traditam a Christo Domino auctoritatem fuerint adepti. Sicut enim universalis Ecclesia una est, & unum corpus ex singulis particularibus Ecclesiis cum Ecclesia Principe, quæ unionis origo & centrum est, conjunctis atque unitis compositum; ita pariter una tantummodo est in Ecclesia Episcopalis Cathedra, quæ ex omnibus constituitur Episcopalibus Cathedralibus una inter se copulatis per communicationem & societatem, quam unaquæque habet cum cathedra Principe, unde incipit unitas & terminatur. Igitur sicuti omnes Fideles Christiani in eadem Ecclesia sunt, quod Ecclesie capiti uniuntur; ita Episcopi omnes in eadem Cathedra sedent per eam communicationem & unionem, unde exoritur unitas Cathedre & Episcopatus in Ecclesia. Quamobrem etsi peculiarem Cathedralis singuli Episcopi habent, tamen etiam

uniuscujusque peculiaris Cathedralis cæteri omnes Episcopi quodammodo participes sunt, quod unaquæque illarum ejus Cathedralis pars sit, quæ una est in Ecclesia: & quia in hoc ut ita dicam Cathedralium corpore centrum & caput est Romana Cathedra, quam Petrus Ecclesie caput constituit, hinc non solum ipsa Rom. Cathedra, sed reliquæ etiam peculiæ Cathedralis Petri Cathedralis appellatæ sunt, quamvis illarum Episcopi Petri Cathedralis, quæ est Romana, minime teneant, quemadmodum præclarissime docet S. Cyprianus in lib. de unitate Ecclesie.

Ad alteram objectionem quod pertinet, notandum, plures fuisse in Apostolis dotes & prærogativas, & ex eis multas nec ipsum Petrum relinquere potuisse. Cæterum dignitatem Episcopalem certe in eos omnes derivarunt, quos crearunt Episcopos; unde Episcopi omnes eorum successores jure & merito appellantur, nonnullos

„ Apostolorum ait, dicunt Judæi ad eum: de se-
 „ cta hac notum est nobis, quia ubique ei contra-
 „ dicitur, rogamus etiam te audire quæ sentis:
 „ nos enim neque litteras accepimus de te, neque
 „ adveniens aliquis fratrum nunciavit, aut loquu-
 „ tus est quid de te malum. Quos tandem copiosa
 „ illa ac uberrima oratione sua alloquutus est Pau-
 „ lus

H 4

„ lus

los autem ex eis nullius peculiaris urbis Episcopatus se addixerunt, quod etiam illos quos habuissent in regimine alicujus peculiaris loci successores, majorem relinquere non potuerint potestatem, quam cæteris quos creabant Episcopos imperiebantur. At vero Petrus, cum præter Episcopalem potestatem, quam ut cæteri Apostoli in eos omnes derivabat, quos creabat Episcopos, haberet etiam dignitatem auctoritatemque capitis Ecclesie quam a Christo acceperat, & dum viveret aliis cedere non poterat, alicujus peculiaris loci Episcopatum gereret oportuit, ut nimirum certus non deesset hæres singularis illius dignitatis, & ea, in Ecclesia perpetuaretur. Quod vero subiicit Basnagius pugnare inter se Episcopi & Apostoli munera, eundem miror id Patres non animadvertisse, qui diserte non solum Petro, sed etiam Jacobo peculiaris urbis Episcopatum adjudicant. Jacobum qui-

dem fratrem Domini cognomento Justum, Hierosolymitanæ Ecclesie Episcopum fuisse, non solum sæpe narrat Eusebius in Hist. Eccl. lib. 2. cap. 23. lib. 3. cap. 5. & 7. & lib. 7. cap. 19. Hegesippi & Clementis Alexandrini auctoritate fultus, sed disertis etiam verbis tradunt Epiphanius hæres. 78. Chrysostomus homel. 38. Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 4. & 14. Hieronymus in Script. Eccl. cap. 3. & Comment. in I. ad Galat. ac demum magnus Augustinus lib. 2. contra Crescon. cap. 27. & lib. 2. contra liter. Petil. cap. 31. Petrum vero & ad breve tempus Antiochenum Episcopatum tenuisse, & Romanum fuisse Episcopum, omnes fere veteres Græci latinique Patres testantur; quos profecto credibile non est ignorasse eam quam sibi fingit Basnagius inter Episcopatum & Apostolatum pugnantiam. Nam quod ait Episcopos Cleri & populi suffragio creandos fuisse, quo-

mo-

„ lus a mane usque ad vesperam, sermonem pro-
 „ trahens. = E quibus aliqui dictis crediderunt, qui-
 „ dam vero renuerunt credere, & nunquam an-
 „ tea audita auribus audientes, ad invicem tumul-
 „ tuabantur, & multam inter se habebant quæ-
 „ sitionem = Quid ergo Romæ tanto temporis inter-
 „ vallo faceret Petrus, si Judæis ea quæ a Paulo
 „ au-

modo id fieri poterat Aposto-
 lorum tempore, quum scilicet
 ipsi Episcopi quem curarent
 gregem sibi comparabant? quid
 autem ineptius, quam iis le-
 gibus Apostolos obstrictos vel-
 le, quæ multo post eorum obi-
 tum latae sunt? Nonne Paulus
 auctoritate sua & Episcopos
 per civitates creabat, & ut
 Episcopos in urbibus crearent
 Timotheo iussit & Tito? Qua-
 re Clemens in ep. 1. ad Corin-
 thios n. 44. diserte docuit pri-
 mos Episcopos ab Apostolis in-
 stitutos fuisse, & ab ipsis Apo-
 stolis fuisse sancitum, ut Epi-
 scopis quos ipsi instituerant,
 tales sufficerentur viri quos
 tota Ecclesia probaret. Neque
 intelligitur quid sibi velit Bas-
 nagius, quum Apostolos ab
 Episcoporum numero eximens,
 quod ordinati non fuerint per
 impositionem manus Episco-
 palis, concedit tamen a Chri-
 sto plenitudinem potestatis eos
 accepisse, Episcopali minime
 excepta. Quod si contendit il-
 lud unum evincere, quod nul-

lius peculiaris regionis Episco-
 pi esse potuerint, quis locus
 impositioni manuum? Num-
 quid per manuum impositio-
 nem non Episcopalis potestas,
 sed Episcopalis jurisdictio lo-
 calis impertitur? Sed illud
 plane ridiculum est, ex eo pro-
 bare Apostolos, inter Episcopos
 recenseri non posse, quod ho-
 rum sit non visa, sed tradita
 mysteria proponere, illi vero
 docerent quæ viderant. Pro-
 fecto nullam Basnagius habuit
 ideam Episcopatus, qui nihil
 aliud præcipue est, nisi Sacer-
 dotes cæterosque Ecclesiæ mi-
 nistros creandi potestas per sa-
 cram ordinationem accepta.
 Neque vero Episcopatus cum
 Apostolatu pugnat, quod Epi-
 scoporum fidei certus Christia-
 norum hominum numerus tradi-
 ditur, Apostolis autem uni-
 versus terrarum orbis insti-
 tuendus a Christo Domino
 commissus fuit; nam subje-
 ctorum numerus ad Episcopa-
 lem jurisditionem spectat,
 non autem ad Episcopalem po-
 testa-

„ audierant, nova & inaudita videbantur, nec ali-
 „ quem se prius audivisse dixerunt, qui ejus sectæ
 „ instituta & ritus eis declarasset? Et proinde Pau-
 „ lum, ut quæ sentiat diceret, velut uno ore po-
 „ stulabant omnes. Videat qui vult, quam sit tu-
 „ tum Romæ Petrum aliquando fuisse credere „

DISSUASIO.

Quod adhuc maxima cum animi tranquillita-
 te a me factum est, ut maledictis & calum-
 niis temperarem, id usque ad calcem di-
 ligentissime me observaturum esse confido, quan-
 do nullo odio Persuasoris aut stomacho, sed ve-
 ritatis amore ad scribendum accessi. Enimvero si
 un-

testatem, neque implicat pe-
 culiarem curam habere alicujus
 regionis ratione Episcopatus,
 generalem autem totius mun-
 di ratione Apostolatus, quum
 per Vicarios Episcopos, potue-
 rint Apostoli & certam regio-
 nem præcipuum in modum cu-
 rare, ut quidem fecit S. Pe-
 trus, teste Epiphano, & cer-
 to sciamus Apostolos universas
 orbis terrarum partes inter se
 distribuisse instituendas, & ali-
 quando ipse S. Petrus Judæo-
 rum salutem, Paulus autem
 Ethnicorum potissimum cura-
 runt. Quod vero spectat ad
 ad S. Irenæum, neutiquam il-
 lud unum dicit, tertium Ro-
 mæ Episcopum fuisse Clemen-
 tem, sed dicit tertium fuisse
 ab Apostolis, seu post Aposto-

los. Si quis diceret CLEMEN-
 TEM XIV. qui nunc in Roma-
 na Petri Cathedra feliciter se-
 det, tertium esse Pontificem
 post Clementem XII. num-
 quid negaret Clementem XII.
 fuisse Pontificem? Adstruit
 Irenæus Episcopatum Romæ
 Petri non inficiatur. Por-
 to S. Ignatius erat quidem Epi-
 scopus, at non erat Episcopus
 Romanus, non erat Aposto-
 lus, ut Petrus. Demum D. Au-
 gustinus veretur ne injuriam
 Petro asserat illum Cypriano
 comparans, non quod Episco-
 pum eum extitisse non credi-
 derit, sed quod fuerit Aposto-
 lus, ac Episcopus Apostolis
 & Episcopis omnibus excel-
 lentior.

unquam locus fuit, in quo conviciis agendum esset, hic potissimum occurrebat, ubi adeo manifeste verbis Lucæ contradicit, ut omnino ipsorum alterum mendacii reum oporteat constituere: Ait namque, *Judæos qui Romæ Pauli orationem audiverunt, aliquos quidem credidisse, aliquos vero renuisse credere.* Hactenus recte. Quod vero subdit; *& numquam antea audita auribus audientes adinvicem tumultuabantur;* istud certe omnino apud Lucam non legi; quin imo id quod magis contrarium videri possit. *De secta autem hac notum est nobis,* inquit, *quia ubique ei contradicitur:* quomodo ergo nobis notam, si antea inauditum? Nonne illud præterea certum est, Paulum cum ad Romanos scriberet, *quorum fidem annunciari dicit in universo mundo,* plerosque esse omni scientia, ut cæteros admonere possent, id potissimum tentasse, ut Judæos gentilesque (qui crediderant) invicem conciliaret (35)? Nempe illi Judæi erant, qui audito

(35) Constat enim illam D. Pauli epistolam ad Romanos partim scriptam ad Gentiles, & partim ad Judæos ad fidem Christi conversos. Nam ideo primis quatuor capitibus disputat de justificatione ex fide sine operibus legis contra superbiam Judæorum, qui suis meritis adventum Messiae tribuebant. Et cap. 14. agit de illis, qui adhuc judaizabant abstinentes a quibusdam cibis secundum legem immundis. Et cap. 16. salutatur multos, quos constat Christianos ex Judæis

fuisse. Dicit fortasse aliquis: si epistola ad Romanos vivente Claudio, qui Judæos ab Urbe expulerat scripta est, qui sunt isti Judæi, quos Romæ Paulus salutari jubet? Non enim credibile est, Claudio imperante, Judæos ad Urbem redire potuisse. Respondet Bellarminus, non modo credibile esse paulo post eam expulsionem Judæos redire potuisse, sed sine ullo dubio rediisse. Nam Paulus Act. 18. invenit Corinthi Aquilam & Priscillam Judæos, qui nuper ex Urbe venerant pulsi

to Petro crediderant. Illa omnis Romana Ecclesia fidem secundum Deum acceptam referebat Petro. Etsi enim authore Clemente, anno a Christi morte septimo Barnabas Romæ Christum nunciaverat, constat tamen ad paucissimos ejus prædicationem pervenisse. Nam quod ait Persuasor, si ita dixerimus consequens esse ut Petrus temere in alienas possessiones invaserit, jam facilis obviam est, responsio, quam objectio ipsa levis & inconsiderata. Si enim Persuasor recte meminisset quo tempore dicant authores Petrum Romam profectum, rursusque

pulsi a Claudio: deinde cum hæssisset in Achaja annum unum & sex menses, & in Asia annos duos, Act. 18. & 19. iter cepit versus Hierusalem, atque in eo itinere scripsit ad Romanos, & salutari jussit Aquilam & Priscillam, qui jam Romam reversi fuerant. Ad illa ergo verba Judæorum: *Rogamus a te audire quæ sentis; nam de secta hæc notum est nobis, quia ubique ei contradicitur:* dicimus ea verba non esse omnium Judæorum, qui Romæ erant, sed tantum eorum, qui ad fidem Christi adhuc conversi non fuerant, præter quos multi alii Romæ vivebant, quos Petrus converterat. Neque verbis illis significatur, eos nunquam audivisse prædicationem Christi, sed non fuisse adhuc persuasos, & ideo voluisse adhuc Paulum audire, & quum ab eo efficacissimis ra-

tionibus convincerentur, partem eorum fuisse persuasos ut crederent, partem in sua obstinatione permansisse. Præterea nonne & aliqua in eis dissimulatio esse potuit, aut quædam potius cupido enucleatius a Paulo intelligendi, quæ intus ad Christianam doctrinam spectabant, cum jam & nonnulla ex fama accepissent, & fortassis ex epistola, quam Paulus jamdudum ad Romanos miserat? Profecto nomen Apostoli qui & doctrina & miraculis & pro Christo toleratis laboribus novissimus erat, illos desiderio incendere poterat, loquentem diligentius audiendi, atque inde fortassis capere occasionem perdendi sanctissimum virum, quemadmodum Judæos Jacobo fratri Domini fecisse, discimus ex Eusebii hist. lib. 2. cap. 22. &c.

fulque quo tempore pactum inierit, ut Paulus inter gentes, ipse vero Judæis prædicaret, illud ipsum posterius integro septennio invenietur. Aliud enim undecimo, duodevigesimo aliud anno contigit a Christi morte. Nec si secus esset, statim mihi videretur pactum illud ita intelligi oportere, ut utriusque non licuerit ubicumque commodum accidisset, annunciare, sed ut præcipua cura esset Pauli in gentibus, Petri autem inter Judæos. Alioquin circumscriptis sibi quibusdam veluti cancellis, Petrus ipse cæteris longe inferior inveniretur, quibus aliquo pacto interdictum non erat ubi licuisset prædicare. Nonne ipsa Babilon & Arabia, ubi annuntiasset Petrus dixit se credere Persuasor, gentium erat non Judæorum? Quin & Paulus deinde in Sinagogis & Judæa publice annunciavit. Notum est præterea quod Petrus dixit in Actis (*cap. xv. v. 7.*) *Viri fratres vos scitis, quod ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum, audire GENTES verbum Evangelii, & credere.* Num pactum Apostoli inirent, quod divinis decretis esset contrarium, ut Petrus Judæis solum, non etiam alienigenis Christum annunciaret (36)?

PER-

(36) Ex his igitur facillime intelligitur, haud certo nobis innotescere, quid nam potissimum in munere suo exercendo sanctissimi illi duo Apostolorum Principes, in eo quod invicem percusserunt fœdere servarint; quum Apostolicos labores ita inter se distribuerint, ut uterque Judæos & Ethnicos promiscue edocerent, eorum-

que plurimos ad fidem gentes baptisate initiarent. Petrus enim Cornelium ejusque familiam sacro abluit lavacro, teste D. Luca in *Act. Apost. cap. x. vers. 47. &c.* & in Concilio Hierosolymis coacto, ut Gentibus Evangelium prædicaret, easque ad fidem perduceret, se a Deo jamdiu ante selectum fuisse testatus est verbis

PERSUASIO VIII.

„ **J** Am ad ea usque pervenimus tempora, quibus Judæorum coactus insolentia Paulus ad Casarem appellavit, ac Romam deductus, cætenis horrendis in carcerem coniectus est, illicque in conducto suo, quod ei carceris fuerat loco, toto biennio permansit. Nec profecto parva hæc erat mansio, ut Hieronymus in epistola ad Philomenem loquitur, ad quam Judæorum

bis ex Actorum capite xv. superius a Cortesio relatis. Paulus autem quocumque iter faceret, Judæos primum instituebat, & inde se ad Ethnicos vertebat, *Act. cap. xiii.* Præterea nonne idem Paulus ad Hebræos epistolam dedit? Nonne ubi Romam venit, mox apud Hebræos sacras habere cœpit orationes? (*Actor. cap. xxviii. v. 23.*) Nonne demum a Pauli Evangelio Judæos non fuisse exclusos Dominus ipse ad Ananiam de Paulo loquens professus est illis verbis, *Actor. cap. ix. v. 15. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus & filiis Israel?* Quare nonnulli opinantur laudato epistolæ ad Galatas capite secundo loqui Paulum de quadam ut ita dicam curæ & patrocinii divisione, quod scilicet constitutum fuerit, ut Petrus Judæos, Ethnicos vero

Paulus protegeret. D. vero Hieronymus in Commentar. „ Occulta, inquit, hinc oritur quæstio: quid igitur Petrus si invenisset ex gentibus, non adducebat ad fidem? Aut Paulus si ex circumcissione aliquos reperisset, non eos ad Christi Baptismum provocabat? Quæ ita solvetur, ut dicamus, „ principale singulis in Judæos & Gentes fuisse mandatum, „ ut qui defendebant legem, haberent quem sequerentur, „ qui legi gratiam præferabant, non deesset eis doctor, & prævius. In commune vero hoc habuisse propositi, ut Christo ex cunctis gentibus Ecclesiam congregarent. Legimus enim & a S. Petro Gentilem baptizatum fuisse Cornelium, & a Paulo in Synagoga Judæorum Christum sæpissime prædicatum.

fulque quo tempore pactum inierit, ut Paulus inter gentes, ipse vero Judæis prædicaret, illud ipsum posterius integro septennio invenietur. Aliud enim undecimo, duodevigesimo aliud anno contigit a Christi morte. Nec si secus esset, statim mihi videretur pactum illud ita intelligi oportere, ut utriusque non licuerit ubicumque commodum accidisset, annunciare, sed ut præcipua cura esset Pauli in gentibus, Petri autem inter Judæos. Alioquin circumscriptis sibi quibusdam veluti cancellis, Petrus ipse cæteris longe inferior inveniretur, quibus aliquo pacto interdictum non erat ubi licuisset prædicare. Nonne ipsa Babilon & Arabia, ubi annuntiasset Petrus dixit se credere Persuasor, gentium erat non Judæorum? Quin & Paulus deinde in Sinagogis & Judæa publice annunciavit. Notum est præterea quod Petrus dixit in Actis (*cap. xv. v. 7.*) *Viri fratres vos scitis, quod ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum, audire GENTES verbum Evangelii, & credere.* Num pactum Apostoli inirent, quod divinis decretis esset contrarium, ut Petrus Judæis solum, non etiam alienigenis Christum annunciaret (36)?

PER-

(36) Ex his igitur facillime intelligitur, haud certo nobis innotescere, quid nam potissimum in munere suo exercendo sanctissimi illi duo Apostolorum Principes, in eo quod invicem percusserunt fœdere servarint; quum Apostolicos labores ita inter se distribuerint, ut uterque Judæos & Ethnicos promiscue edocerent, eorum-

que plurimos ad fidem gentes baptisate initiarent. Petrus enim Cornelium ejusque familiam sacro abluit lavacro, teste D. Luca in *Act. Apost. cap. x. vers. 47. &c.* & in Concilio Hierosolymis coacto, ut Gentibus Evangelium prædicaret, easque ad fidem perduceret, se a Deo jamdiu ante selectum fuisse testatus est verbis

PERSUASIO VIII.

„ **J** Am ad ea usque pervenimus tempora, quibus Judæorum coactus insolentia Paulus ad Casarem appellavit, ac Romam deductus, cætenis horrendis in carcerem conjectus est, illicque in conducto suo, quod ei carceris fuerat loco, toto biennio permansit. Nec profecto parva hæc erat mansio, ut Hieronymus in epistola ad Philomenem loquitur, ad quam Judæorum

bis ex Actorum capite xv. superius a Cortesio relatis. Paulus autem quocumque iter faceret, Judæos primum instituebat, & inde se ad Ethnicos vertebat, *Act. cap. xiii.* Præterea nonne idem Paulus ad Hebræos epistolam dedit? Nonne ubi Romam venit, mox apud Hebræos sacras habere cœpit orationes? (*Actor. cap. xxviii. v. 23.*) Nonne demum a Pauli Evangelio Judæos non fuisse exclusos Dominus ipse ad Ananiam de Paulo loquens professus est illis verbis, *Actor. cap. ix. v. 15. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus & filiis Israel?* Quare nonnulli opinantur laudato epistolæ ad Galatas capite secundo loqui Paulum de quadam ut ita dicam curæ & patrocinii divisione, quod scilicet constitutum fuerit, ut Petrus Judæos, Ethnicos vero

Paulus protegeret. D. vero Hieronymus in Commentar. „ Occulta, inquit, hinc oritur quæstio: quid igitur Petrus si invenisset ex gentibus, non adducebat ad fidem? Aut Paulus si ex circumcissione aliquos reperisset, non eos ad Christi Baptismum provocabat? Quæ ita solvetur, ut dicamus, „ principale singulis in Judæos & Gentes fuisse mandatum, „ ut qui defendebant legem, haberent quem sequerentur, „ qui legi gratiam præferabant, non deesset eis doctor, & prævius. In commune vero hoc habuisse propositi, ut Christo ex cunctis gentibus Ecclesiam congregarent. Legimus enim & a S. Petro Gentilem baptizatum fuisse Cornelium, & a Paulo in Synagoga Judæorum Christum sæpissime prædicatum.

„ rum turbæ quotidie confluebant. *Nam suscipie-*
 „ *bat omnes, ut in Actis Lucas scribit, qui ingre-*
 „ *diebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & do-*
 „ *cens, quæ sunt de Domino Jesu Christo cum omni*
 „ *fiducia sine prohibitione, allecans ad fidem Chri-*
 „ *sti, homines, ut verbis, ita & litteris. Multos*
 „ *enim eo concionante, non modo plebeos, sed*
 „ *& de Regia Neronis, Christi fidem suscepisse,*
 „ *ipsius epistolæ ostendunt. Ad Philippenses enim*
 „ *e conducto suo scriptitans: Salutant vos (inquit)*
 „ *omnes sancti ac quidem maxime, & qui de Caesaris*
 „ *domo sunt. Quin epistolas quoque aliquot in vin-*
 „ *culis dictaverat, pia admonitione & Christiana*
 „ *pietate plenas, ne Ecclesiæ Christi pulchrè ab eo*
 „ *institutæ, ejus absentia in deterius laberentur.*
 „ *Nam quos viva voce convenire non poterat,*
 „ *scriptis tantisper admonebat, ne suæ professionis*
 „ *obliti, a Christo aliquando exciderent; præci-*
 „ *pue Galatis post Pseudoapostolos retro a Christi*
 „ *fide ac suis rudimentis abeuntibus, epistolam e*
 „ *Roma scribere non dubitavit; verbis etiam aspe-*
 „ *rioribus eos commonefaciens, ne vafritia & astu*
 „ *a Christo abduci sese paterentur: Deum obte-*
 „ *stans, quod quæcumque illis in mandatis dede-*
 „ *rat, ea non ab hominibus, neque per homines*
 „ *nactus unquam fuisset, sed sola benignitate Jesu*
 „ *Christi. Nimirum quibus tam firmiter credi*
 „ *oporteat, ut si Angelus quoque vel ipsemet, se-*
 „ *cundario ad eos aliquando venerit, ac diversum*
 „ *quiddam docere voluerit, profanum ac execra-*
 „ *bile id fieret, in qua epistola Petri aliquot locis*
 „ *meminit, cujus testimonium in hoc negotio, ut*
 „ *Galatis quod dixerat facilius persuaderet, mi-*
 „ *rum in modum illi fuerat necessarium. Non ta-*
 „ *men*

„ men uspiam ejus mentionem facit, an Romæ
 „ ipsum tunc habuerit collegam, vel si eis quæ
 „ scripserat, & ille subscribere voluerit. Qui cer-
 „ te si tum Romæ fuisset, saltem ejus nomine eos
 „ salutasset, quo facilius tam eminentis Apostoli
 „ vocabulo permoti resipiscerent, & ab extranea
 „ doctrina segregati, ad mentem redirent quan-
 „ doque, At tamen nihil horum fecerat Apосто-
 „ lus, quod maximo est testimonio, neque ea tem-
 „ pestate Petrum Romæ fuisse, cum tamen viginti
 „ quinque anni, vel secundum quosdam viginti se-
 „ ptem a Christi passione aut ascensione præterie-
 „ rint; Caterum itaque in ea, quam ad Ephesios
 „ Romæ scripserat epistola, ullam ejus mentionem
 „ facit, cujus tamen hæc semper alias fuerat con-
 „ suetudo, ut Collegarum suorum nomine in Chri-
 „ stum credentes salutaret.

DISSUASIO.

Q UOD quatuor deinceps capitibus persuadere
 nititur Persuasor, paucis omninoque iisdem
 verbis dissuaderi potest. Jam enim dedi-
 mus ab eo tempore, quo sub Claudio expulsi fue-
 re Judæi Romam Petrum non revertisse usque ad
 postrema Neronis tempora. Quare nec quando
 Paulus a Judæa deductus est, Romæ fuit. Accidit
 enim adventus Pauli per initia regni Neronis, siqui-
 dem Lucæ historiam usque ad quartum illius an-
 num pervenisse dicit Hieronymus. Nec tamen ita
 diu Romæ permansit, profectus ad Occidentis par-
 tes. Minime igitur mirum, si in epistolis, quas
 Romæ conscripsit nulla prorsus de Petro mentio
 habeatur. Atque hæc quidem responsio, tres
 etiam

etiam quæ proxime sequuntur persuasiones omnino tollit (37).

PERSUASIO IX.

Indicio sunt Petrum tempore Pauli Romæ non fuisse, & litteræ, quas per Epaphroditum ad Philippenfes dederat Apostolus, in quibus multorum eos admonet, & quæ erga illum tunc tem-

(37) Quamvis ex his, quæ superius dicta sunt manifeste pateat, nequaquam mirum videri debere, nullam in epistolis Pauli de Petro mentionem fieri; quoniam tamen Persuasor & qui eum sequuntur recentiores hæretici, ex hoc præcipue D. Pauli silentio de Petro, Apostolorum principem numquam Romæ fuisse se invicte demonstrasse gloriantur; operæ pretium me facturum arbitror, si etiam de tempore, quo unaquæque earundem epistolarum data sit, aliquid dicam. Ex quatuordecim igitur, quæ supersunt D. Pauli epistolis, prima scripta est ad Thessalonicenses, anno, ut videtur, æræ vulgaris L. exeunte, vel II. ineunte. Eam per Timotheum, Tichycum Diaconum, & Onesimum Acolytum, quum Athenis esset misit, quod ipse ejusdem epistolæ capite tertio indicat, & S. Lucas *Actor. cap. xvii.*

Secundam scripsit, posteriorem ad eosdem Thessalonicenses, Corinthi agens anno Christi LI. per Titum Diaconum, & Onesimum Acolytum supra laudatum, *Actor. cap. xviii.*

Tertiam ad Romanos, ex Cenchreis Corinthiorum portu per Phœben ministrum ejus Ecclesiæ anno Christi LII. ut diximus in Annalibus SS. Apostolorum Petri & Pauli, sive anno Christi LVIII. ut existimavit Baronius. Onuphrius tamen Panvinius clarissimus Augustiniana familiae Alumnus in libro de primatu Petri, pluribus rationum momentis probare contendit, eandem epistolam datam esse anno circiter Christi LXV. quemadmodum observavimus in subjecta ad eosdem Annales adnotatione, ad ipsum an. LII.

Quartam epistolam scripsit priorem ad Corinthios per Timotheum ex Epheso, anno Christi LIII. *Act. cap. xix.*

Quin-

temporis gerebantur, manifestat; maxime autem quantum illic in Evangelio profecerit, dicens, sua occasione Romæ Evangelium prædicari ab omnibus, eodem quidem impetu, quamvis diverso studio. Quidam enim vinculis & constantia ipsius animati, sincero affectu & vera Christiana intentione fidem Christi omni timore exuto, evulgabant: quidam vero sola cupiditate nocendi Paulo, ad Evangelizandum Christum

Quintam epistolam scripsit ad Galatas, Ephesi agens anno item salutis LIII. *Actor. ibid.*

Sextam epistolam scripsit priorem ad Timotheum de Laodicea, quum Epheso discessisset, antequam in Macedoniam traiceret, per Tichycum, anno Christi LIV. *Actor. cap. xx.*

Septimam scripsit, posteriorem ad Corinthios ex Troade post reditum ex Macedonia per Titum, anno æræ vulgaris LIV. *Act. cap. xx.* Has porro septem scripsit ante custodiam, in qua tum Hierosolymis, tum in Urbe per quadriennium detentus est.

Romæ vero ex carcere, primum scripsit octavam ad Ephesios per Tichycum Diaconum, Ephesum proficiscentem, anno Christi LVIII. quum biennio ante post Claudii mortem, & Neronis imperii initio, Petrus ad Urbem reversus, Romanam quam constituerat Ecclesiam,

Lino Episcopo a se ordinato commendasset, ac per Occidentem iter suum Evangelii propagandi ergo instituisset.

Nonam epistolam ex eadem custodia scripsit, posteriorem ad Timotheum Ephesi agentem, qua eum ad se evocat, eodem scilicet anno, quo superiorem ad Ephesios. Hanc porro epistolam hoc tempore scriptam fuisse, & non ut plerique existimant, paulo ante mortem, quia ipse dixisset *tempus suæ resolutionis instare*, (quemadmodum observavimus in *Annalibus SS. Apostolorum ad annum lxxv.*) fusius infra probaturi sumus in notis ad Dissuasionem XIV. pag. 148. Quare nunc observasse sufficiat, Apostolum in hac altera ad Timotheum epistola, multarum rerum mentionem facere, quæ manifeste pertinent ad ea tempora, quibus ex Græcia navigans, Hierosolymis captus est, & Romam missus, quales sunt,

„ stum trahebantur . Putabant enim fore , quod
 „ Neronis tyrannis , cui nomen Christi fuerat pe-
 „ rosum provocata iracundia , Paulinæ gloriæ in
 „ Evangelio facefferet , ac tyrannus in eum , uti
 „ ejus professionis auctorem , gravius animadver-
 „ teret . Fit enim quæ maxime nobis nocitura sci-
 „ verint,

*ALERE FLAMMAM
 MEDITATIONIS*
 sunt : *Lucas est mecum solus ,
 Tichycum misi Ephesum* , quem
 certum est ex epistola ad Ephe-
 sios missum in Asiam in hac
 prima Pauli captivitate , & non
 ultima . Item *saluta Priscam
 & Aquilam* , qui tunc erant
 Ephesi : *Erastus remansit Corin-
 thi , Trophimum reliqui infir-
 mum Ephesi &c.* Quamquam
 ipse *maximarum calamitatum
 pressura exterritus* , ut Panvi-
 nii verbis utamur , *se brevi a
 Nerone damnatum iri & mo-
 riturum suspicaretur* , quum di-
 xit *mortis suæ tempus instare* ,
 & postea absolutus , liberque
 dimissus , septennio saltem su-
 pervixerit .

Decimam porro epistolam
 ad Philippenses scripsit , cum
 Timotheo ad se , ex Epheso
 reverso , per Epaphroditum an-
 no Christi LIX .

Undecimam ad Colossenses ,
 paullo ante ejus liberationem
 cum Timotheo scripsit per Ti-
 chycum Diaconum ad se ex
 Epheso reversum .

Duodecimam ad Philemonem ,
 per Onesimum Philemonis
 servum cum ea , quæ ad

Colossenses cum Timotheo
 scribit , eodem anno Domini
 LIX .

Quo anno liber factus , Hiero-
 solymam rediturus , Timotheum
 ex Italia præmisit , & ei ad Hebræos
 tertiam decimam epistolam dedit .

Tandem decimam quartam
 ad Titum ex Nicopoli epistolam
 scripsit , quum ex Asia rediisset
 in Græciam , & Illyricum , anno
 circiter Christi LXII . Qua ratione
 fit , ut in nulla epistolarum , quas
 ex Urbe scripsit , Petri mentionem
 fecerit , qui tum Roma aberat , nec
 ad eam , quod sciamus , usque ad
 XII . Neronis annum , Christi
 LXV . rediit , quo una cum Beato
 Coapostolo suo Paulo occisus est .
 Quæ omnia & superius in his
 nostris ad Cortesum adnotationibus ,
 & in editis ad calcem hujus voluminis
 Petri & Pauli Apostolorum Annalibus ,
 ex Actis Apostolicis , ex iisdem
 Pauli epistolis , nec non ex antiquorum
 Patrum testimoniis abunde probavimus .

„ verint , sive hoc ad nostram perniciem inici-
 „ lam evulgant . Tum ait Paulus , sibi non esse
 „ curæ , dum quovis modo Evangelium annuntietur ,
 „ & Christus Orbi innotescat , sive hoc ad
 „ vitam sive ad mortem illi sit cessurum . Maluit
 „ enim cum Evangelii lucro mori , quam ex profectu
 „ vivere . Res profecto miraculo digna , si
 „ Petrus tunc Romæ fuerat ; quemadmodum multis
 „ jam annis inibi agere debuerat , quomodo
 „ Christi nomen tam moleste a Paulo Roma audierit ;
 „ ut subornati in hoc etiam plerique omnes
 „ dolosi , sub Christi prædicationis obtentu , Pauli
 „ exitium quærent . Num vero otiosus tot annis
 „ illic delituerat , & Christi occultaverat fidem
 „ Petrus , timens ne in eum sævisset tyrannus , ut-
 „ que facilius eorum insidias , qui adversabantur
 „ Christo , subterfugerit ? Nam si annuatim Evangelium
 „ Romæ prædicaverat , ea res non debuit esse
 „ Paulo timori , siquidem Roma tot jam annis
 „ antea Christum patientissime a Petro audierit .
 „ Imo quantumcumque tumultuante Roma , tyrannus
 „ ad vindictam irritaretur , in Petrum primitus
 „ resultasset hæc injuria , ut pote qui caput
 „ ejus negotii fuerit . Ecquid igitur formidarat
 „ Paulus ne faba hæc in suo , quod dicitur , cuderetur
 „ capite , non video . Ad hæc in fine ejusdem
 „ epistolæ subdit : *Salutant vos omnes sancti ,
 „ maxime vero , qui de Casaris aula sunt* , maxime
 „ prorsus dicere debuit ; Petrus omnium nostrum
 „ veluti quidam antesignanus . En quam insegurum
 „ est dicere , etiam tunc temporis Petrum Romæ
 „ fuisse , dum Paulus captivus illuc teneretur , hac
 „ persuasione clarissimum est .

DISSUASIO.

Quam fallax sit argutia, quæ ex eo loco petitur, quod non Petri nomine Paulus eos, ad quos scripserat, salutarit, adeo dilucide, opinor, demonstratum est superius, ut supervacaneum omnino sit pro posteriori persuasionis parte quidquam amplius in medium afferre. Ad priorem tantum respondebimus, quæ profecto nihil habet momenti quo persuadere possit, Petrum non fuisse Romæ. Neque enim repugnat, ut antequam Paulus Romam advenisset, Petrus una cum aliis ad Christi fidem conversis illic Evangelium aliquandiu docuisset, quamquam brevi tempore in Urbe permanserit, & iidem tamen Christifideles præsentia Pauli magis magisque inflammati, vehementius ardentiusque id ipsum facerent, quod antea inceperant. Annon experimur quotidie ligna quæ paullo ante in fornace lentius arserunt, apposita aridiore materia validius accendi? neque jam excitatum ardorem, prioribus lignis imputari, sed huic potius, quod postremo fuit adjectum? ita quid prohibet, quomodo Christi prædicati jam recens exorta flamma Paulo magis adscriberetur, quam Petro, aliisque qui Paulum in hoc negotio præcesserunt? ut interim sileam, quantus ignis præ cæteris Christianæ fidei propagatoribus, in ipsius Pauli pectore flagrabat: ut nemini mirum esse debeat, si per accessum Pauli, Evangelii prædicatio magis ac magis incaluerit. Sed & Judæi majori odio Paulum, quam Petrum prosequerentur, præsertim quod pseudo-prophetis, atque evangelistis, qui ex Judæis conversi, circumcisionem & legem

una

una cum Evangelio servari volebant, acerrime Paulus restiterat, & contra eos ad Galatas, ad Hebræos, & ad Romanos scripserat. Postremo, quid prohibet ita verba Pauli interpretari, ut si quæ sibi persecutio excitabatur, communis erat cum Petro, sibi tantum id discriminis a pseudo-apostolis creari tamen scripserit, quo eorum cæcam imprudentiam manifestiorem faceret, qui privato in eum odio, Evangelii prædicatione abutebantur? Nihil certe ob eam rem æquus iudex Petri dignitati ademptum existimare poterit, si suam causam agens Paulus, reticendum quod sibi commune erat cum Petro (ita fortasse re postulante & tempore) sapientissime & vidit & statuit (38).

I 3 PER-

(38) At urgent recentiores Veleno hæretici locum illum epistolæ ad Philippenses in superiore persuasionem laudatæ, capite iv. vers. 10. & 11. ubi quum sanctus Apostolus de iis, qui tunc Romæ erant scribat *Οἱ πάντες τὰ εὐαγγέλιον ζητοῦσιν: Omnes qua sua sunt, querunt*, concludendum ex hisce verbis censent, aut Petrum Romæ non fuisse, aut maximam quidem Petro injuriam Paulum facere, quum eum numerat illos inter qui *querunt qua sua sunt*, seque in rebus arduis positum deseruerant. Verum enim vero ex eadem ad Philippenses epistola clarissime patet, verba illa: *Omnes qua sua sunt, querunt*, ita esse intelligenda, ut *πάντες omnes ac-*

ciatur pro eo, quod græce dicitur *πολλοί*, latine autem *plerique*. Nam paullo ante Apostolus scripserat apud se fuisse Timotheum, qui certe ex illis existimari non debet quærentibus, quæ sua erant, nec multo post Epaphroditum valde commendat, ut sileam, quod cap. i. v. 15. & 17. jam dixerat: *Quidam propter bonam voluntatem Christum prædicant, quidam ex charitate*. Equis enim ponendos hos credat in eorum numero, qui sua quærent, non quæ Jesu Christi? Quare constat profecto vocem *πάντες omnes* ab Apostolo usurpari pro *πολλοί plerique*, eademque plane ratione, qua & apud S. Matthæum cap. iii. vers. 5. *πάντα ἡ Ἰουδαία καὶ*

PERSUASIO X.

„ **C**olossensibus per Tychicum & Onesimum
 „ scribens Paulus, in recessu epistolæ addit:
 „ *Salutat vos Aristarchus concaptivus meus, & Mar-*
 „ *cus consobrinus Barnabæ, & Jesus, qui dicitur*
 „ *Justus, qui sunt ex circumcissione; hi soli sunt*
 „ *adjutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solati-*
 „ *o: Salutat vos Epaphras qui vester est, servus*
 „ *Jesu Christi: Salutat vos Lucas medicus charissi-*
 „ *mus & Demas. Vide quam omnes nominatim*
 „ enumeret, qui ei aderant, & cooperatores ejus
 „ erant in regno Dei. Hæc est Ecclesia Christi.
 „ Gregorius enim, inquit, *sepe in sacro eloquio re-*
 „ *gnum calorum, presentis temporis Ecclesia dicitur.*
 „ Et Christus apud Lucam. *Regnum Dei, inquit,*
 „ *intra vos est. Quas ob res Paulus dicit: Hi soli*
 „ *sunt adjutores mei in regno Dei. Quid ergo Pe-*
 „ *trus? numquid tamquam veteranus quidam ac*
 „ emeritus miles in otium se receperat, ut non
 „ pro

οὐκ ἦν ἡ περιχώρος τοῦ Ἰσραὴλ :
 omnis Judæa, & omnis regio
 circa Jordanem ad Joannem
 confluisse dicitur; & in Actis
 Apostolorum cap. II. vers. 5.
 die Pentecostes viri religiosi
 Jerosolymis convenisse dicun-
 tur ἀπὸ παντὸς ἔθνους ex omni
 natione. Scilicet usitatissima
 est hæc loquendi ratio in sacris
 litteris non solum novi, sed
 etiam veteris Testamenti, ubi
 sæpe כל CHOL omnis ponitur
 pro רב רבב RAB sive RABBIN

plurisque, quemadmodum ex
 collatione variorum locorum
 vet. Test. ostendimus in secun-
 do volumine nostrarum Con-
 cordantiarum Biblicarum seu
 Lexici Linguae Sanctæ. Quin-
 immo & apud Judæos, & apud
 Græcos, & apud Latinos, &
 apud gentes quascumque fre-
 quens, ut adhuc est, semper
 fuisse videtur ea ἑκαστοῦ, ita
 ut, vel Juris ἀξίον sit: Omnes
 videntur facere, quod facit ma-
 jor pars.

„ pro virili evangelicas adjuvaret partes, coope-
 „ ratorque in regno Christi non fieret? quod de
 „ Petro sentire horret animus: proinde non te ha-
 „ buit tunc Roma Petre: nam si fuisses Romæ &
 „ Paulum eundem Christum prædicantem non
 „ juveris, ejus jam factionis fuisses Apostolus,
 „ quæ non Christum ædificaret, sed destrueret ac
 „ demoliretur: omne enim regnum (Christo di-
 „ cente) in se divisum desolabitur, ac domus supra
 „ domum corruet „.

DISSUASIO.

HÆC persuasio, eadem omnino, quam supra
 attulimus responsione dissuadetur, Petrum
 scilicet per hæc tempora Romæ non fuisse. Qua in
 re cum persuasore ipso consentimus, tunc Petrum
 non fuisse Romæ (39).

I 4 PER-

(39) Præterea quis non vi-
 det, verbis illis a persuasore
 allatis epistolæ ad Colossenses:
Salutat vos Aristarchus conca-
ptivus meus, & Marcus conso-
brinus Barnabæ &c. & Jesus,
qui dicitur Justus &c. hi soli
sunt adjutores mei in Regno Dei,
 de suis tantummodo domesti-
 cis adjutoribus loqui S. Pau-
 lum, quales erant Aristarchus,
 Marcus, & Jesus qui dicebatur
 Justus, prout etiam capite IV.
 vers. I. epistolæ secundæ ad
 Timotheum, quum dixit: *Lu-*
cas est mecum solus, de disci-
pulis, & quidem domesticis

si bique ministrantibus accipias
 volo; neque enim credibile
 est, quod Romani fideles, quo-
 rum fides & charitas toto orbe
 erat celeberrima, D. Paulum
 omnes destituerint. Petrus au-
 tem neququam Paulo subsi-
 diarius erat, ut ita dicam,
 miles, in antiqui serpentis ty-
 rannide verbo vite evertenda,
 sed Coapostolus, illi in aucto-
 ritate æqualis non solum, sed
 ex parte quoque major, ut
 pote qui unicus totius Eccle-
 siæ Rector & Caput. Adde,
 quod neque ἡ hi soli, adeo
 stricte accipi debet, quasi re-
 liquos

PERSUASIO XI.

„ **O**nesimus, quem Phrygem genere quidam
 „ fuisse putant, Philemonis Colossæi ser-
 „ vus, compilatis rebus quibusdam ipsius, Romam
 „ fugiens venerat, illicque Paulo de Christo con-
 „ cionante audito, Christi nominis factus est can-
 „ didatus ac baptisate in Christicolarum con-
 „ sot-

liquos omnes penitus exclu-
 dat, sed idem sibi vult ac *hi*
fere soli; plures etenim, quam
 illos tres Aristarchum, Mar-
 cum, & Jesum Romæ Chri-
 stum sincero cordis affectu an-
 nuntiasse, ex ipsius Pauli ad
 Romanos & Philippenfes epi-
 stolis facile colligitur. Pro-
 fecto Lucas, & Epaphras, &
 Timotheus, qui tunc Romæ
 degebant, nullo pacto ab eo-
 rum numero excludendi sunt,
 qui Paulo adjumento essent &
 solatio; eos enim hac eadem
 epistola ad Colossenses hono-
 re prosequitur, cum Timo-
 theum sibi collegam assumat
 in salutatione, qua orditur
 epistolam, Lucam vero *cha-*
ristimum vocet *cap. ult. vers. 14.*
 & Epaphram *servum Jesu Chri-*
sti appellet, *ibid. vers. 12.*
 Sunt autem quidam sacrorum
 Bibliorum interpretes, qui ex
 eo quod Aristarchus, Marcus,
 & Jesus Judæi essent *hi soli*
 ad Judæos tantum pertinere
 sibi suadeant. Tirinus textum

interpretatur: „ *Hi soli*: ex
 „ vestratibus & Asiaticis, qui
 „ mihi ministrare solent &
 „ adjuvare in regno Dei,
 „ idest in prædicatione Evan-
 „ gelii, & propagatione re-
 „ gni Dei, præsentia sua, &
 „ nomine vestro mihi fuerunt
 „ solatio „. Verum ab iis,
 quæ dicta sunt, discedamus
 non est opus: „ *Hi soli*, in-
 „ quit Estius, quidam re-
 „ stringunt ad Judæos, quod
 „ non est necesse: nam sen-
 „ sus hic esse videtur, hos
 „ solos habeo cooperatores ad
 „ promovendum regnum Dei,
 „ quod est Ecclesia Christi;
 „ tales, inquit, qui mihi in
 „ carcere constituto solatium
 „ attulerint. Ubi tacite con-
 „ queritur de paucitate ope-
 „ rariorum, qui in eo mune-
 „ re sincere versarentur, ut
 „ hæc sententia congruat cum
 „ ejusdem Apostoli querela
 „ Philipp. primo, de paucis
 „ Fratribus sincere Christum
 „ annuntiantibus „.

„ sortium adscitus. Porro nequid labis, pristinae
 „ scelestæ vitæ in eo remaneret, conscientiam
 „ Apostolo aperuit, & injuriam quam Domino
 „ suo intulit, rebus quibusdam illius surreptis,
 „ confessus est. Quem Paulus, quia nimium ada-
 „ marat, non sibi temperare potuit, quin protin-
 „ us benigno ac scito epistolio eum Philemoni
 „ reconciliaffet, hanc sibi injuriam in Philemonem
 „ benemeritus donari postulans, & si quid damni
 „ in re pecuniaria, aut alia quavis, Onesimi pro-
 „ fugio acceperit, pro eo se vadem ponens, om-
 „ niaque se depensurum ejus loco promittens, &
 „ in epistolii principio Philemonem, Apphiam
 „ uxorem ipsius, & Archippum Colossensis Eccle-
 „ siæ Episcopum salutans, quo id facilius, pro
 „ quo interpellaverat, ut sensit Chrysostronus, im-
 „ petraret, Timothei nomen adjungit, dicens:
 „ *Paulus servus Christi Jesu, & Timotheus frater*
 „ *Philemoni, &c.* Cur hic Petri nomen in saluta-
 „ tione Paulus supprimit, si Timothei apposuit,
 „ qui facilius tam magni Evangelici præconis au-
 „ thoritate motus, offensam forte Onesimo con-
 „ donasset? Proh pudet me tot sæculorum, qui-
 „ bus Paulinæ litteræ tineis corrosæ, situ, ac pa-
 „ dore scedatæ intra angulos delituerant, passim-
 „ que ab omnibus negligebantur, quarum lectio
 „ tot erroribus, ne in Ecclesia subnascerentur,
 „ vel sola occurrere potuerit. Quid enim tam
 „ manifeste ostendere potuit, Petrum Romæ non
 „ fuisse, quam hæc ad Philemonem epistola, a
 „ Roma per Onesimum transmissa? Sed numquid
 „ forte Philemonem, & Presbyterum Colossensem
 „ Archippum, nomine Petri salvere jubet Apo-
 „ stolus? Ad finem epistolæ properemus. *Salutant*
 „ „

„ te Epaphras, inquit, concaptivus meus, Marcus,
 „ Aristarchus, Demas, & Lucas adjutores mei. O
 „ infelicem Petrum, si tum Romæ fuerat, & Pau-
 „ lum in hoc honestissimo destituit negotio „.

DISSUASIO.

Petrum toto eo tempore, quo Paulus Romæ
 in domo conducta Verbum Dei libere prædi-
 cavit, quoque eas ad Philemonem aliosque litteras
 dedit, jam supra dedimus, ab Urbe abfuisse, ut
 mirum non sit, si in epistolis ab Apostolo Romæ
 conscriptis, nulla prorsus de Petro mentio habeatur.
 Et sane quisquis observavit, quanta diligentia
 Paulus suam tueri studeat auctoritatem, is facile
 perspiciet, quod neque etiam repugnaret, Petrum
 Romæ tunc fuisse, & tamen Paulum nullam ejus
 omnino mentionem fecisse. Quoties enim ad Ephe-
 sios litteras mittit, semel scilicet ad ipsam Eccle-
 siam, & bis ad Timotheum eo loci commoran-
 tem, & nihilominus Joannis Apostoli, qui tunc
 erat Ephesorum Episcopus nusquam meminit? Et
 rursum ex Italia scribens ad Hebræos, Jacobi ta-
 men Hierosolymitanorum Episcopi nullam omnino
 mentionem facit. Sed & ad Ephesios cum scri-
 beret e Roma, quemadmodum ante diximus, ne
 verbo quidem Timothei meminit, qui tunc Ephe-
 si erat. Ceterum cum neque tanti fuisset ea res, quam
 Paulus ab ipso Philemone postularat, neque satis
 apparet, quam Petrus cum Philemone consuetudi-
 nem ante habuisset, nullam video rationem, qua
 Petri nomen in ea epistola debuisset adjungi (40).

(40) Ad hæc Timotheum Apo-
 stolus in principio Epistolæ ad
 Philemonem nominatim me-
 morat, (quod fit etiam in
 epi-

Inepte igitur heic Persuasor exclamat, inquiens:
*Proh! pudet me tot seculorum, quibus Paulina lit-
 tera, tineis corrosa, situ ac padore sædata, intra
 angulos delituerant, passimque ab omnibus negligebantur,
 quarum lectio tot erroribus ne in Ecclesia subnascerentur
 vel sola occurrere potuerit: quasi non essent præsci illi
 Theologi in his epistolis pervolu-
 tandis diu noctuque vertati, Origenes, Tertullianus,
 Athanasius, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus,
 Augustinus, & ceteri Græci Latinique scriptores,
 quorum nemo ita oculatus fuit, ut hunc errorem
 deprehendere potuerit, quem jam si Deo placet
 reperit Persuasor. Quod si lectio, sola causa fuit,
 cur ille his erroribus potuisset occurrere,
 mirum quam ratione tot tamque præclara ingenia
 nulla in re magis, quam in Pauli epistolis exercitata
 usque adeo cæcutierint, ut ea videre*

non

epistolis ad Philippenses & Colossenses) non autem S. Petrum, quia Timotheus socius erat sibi charissimus, notus Philemoni, & Philippensibus, & Colossensibus, ut ipse erat; & inter suos adjutores, D. Petrum non recenset, quia discipulos suos tantummodo hoc nomine honestat, non autem Apostolos ceteros, quorum unusquisque etiam unam eandemque docebat fidem, peculiare tamen veluti agmen ducebat discipulorum, qui sibi præsto essent in itineribus, & una Christi legem eas gentes edocerent, quas præcipue instituere unicuique obtigerat.

Huic autem animadversioni, si illud quoque addere velimus, quod superius etiam observavimus, scilicet S. Petrum Romæ Episcopatum ita gessisse, ut diversas tamen in regiones, Apostolico, quoungebatur, ac totius Ecclesiæ capitis munere interim discurreret, quemadmodum fecisse & cum in Judæa degeret, Apostolicorum Actorum scriptor D. Lucas cap. ix. v. 32. memoriæ prodidit; nemo non videt, quam falsum sit & insulsum, Romano D. Petri itineri & Episcopatu sacrarum Litterarum auctoritatem opponere.

non potuerint, quæ nunc tam acute detegit Persuasor, tot scilicet locis Paulinis repugnare, Petrum Romæ fuisse.

PERSUASIO XII.

„ **P**eracto jam dicto biennio, multisque Romæ
 „ ad fidem Christi conversis, ac epistolis hinc
 „ inde per Ecclesias transmissis, tandem Paulum in
 „ libertatem asseruit Nero, e compedibusque di-
 „ mittere fecit, quod ipsemet ad Timotheum te-
 „ statur Paulus, dicens: *Liberatus sum de ore Leo-*
 „ *nis*. Captivitas etenim hæc intra hoc quinquen-
 „ nium fuerat, de quo Trajanum Imperatorem,
 „ Sex. Aurelius Victor dicere solitum memorat,
 „ procul distant cuncti principes a Neronis quin-
 „ quennio. Adeo enim comis, benignus, affabi-
 „ lis, & modestus quinque primis sui imperii annis
 „ Nero fuerat, ut de eo Tranquillus scribens, a
 „ pietate hunc imperii exordia fecisse dixerit, &
 „ tantum aberat, ut infra hoc quinquennium Nero
 „ morti devoveret quempiam, ut moleste & indi-
 „ gnanter eis, qui mortis sententiam in aliquem pro-
 „ nunciaverint, pro consuetudine subscribere etiam
 „ fuerit solitus. Nam semel admonitus, ut in sup-
 „ plicio cujusdam capite damnati, ex more sub-
 „ scriberet, *quam vellem, inquit, nescire litteras*.
 „ Hic igitur pro sua erga omnes benevolentia,
 „ Paulum tunc temporis dimisit liberum: reliquis
 „ autem novem Imperii sui annis, in omnem lu-
 „ xum, turpitudinem, truculentiam adeo se ef-
 „ fudit, ut impietate omnes facile scelestissimos
 „ etiam homines superasset: quamvis Josephus li-
 „ bro Antiquitatum xx. cap. vi. nimis incertam de
 „ Ne-

„ Nerone esse historiam tradat. Dicit namque:
 „ *multi de Nerone historiam conscripserunt, quorum*
 „ *quidam pro gratia beneficiorum ejus, neglexere ve-*
 „ *ritatem, alii vero propter odium & ejus inimi-*
 „ *citias, sic imprudenter mendaciis involuti sunt, ut*
 „ *aperta reprehensione sint digni*. Ideo sæviente jam
 „ Nerone, ac Tyranno, non Imperatore existente,
 „ post decennium iterum Paulus in vincula rela-
 „ psum est, & pejus quam unquam antea ab eo ha-
 „ bitus. Unde epistolam illam, quæ ad Timo-
 „ theum habetur alteram scribens (a) prioris capti-
 „ vitatis meminit his ferme verbis. *In prima mea*
 „ *defensione nemo mihi assistit, sed omnes me dereli-*
 „ *querunt: non illis imputetur. Dominus autem mihi*
 „ *assistit, & confortavit me, ut per me prædicatio*
 „ *impleatur, & audiant omnes gentes, & liberatus*
 „ *sum ex ore leonis*. Ubi tunc Petrus fuisse centen-
 „ dus est? Romæ revera non fuit: alioqui Paulo
 „ causam pro capite apud Neronis tribunalia pero-
 „ ranti, & sese defendenti eum non adfuisse, ini-
 „ quum prorsus fuisset. Quem si ex industria quo-
 „ que dereliquerit, nulla excusatione deinceps di-
 „ gnus haberetur. Ego tamen millies tollerabilius
 „ judico, Petrum numquam Romæ fuisse credere,
 „ quam hanc calumniam, quod Paulum destituis-
 „ set, in tam sublimem Apostolum reiicere.

DISSUASIO.

„ **Q**UO tempore Paulus Romam ab Hispaniis &
 „ aliis Occidentis partibus reversus fuerit (si
 „ modo illuc profectus est) scriptores non
 „ adeo constanter affirmant, ut tutum sit quidpiam
 „ cer-

(a) Vide quæ de hac epist. habentur inferius in nota 44.

certum asserere. Conjecturis tamen assequimur circiter postremum Neronis annum id accidisse (41). Prima autem Pauli defensio eo tempore contigit, ut ipsemet Persuasor affirmat, quo primum ex Judæa Romam deductus est. Cum autem dixerimus ea tempestate abfuisse Petrum, supervacaneum est quærere, cur Paulo coram Nerone non affuerit (42).

PERSUASIO XIII.

NOTUM est, Lucam Evangelistam, & Apostolicarum actionum historiographum, indivulsum totius peregrinationis Paulinæ fuisse socium, quem ille filii semper dilexit loco, honorificamque ejus mentionem plerisque facit in locis, dicens, *illius maximam laudem in Evangelio fuisse*. Nam cum omnes etiam a Paulo defe-

(41) Nos tamen in Annalibus SS. Apostolorum, quos huic volumini adjecimus anno Neronis XI. sive æræ vulg. LXXIV. Paulum Mileto Romam denuo profectum fuisse, statuimus, eundemque primum ex Judæa ad Urbem deductum fuisse anno Christi LVI. Neronis secundo, quo S. Petrus alias regiones & præcipue extremas Occidentis partes Evangelii luce perlustraturus, Lino Romanam Ecclesiam administrandam tradidit, hoc est suum Romæ Vicarium constituit. Vide eosdem Annales ad an. 56. 57. & 64.

(42) Præterea si adductum a Persuasore locum epistolæ secundæ ad Timotheum cap. IV. v. 16. *In prima mea defensione nemo mihi adsuit, sed omnes me dereliquerunt*, diligentius considerare velimus, facile apparebit quod omnes id ipsum ibi significare, ac plurimi. Quis enim sibi suadeat a Luca familiari suo, de quo in eadem epistola scribit: *Lucas est mecum solus*, desertum fuisse? Hinc optime S. Hieronymus in comment. in Epist. ad Ephes. I. *Quia a pluribus sit desertus*, inquit, *ab omnibus, id est a maxima parte desertum se esse*

cerint, hic solus numquam ei non adhærebat, non minis, non vinculis, non sexcentis perturbationibus perterritus, cujus historia ad hæc usque tempora, quibus Paulus victus e Hierosolymis Romam perductus, ibique in conducto a milite custoditus est, pervenit; veluti ejus rei capite ultimo copiose meminit; quomodo viderit licet Paulus Romam perductus fuerit; quomodo fratres, qui eo tempore Romæ fuerant, ad Appii forum ei obviam venerint; quomodo trium dierum spatio evoluto, Judæos ad se accitos haberit; quomodo colloquutus cum eis fuerit; quomodo eos confutaverit, & singula ordinatim profequitur: Nullam tamen alicubi mentionem de Petro facit, an vel alloquio Paulum aliquando dignatus fuisset toto hoc biennio, vel quid rerum Petrus Romæ fecerit interim, dum Paulus verbum Dei ardentissime illic tum prædicasset. Et tamen tunc temporis hanc historiam fuisse scriptam creditur, quando Paulo Romæ in carceris degenti, ille intrepide ministraverat: qui usque adeo Pauli studiosus fuerat, ut quicquid ha-

conqueritur. Quin etiam præmittendum non est, sanctum Apostolum de iis loqui, qui eum apud Cæsarem juvare quum potuissent, vulgarium amicorum more, qui sereno vitæ tempore præsto sunt, simul atque hiemem fortunæ viderint devolant omnes, metu Tyranni ab eo defecerant. Quamobrem egregie profecto latinus interpres verbum συμπαραγρητο, quo aptissime D. Paulus illud exprimit, quo

caruit, amicorum patrocini-um, verbo adsuit reddidit, ut ex Guilielmi Budæi Comment. Linguae Græcæ col. 60. apparet. Nam ut observavit etiam ad Terentium Donatus, *adesse dicuntur amici, aut advocati, in foro periclitantibus*. Certum est autem pro Paulo, nihil potuisse agere apud Cæsarem Petrum, si Romæ fuisset. qui Cæsari non minus ac Paulus ipse erat invisus.

certum asserere. Conjecturis tamen assequimur circiter postremum Neronis annum id accidisse (41). Prima autem Pauli defensio eo tempore contigit, ut ipsemet Persuasor affirmat, quo primum ex Judæa Romam deductus est. Cum autem dixerimus ea tempestate abfuisse Petrum, supervacaneum est quærere, cur Paulo coram Nerone non affuerit (42).

PERSUASIO XIII.

NOTUM est, Lucam Evangelistam, & Apostolicarum actionum historiographum, indivulsum totius peregrinationis Paulinæ fuisse socium, quem ille filii semper dilexit loco, honorificamque ejus mentionem plerisque facit in locis, dicens, *illius maximam laudem in Evangelio fuisse*. Nam cum omnes etiam a Paulo defe-

(41) Nos tamen in Annalibus SS. Apostolorum, quos huic volumini adjecimus anno Neronis XI. sive æræ vulg. LXXIV. Paulum Mileto Romam denuo profectum fuisse, statuimus, eundemque primum ex Judæa ad Urbem deductum fuisse anno Christi LVI. Neronis secundo, quo S. Petrus alias regiones & præcipue extremas Occidentis partes Evangelii luce perlustraturus, Lino Romanam Ecclesiam administrandam tradidit, hoc est suum Romæ Vicarium constituit. Vide eosdem Annales ad an. 56. 57. & 64.

(42) Præterea si adductum a Persuasore locum epistolæ secundæ ad Timotheum cap. IV. v. 16. *In prima mea defensione nemo mihi adsuit, sed omnes me dereliquerunt*, diligentius considerare velimus, facile apparebit quod omnes id ipsum ibi significare, ac plurimi. Quis enim sibi suadeat a Luca familiari suo, de quo in eadem epistola scribit: *Lucas est mecum solus*, desertum fuisse? Hinc optime S. Hieronymus in comment. in Epist. ad Ephes. I. *Quia a pluribus sit desertus*, inquit, *ab omnibus, id est a maxima parte desertum se esse*

cerint, hic solus numquam ei non adhærebat, non minis, non vinculis, non sexcentis perturbationibus perterritus, cujus historia ad hæc usque tempora, quibus Paulus victus e Hierosolymis Romam perductus, ibique in conducto a milite custoditus est, pervenit; veluti ejus rei capite ultimo copiose meminit; quomodo viderit licet Paulus Romam perductus fuerit; quomodo fratres, qui eo tempore Romæ fuerant, ad Appii forum ei obviam venerint; quomodo trium dierum spatio evoluto, Judæos ad se accitos haberit; quomodo colloquutus cum eis fuerit; quomodo eos confutaverit, & singula ordinatim profequitur: Nullam tamen alicubi mentionem de Petro facit, an vel alloquio Paulum aliquando dignatus fuisset toto hoc biennio, vel quid rerum Petrus Romæ fecerit interim, dum Paulus verbum Dei ardentissime illic tum prædicasset. Et tamen tunc temporis hanc historiam fuisse scriptam creditur, quando Paulo Romæ in carceris degenti, ille intrepide ministraverat: qui usque adeo Pauli studiosus fuerat, ut quicquid ha-

conqueritur. Quin etiam præmittendum non est, sanctum Apostolum de iis loqui, qui eum apud Cæsarem juvare quum potuissent, vulgarium amicorum more, qui sereno vitæ tempore præsto sunt, simul atque hiemem fortunæ viderint devolant omnes, metu Tyranni ab eo defecerant. Quamobrem egregie profecto latinus interpres verbum συμπαραγρητο, quo aptissime D. Paulus illud exprimit, quo

caruit, amicorum patrocini-um, verbo adsuit reddidit, ut ex Guilielmi Budæi Comment. Linguae Græcæ col. 60. apparet. Nam ut observavit etiam ad Terentium Donatus, *adesse dicuntur amici, aut advocati, in foro periclitantibus*. Certum est autem pro Paulo, nihil potuisse agere apud Cæsarem Petrum, si Romæ fuisset. qui Cæsari non minus ac Paulus ipse erat invisus.

„ Etenus de eo compererat, cuncta in suam histo-
 „ riam diligentissime congefferit! etiam Hierony-
 „ mo de viris illustribus attestante; Luca (inquit)
 „ historia usque ad biennium Romae commorantis Pau-
 „ li pervenit, idest usque ad quartum Neronis an-
 „ num, ex quo intelligimus in eadem Urbe librum
 „ esse compositum. Igitur visionem Pauli & Tecla, &
 „ totam baptizati leonis fabulam, inter apocryphas
 „ scripturas computamus. Quale enim est, ut indivi-
 „ duus comes Apostoli, inter ceteras ejus res, hoc solum
 „ ignoraverit? Hactenus Hieronymus. At quid
 „ hoc? Nonne non solum apocryphum, sed plus
 „ quam falsissimum erit, Petrum Romam secundo
 „ Claudii anno venisse, ibique viginti quinque an-
 „ nis Episcopatum tenuisse? Cujus Lucas in tam
 „ praestantissima diligentissimaque historia nullam
 „ mentionem facit, qui dubio procul, si tunc Ro-
 „ mae fuisset, non hoc toto biennio otiosus, com-
 „ plicatis, ut dicitur, manibus illic sedisset, vel
 „ saltem non sic delituisse, quin a Paulo vel Luca
 „ conspici inveniri que interdum potuerit.

DISSUASIO.

E Adem qua superiori persuasione satisfactum
 est responsione, & haec decima tertia dissua-
 deri potest. Cum enim Paulus vincens Romam du-
 ceretur, Petrus tunc ab Urbe absens erat. Quid
 igitur mirum, si ejus Lucas in Actis non meminit?
 Sed demus Petrum tunc Romae fuisset. Num valebit
 haec argumentandi ratio: Lucas ejus non meminit
 postremo Actorum Apostolicorum capite; ergo
 Petrus ibidem non erat? Quid enim Lucas de his,
 quae toto illo biennio Paulus egit, commemorat,
 nisi

nisi summatim, & quam paucissimis verbis? Mansit
 (inquit) Paulus biennio toto in suo conducto, & sus-
 cepit omnes, qui ingrediebantur ad ipsum, predi-
 cans regnum Dei, ac docens quae sunt de Domino Jesu,
 cum omni fiducia, sine prohibitione. Hactenus ipse
 Lucas, neque aliud quidquam de hoc toto biennio
 narrat. Nihil de illis omnino dixit, quos ex domo
 Caesaris magna sibi necessitudine conjunxit Paulus,
 quorum etiam nomine Philippenses ausus est salu-
 tare: Salutant (inquit) vos omnes sancti, maxime,
 qui de Caesaris domo sunt. Nihil de litteris, quas
 certum est Paulum ex conducto suo misisse Philome-
 ni, variisque Ecclesiis, scilicet Ephesiorum, Phi-
 lippensium, Colossensium. Nihil de Pauli raptu
 ad Praetorium, aut de sua defensione, cum tamen
 Paulus ad Philippenses testetur, vincula sua mani-
 festa facta fuisse in omni praetorio, ac ceteris omni-
 bus. Quare Hieronymus hunc locum in epistolam
 ad Ephesios tractans, non mirum esse, ait, si Lucas
 hanc rem tacuerit, cum & alia multa quae Paulus sus-
 tinuisse se replicat, historici licentia praetermiserit.
 Et paulo post: Denique primum Episcopum Ecclesia
 Petrum fuisse accepimus, & Romam exinde transla-
 tum, quod Lucas penitus omisit (42).

K

PER-

(42) Quum enim divinus hi-
 storicus, ut idem Hieronymus
 docet in Cat. scriptor. Eccl.
 Evangelium sicut audierat, scri-
 pserit, Acta vero Apostolorum,
 sicut viderat composuerit, in
 quibus Petri historiam referen-
 dam minime suscepit; quid
 mirum, si post decimum ter-
 tium caput, ipsius Petri quod-

ammodo oblitus videatur, ut
 solius Pauli praceptoris sui be-
 nemerentis, cujus itinerum
 atque laborum comes diu fuit,
 sermonem habeat? Praeterea
 id consilii habuisse creditur
 S. Lucas quum Acta conscripserit,
 ut commentitiis Apostolorum
 gestis veram opponeret histo-
 riam, seu magis cum Sanctio,
 Apo-

PERSUASIO XIV.

„ **C**irciter vigesimum septimum post ascensio-
 „ nem Christi ad Patrem, ac Neroniani im-
 „ perii quartum aut quintum annum, Petrum Ro-
 „ mæ nondum fuisse, tam manifestum est, quam
 „ quod manifestissimum. Sed quia neque ultimo Ne-
 „ ronis anno, hoc est post passionem Christi xxxvii,
 „ illuc venire potuerit hoc deducitur. Quoniam
 „ Paulus e manibus Neronis elapsus in Hispaniam,
 „ ut Lyra & alii quidam volunt & partes occidentis
 „ iter adornaverat. Ejus enim intentionis Apосто-
 „ lum fuisse etiam cum Romanis litteras scripserat,
 „ certum est. Peractis autem ibi decem annis rur-
 „ sum ad Neronis manus devenit, & mortem ac-
 „ celerare videns, scripto Timotheum commone-
 „ facit, ut assumpto secum Marco Romam sese re-
 „ cipiat, eo quod præter Lucam, nullus jam ei
 „ residuus fuerit collega. Sed quomodo tuis dictis
 „ mi Paule, fidem habere potero, cum tota hæc
 „ Romana colluvies a secundo Claudii anno usque
 „ ad finem Imperii Neroniani, Petrum perpetuo
 „ Romæ durasse exorta voce proclamet Cæ-
 „ terum eadem epistola scribit: *Det misericordiam*
 „ *Dominus Onesiphori domui, quia saepe me refrige-*
 „ *ra-*

Apologiam pro Paulo suo con-
 tra Iudeorum calumnias, qui
 sanctissimo Apostolo invidiam
 contemptumque creare stude-
 bant, Quam autem martyrium
 Pauli ipsius, scriptis mandare
 neglexerit, scriptis suis im-
 mortalitati commendare potis-
 simum voluisse videtur, non

quæ aut excidere aut corrumpi
 difficile poterant, ut pote
 acta veluti in publico universi
 orbis teatro, qualia sunt mar-
 tyrium SS. Apostolorum Pe-
 tri & Pauli, sed quæ facilius
 oblivisci homines poterant, &
 hæc ipsa quidem non omnia,
 ut Cortesius noster ostendit,

„ ravit, & catenam meam non erubuit, sed cum Ro-
 „ mam venisset, solícite me quæsit & invenit
 „ Potuit certe Onesiphorus hic a Petro, si tunc
 „ fuerat Romæ certior effici, quo locorum Paulus
 „ sese Romæ contineret Quamobrem verissi-
 „ mum est, ad ultimum usque Neronis annum Pe-
 „ trum Romæ non fuisse, cum nec salvere jubens
 „ Timotheum fratrum qui Romæ tunc aderant
 „ nomine, Petrum admemoret; *Salviant te Eu-*
 „ *bolus & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres*
 „ *omnes*. Non video cur ex industria suppressere
 „ Petri nomen voluisset, cujus alioqui semper
 „ fuerat observantissimus.

DISSUASIO.

Dicat per me Romana colluvies (sic enim appel-
 lat Persuasor) Petrum a secundo Claudii an-
 no ad postremum Neronis annum assiduum Romæ
 fuisse: tantum enim abest ut colluviem illam discu-
 tiam, ut etiam me nescire fatear quos hoc nomine
 admodum certe contumelioso Persuasor velit in-
 telligi. Hieronymus certe, qui ut puto ex illa col-
 luvie non fuit, idem non dicet; qui secundo Clau-
 dii anno Romam profectum, & octavodecimo a
 Christi morte, quod saepe jam diximus, Hieroso-
 lymis fuisse scribit. At quænam, inquiet aliquis,
 pastoris hæc erat diligentia tot annis a grege abes-
 se? Illud scilicet nequaquam animadvertens, non
 sponte, sed Claudii edicto coactum discessisse (44).

(44) Quam itaque jam supe-
 rius tum a Cortesio tum a no-
 bis in subjectis animadverbo-

nis se pe ostensum fuerit, a
 S. Petro Romæ Episcopatum
 ita fuisse gestum, ut diversas

Nullum igitur illi periculum imminebat, ne absentis locum occuparet alius, quando & Linus & Cletus sacrorum procurationem habebant, & æmulus aberat Narcissus, nec minus Romanorum erat Episcopus Hierosolymis quam Romæ. Numquid enim non Athanasius eo tempore Alexandrinorum Episcopus fuit, quo Arii actione, impietate Constantian-

tamen in regiones, Apostolico, quoungebatur & primi totius Ecclesiæ capitis munere, interim discurrens, quem admodum fecisse & cum in Judæa degeret, Apostolicorum Actorum auctor D. Lucas tradidit cap. x. v. 47. &c. quis non videat, quam falsum sit & insulsum ex epistolis a D. Paulo Romæ datis, in quibus nulla Petri fit mentio, conicere Principem Apostolorum Romanum Episcopum non fuisse? Et quoniam argumentis, quæ Persuador ex Epistolis ad Philomenem, ad Hebræos, ad Colossenses, ad Philippenses, ad Ephesios, ad Thessalonicenses, ad Galatas ducit, jam alibi satisfacimus, locumque etiam Epistolæ 2. ad Timotheum cap. iv. v. 16. *In prima mea defensione nemo mihi adsuit, sed omnes me dereliquerunt, quem Calvinus præ ceteris urget, discussimus, probando eo loci non omnes id ipsum significare ac plurimi: restat de eadem secunda ad Timo-*

theum epistola observandum, haud equidem ita facile asseri posse (ut Persuador existimat, neque id ei videtur denegare Cortesius noster paulo inferius pag. 151.) Epistolam illam datam esse anno Neronis quarto decimo, sive non multo ante obitum ipsius Apostoli. Ecquis enim certiores nos facit, quoties D. Paulus fuerit Romæ conjectus in carcerem, cum S. Clemens in ep. 1. ad Cor. n. 5. memoriam mandaverit, catenas septies portasse? Præterea quomodo eam Epistolam dare potuit Paulus morti proximus, cum cap. iv. v. 13. petat penulam, quam Troade reliquerat apud Carpum, & libros & membranas: capite autem xx. Erastum Corinthi remansisse testetur, Trophimum autem Mileti infirmum reliquisse. Porro v. 16. & 17. *In prima, inquit, mea defensione nemo mihi adsuit: sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. Dominus autem mihi adsuit, & confort-*

stantii coactus est in exilium proficisci? quorum sententiis cum nolisset Liberius Romanus Pontifex subscribere, ipse quoque, ut Ammianus ait, in insulas est deportatus. At de Athanasio scribit Nazianzenus, quod non exilium, sed peregrinatio illa fuerit, nempe quod aliquandiu exul pro fide, demum revertens, totius Aegypti humeris sit reportatus.

K 3

fortavit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes &c. ex quibus verbis facile eruitur, post illam defensionem per orbem terrarum Evangelium disseminasse. Insuper cap. 11. v. 9. et si in vinculis erat, constantissime docere Evangelium proficitur: *In quo (nimirum Evangelio) laboro usque ad vincula, quasi male operans, sed verbum Dei non est alligatum.* At vero quam difficile est credere, quod ea Evangelium docendi libertas Paulo fuerit in ultimis suis vinculis, tam certum est, quod illi fuit in prioribus, quum maneret, ut inquit S. Lucas *Actor. cap. xviii. in suo conducto prædicans regnum Dei, & docens, quæ sunt de Domino Jesu Christo cum omni fiducia, sine prohibitione.* Quod si quæ in hac epistola sunt, in quibus se proximum morti esse significet, haud ægre explicantur. Noverat forte divino monitu, quod sub Nerone jam regnante futurum erat, ut os-

cumberet, & cum ad senectutem properaret, & per Romanos carceres raptaretur, martyrii certus, forte autem incertus diei, non mirum, si dissolvi cupiens & esse cum Christo, se brevi moriturum esse prædicaret. Ad hæc: quo anni tempore existimandum erit Paulum hanc epistolam scripsisse, quoniam ibi Timotheum rogat, ut festinet ante hyemem venire? Si autumnii tempore; itaque dicendum erit, quod septem saltem aut octo mensibus in vinculis fuerit, quod difficile concedi posse arbitramur: si vero ineunte æstate ante diem 29. Junii; nescio quonam animo speraret Apostolus, futurum fore, ut tamdiu Nero illi parceret, qui jam in Christianos adeo crudeliter sæviebat. Non ignoro Ven. Baronium aliosque scripsisse, (quemadmodum ex monumentorum Appendice apparebit), etiam D. Petrum novem mensibus in vinculis fuisse; at id quoque difficillima

tatus. Numquid non item Eusebius Pontifex Ver-
cellensis erat, cum eadem actus tempestate ab Oc-
cidente in Orientem delatus est; ille inquam Euse-
bius, ad cuius reditum Hieronymus scribit, vestes
lugubres latis universam Italiam commutasse.
Numquid non Hilarius Pictavorum erat Pontifex
cum

me concedent recentiores cri-
tici: & Uluardum atque Ado-
nem, ex quibus Baronius ac-
cepit, ab Actis SS. Processi &
Martiniani eruisse existimant,
quorum fides levissima. Quid
quod Timotheum ipsum ju-
bet, ut Marcum secum ad-
ducat, ratione addita, quod uti-
lis sibi esset in ministerium?
Numquid sibi suadere poterat,
ut a Nerone libertate tandem
donaretur? Demum, quum
Timotheum Romæ esse com-
moratum, certissimum sit,
quod Paulus illinc ad Philemo-
nem, ad Philippenfes, & ad
Colosenses scribens ejus no-
men cum suo jungat in
fronte epistolæ, quæ alia oc-
casio, qua Timotheus Romam
venerit, ex sacris litteris erui
potest, præter imperium Pauli
in hac altera ad eum epistola?
Quum autem ipse Apostolus in
epist. ad Hebr. quam Romæ a
primis vinculis nuper solutus,
aut certe proxime solvendus
scripsit, etiam Timotheum e
carcere dimissum dicat c. xiii.
v. 23., spatio illius biennii,
quo primum Romæ degit vin-
ctus, posteriorem ad Timo-

theum Epistolam a Paulo scri-
ptam, haud injuria multi exi-
stimarunt; & tunc Timotheum
ut Paulo obtemperaret, Ro-
mam venisse; & Romæ in car-
cerem fuisse detrusum; mox
dimissum, & tandem in Asiam
rediisse. Enim vero tunc tem-
poris Troade & Mileti Pau-
lum fuisse, ex Actis Apostolo-
rum constat: unde commode
explicatur vers. 20. capitis II.
& vers. 13. capitis IV. & tunc
quidem potuit Romæ discipu-
lorum indigere, ut illi opitu-
larentur; sed quum a Nerone
captus est ad necem, quid opus
erat, ut Timotheum Ephesi
Episcopum a suo grege avoca-
ret, & Romam accerferet, ubi
jam una cum Petro *fidele* &
stabile templum Deo posuerat,
ubi erant plurimi sanctissimi
viri, quos inter & Linus, &
Clemens, & Cletus? Patet
igitur, dubitari posse de eo
quod ut indubium Persuasor
urgebat, quodque plerique
etiam ex nostris pro certo te-
nere videntur; Divum Pau-
lum, haud multo ante suam
ipsius mortem coram Nerone
stetisse.

cum a propria sede exul, universam Galliam disces-
su suo afflictam & consternatam reliquit? Quod si
omnino absentes, Pontifices dicendi non sunt, vi-
deamus ne illi trecenti decem & octo a Constantino
Magno evocati tantisper Episcopi non fuerint, quoad
Nicææ pro Christiana Republica constituenda sunt
commorati: idcircoque nihil eo nomine potuerint
statuere. Porro si epistola ad Timotheum poste-
rior anno Neronis quartodecimo scripta fuit (a),
quo tempore nos diximus Petrum Romæ fuisse,
nec illius nomine salutem dicit Paulus discipulo,
mirum videtur Persuasori, mihi vero nequaquam.
Ut enim mirum fortasse confiteremur, si cum
aliunde Romam scriberet, non salutasset Petrum
qui princeps in ea Ecclesia erat; sic cum Roma
alio scribit, non necesse est omnium qui Romæ
sunt nomine salutem ascribere. Prius namque il-
lud nisi faceret, alienum ab officio posset videri;
at vero alieno nomine salutare ita demum consue-
vimus, cum ab ipsis, quorum nomine salus est ad-
scribenda, accepimus in mandatis. Nisi fortasse
Paulum per præconem annunciaffe credimus, quo-
tiescumque litteras daturus erat, ut illis omnium
nomina adscriberentur. Pudet, pudet profecto in
puerilibus, ut levissime dicam conjecturis refel-
lendis operam ludere. Si enim sola antiquitate teste
uti vellemus, maximum robur haberet, sacris etiam
litteris attestantibus. Quo enim propius aberat a
Petri obitu, eo certius quæ vera erant scire pote-
rat, quæ deinceps per manus tradita ad nos usque
devenere. Nunc vero cum ad longissimi temporis
persuasionem, sanctissimi quoque & antiquissimi au-
tho-

K 4

(a) Vide notam 44. pag. 148.

thores accedant, simile est huic opinioni contradicere, ei quod de Gigantibus Poetae fingunt, pugnare cum diis.

PERSUASIO XV.

Præter epistolas jam dictas Pauli e Roma missas, sunt quaedam aliæ familiares responsivæ epistolæ ipsius ad Senecam Neronis Imperatoris præceptorem scriptæ, quas ego nonnullis argumentis tunc fuisse scriptas arbitror, quum Paulus secundo jam Neroni præsentaretur. Primum, quia jam Nero Cæsar furibundus, atrox, petulcus, adulter, & omni prope vitiorum contagio fuerat pollutus, quod de priori ejus quinquennio nullus credere potest. Secundo quia id temporis Paulinæ quaedam epistolæ, quas ubi in priori captivitate Romæ teneretur, ad quasdam Ecclesias direxerat, ad manus Senecæ jam tunc venerant, ex quibus ille non nihil profecit, quod priori biennio, quo Romæ tenebatur Paulus, fieri non potuit. Tertio quod Seneca in una epistolarum ad Paulum descriptarum, Romani incendii a Nerone facti meminit, quod ad finem declinante Neronis imperio factum est, quum Orosius non ita multo post, Petrum & Paulum communi mendacio deceptus, a Nerone martyrium passus scribat, & sequenti mox autumnos, pestilentiam Romæ abortam adeo magnam, ut uno autumnos ad triginta millia hominum vitam decesserint, quam pestilentiam Neronis Imperio decrecente factam, Svetonius in vita ipsius designat. Illis itaque ambobus Romæ degentibus, Paulo in carcere, Seneca in Regia Neronis,

cum

cum alter de altero magna sibi polliceretur, & neuter neutrum alloqui potuissent, vel quod inde utrique immineret periculum, quandoquidem lege cautum fuerat, ne quispiam Christianum, aut Judæum alloqueretur, vel quod Senecæ non fuerat integrum Paulum in carcerem visitare, ne quid exinde tyrannum offenderet, aut ipse quoque coniceretur in carcerem. Quapropter epistolis hanc colloquendi farciebant penuriam, & quidem mutuum amorem utrinque præferentibus, neuter tum Petri alicubi meminit, qui viginti quinque annis tum Romæ agere debuerat, nondum tamen fuerat Senecæ doctissimo in Christianosque benignissimo homini cognitus, cui procul dubio non nihil gratificatus fuisset, si quod Paulus ob carceris impedimentum non poterat, ipse ejus desiderio satisfecisset, & de Christo secum confabulatus, in numerum Christifidelium asseruisset; quod Paulus etiam facere debuit, ut ablata sibi Senecam alloquendi copia, eum ad Petrum nulli Apostolorum postponendum relegaret, qui nihilo deterius fidei Christianæ primordia ei tradiderit. Sed quis ni forte exoculatus non videat, omnia hic repugnare pestiferæ huic opinioni, quod Petrus Romam unquam venerit a Nerone passurus, cum tot rationibus convincatur, ad ultimum usque Neronis imperii annum, Petrum Romam numquam venisse: tantum abest, ut martyrium ab eo passus fuerit. Nam legitur & in ea, quæ tertia est Senecæ ad Paulum epistola, quod ejus plurimum rei causa, Nero, Apostolo fuerat indignatus, quod a ritu & secta pristina Judæorum, qui Phariseus olim fuerat non fo-

lum

thores accedant, simile est huic opinioni contradicere, ei quod de Gigantibus Poetae fingunt, pugnare cum diis.

PERSUASIO XV.

Præter epistolas jam dictas Pauli e Roma missas, sunt quaedam aliæ familiares responsivæ epistolæ ipsius ad Senecam Neronis Imperatoris præceptorem scriptæ, quas ego nonnullis argumentis tunc fuisse scriptas arbitror, quum Paulus secundo jam Neroni præsentaretur. Primum, quia jam Nero Cæsar furibundus, atrox, petulcus, adulter, & omni prope vitiorum contagio fuerat pollutus, quod de priori ejus quinquennio nullus credere potest. Secundo quia id temporis Paulinæ quaedam epistolæ, quas ubi in priori captivitate Romæ teneretur, ad quasdam Ecclesias direxerat, ad manus Senecæ jam tunc venerant, ex quibus ille non nihil profecit, quod priori biennio, quo Romæ tenebatur Paulus, fieri non potuit. Tertio quod Seneca in una epistolarum ad Paulum descriptarum, Romani incendii a Nerone facti meminit, quod ad finem declinante Neronis imperio factum est, quum Orosius non ita multo post, Petrum & Paulum communi mendacio deceptus, a Nerone martyrium passos scribat, & sequenti mox autumnos, pestilentiam Romæ abortam adeo magnam, ut uno autumnos ad triginta millia hominum vitam decesserint, quam pestilentiam Neronis Imperio decrecente factam, Svetonius in vita ipsius designat. Illis itaque ambobus Romæ degentibus, Paulo in carcere, Seneca in Regia Neronis,

cum

cum alter de altero magna sibi polliceretur, & neuter neutrum alloqui potuissent, vel quod inde utrique immineret periculum, quandoquidem lege cautum fuerat, ne quispiam Christianum, aut Judæum alloqueretur, vel quod Senecæ non fuerat integrum Paulum in carcerem visitare, ne quid exinde tyrannum offenderet, aut ipse quoque coniceretur in carcerem. Quapropter epistolis hanc colloquendi farciebant penuriam, & quidem mutuum amorem utrinque præferentibus, neuter tum Petri alicubi meminit, qui viginti quinque annis tum Romæ agere debuerat, nondum tamen fuerat Senecæ doctissimo in Christianosque benignissimo homini cognitus, cui procul dubio non nihil gratificatus fuisset, si quod Paulus ob carceris impedimentum non poterat, ipse ejus desiderio satisfecisset, & de Christo secum confabulatus, in numerum Christifidelium asseruisset; quod Paulus etiam facere debuit, ut ablata sibi Senecam alloquendi copia, eum ad Petrum nulli Apostolorum postponendum relegaret, qui nihilo deterius fidei Christianæ primordia ei tradiderit. Sed quis ni forte exoculatus non videat, omnia hic repugnare pestiferæ huic opinioni, quod Petrus Romam unquam venerit a Nerone passurus, cum tot rationibus convincatur, ad ultimum usque Neronis imperii annum, Petrum Romam numquam venisse: tantum abest, ut martyrium ab eo passus fuerit. Nam legitur & in ea, quæ tertia est Senecæ ad Paulum epistola, quod ejus plurimum rei causa, Nero, Apostolo fuerat indignatus, quod a ritu & secta pristina Judæorum, qui Phariseus olim fuerat non fo-

lum

„ lum ipse recesserit, sed & aliis hoc suaserat faciendum, Quod plane Petrus prior Paulo Romanae facere debuerat, si tot annis ante adventum in Urbem ipsius illic resederit.

DISSUASIO.

Quod ad Epistolas Senecae & Pauli attinet, credo utique dicenti Hieronymo aliquando extitisse eas quae verae germanaque putarentur. At quae nunc circumferuntur, neutrius esse magnopere contenderim, si tamen ibi sit contendendum, ubi neminem alicujus vel ingenii vel iudicii virum secus atque nos opinaturum esse confido, eaque potissimum conjectura, quae plurimum semper apud doctissimos quosque valuit, stili scilicet & elocutionis. Si enim lectioni mixtum debet esse iudicium, qui Senecam, qui Apostolum paulo diligentius legerit, istud ipsum ut puto, statim non verebitur affirmare (45). Quare non timebo

(45) Et tamen quisquis fuit illius imposturae author, hoc egit, ut nobis persuaderet, Senecam fuisse Christianum, utque eius libros lectu in primis dignos Christianis commendaret. Quum autem illas epistolas clanculum inter Senecam Paulumque scriptas supponat, quam nihil est in illis, quas D. Pauli nomine scribere ausus est, Pauli spiritu dignum! Ac primo quidem, vix unquam audias Sanctissimum Jesu Christi nomen, quum Apo-

stolus non soleat aliud ubique intonare; deinde fortissimum illum Evangelii propugnatorum, quam facit formidolosum! Objurgat enim Senecam Paulus, quod Neroni indicaret epistolas ipsius, quas tamen ad hoc scripserat, ut in omnibus Ecclesiis legerentur, atque adeo se ipsum redarguit Pseudo-Paulus, quod Epistolis suis nomen suum soleat subscribere, & heic scilicet allegatur illud, omnibus esse placendum, & Domino, nempe Caesari,

ge-

mebo id quod aliqui hac demum aetate in iis quae Hieronymi nomine inscribebantur, quod humaniorum litterarum professores in Dialogis Platonis, in Rhetoricis ad Herennium, in problematis Alexandri, in Luciani Dialogis, in epistolis Phalaridis, quod olim Aristophanes in eo opere quod Hesiodi dicebatur, quod denique, ut ait Fabius, identidem severi illi veteres fecerunt, ut libros qui falso viderentur inscripti, familia summovent, & ego nunc facio, ut paucas brevesque epistolas ab eorum quorum nomine scriptae sunt elocutione penitus diversas, ipsorum nequaquam esse pronunciem, praesertim cum adeo gravis haec causa sit, ut pene Paulo abstulerit epistolam ad Hebraeos, quod stili non Pauli, sed Clementis esse videretur (46). No-

lira

gerendum morem. Paulus ne cuiquam placeret dissimulato Evangelio, qui multo ante Romanis misisset liberam ac longam epistolam? Aut hoc docuit Paulus celandam Christi fidem, ut placeat impio Domino? Praeterea Seneca certiore Paulum facit immanium suppliciorum, quibus Caesar in Christianos saeviebat, quasi id Romae cuiquam esset ignotum. Ad haec si quid metuebant, tutius poterant retentus colloqui, quam per epistolas. Quanta copia, quanto affectu scribit D. Paulus uni Philemoni de re vulgari, & Senecae tam celebri viro scribit tam jejune, tam frigide de complectendo Christum? hoc est

de re omnium maxima? Quando vero sic loqueretur D. Paulus, si fors prospere annuerit? non ausus est scilicet nominare Deum, quem Seneca Paganus toties nominat in scriptis suis. Sed jam nimis multa de re minime dubia, in qua explicanda supervacaneum profecto est uti testibus non necessariis.

(46) Et sane qui Epistolam ad Hebraeos D. Paulo eripiunt & abjudicant praesertim ex recentioribus haereticis (nam Catholicis de ejusdem epistolae auctore & Canonica autoritate nullus relinquitur dubitandi locus, posteaquam a Concilio Tridentino & inter Canonicas & inter Pauli Epistolas enumerata est.) vix ullum hac elocutione.

lim tamen Persuasorem id circo hæc dicta esse opinari, quod aliter non potuerim istum illius declinare. Nam etsi illorum esse concedimus, quorum nomine inscribuntur, nihil ea propter fit causa nostra deterior; quandoquidem ex Tacito certum est Senecam duobus saltem annis ante Neronis mortem fato concessisse. Hieronymus quoque in libro de viris illu-

tionis discrepantia habent gravius validiusque argumentum, quo suam sententiam tueantur. Nos vero etsi adversariis concedamus, stilum epistolæ ad Hebræos a cæteris Pauli Epistolis non nihil abesse, non proinde tamen Paulo auferendam judicamus; quum gravissimis aliunde rationum momentis nobis constet, ut mox ostensuri sumus, eandem genuinum Apostoli factum esse. Non enim, quod & nunc sæpe usu venit, stilum vultu mutare, ac tractatum, dissertationem, commentarium diversa a familiaribus litteris ratione contexere potuit? Profecto utrum hæc, Epistola an liber sit, adhuc incertum. Epistolarum more plane non incipit; author insuper de scripti brevitate excusationem postulat cap. XIII. v. 22. *Etenim perpauca scripsi vobis*. Si Liber, utique perbrevis; si Epistola longior. Quid si D. Paulum aut Lucæ aut Clementis opera ut stilo politiori hanc epistolam

instrueret uti potuisse dicamus? quemadmodum etiam observarunt Origenes apud Euseb. *hist. Eccl. lib. 6. cap. 25.* Estius in *epist. ad Hebr. q. 2.* Bellarminus de *verbo Dei lib. 1. cap. 27.* Hyperius *Prolegom. in Ep. ad Hebr. alique.* Quid si epistolam a Paulo Hebraice primum aut Syriace exaratam, & ab alio deinde Græce reditam existimemus? Præterea Spanhemius qui de hujus epistolæ autore peculiarem tractatum consecit, illius stilum a cæteris Pauli Epistolis non longissime distare testatur, plurimasque locutiones, quæ in cæteris occurrunt, eundem ratiocinandi modum, eundem ordinem, easdem periodos, eosdem Pauli hebraismos, rariiores quidem & politiores, satis tamen perspicuos, etiam huic epistolæ ita interseri ostendit, ut ejus author sicut & cæterarum Paulus apertissime dignoscatur.

His quoad *stili dissonantiam* Epistolæ ad Hebræos, præmissis;

illustribus; Seneca, inquit, *biennio antequam Petrus & Paulus coronarentur martyrio a Nerone interfectus est.* Nos vero postremo denique Neronis anno Romam Petrum advenisse jam diximus, nec tamen si Romæ fuisset eo tempore quo scriptæ finguntur, protinus necesse esset Petri mentionem fieri, quod satis ostendimus, cum de epistola ad Timotheum loqueremur.

PER-

ffis, nequaquam immorabimur in excutiendis variis discrepantibusque de illius auctore veterum recentiorumque scriptorum sententiis (alii enim Lucæ, alii Clementi Papæ, alii Barnabæ, Apollo alii, alii demum Hellenistæ alicui adscribunt); præsertim quum id egregie præstitum sit a viro doctissimo Augustino Calmet in ejusdem epistolæ Prolegomenis, in quibus non tantum de auctore, sed etiam de occasione, deque idiomate quo scripta fuerit accurate copioseque disputavit. Quare reliquum est, ut sententiam, qua Ecclesiæ tum Latina tum Græca uno ore & consensu eandem ad Hebræos epistolam D. Paulo tribuunt, perpendamus, illiusque simul Canonicam auctoritatem breviter vindicemus.

Ac primo hujus epistolæ meminuit D. Petrus cap. III. v. 15. secundæ suæ epistolæ, quam paullo ante mortem dedit, anno nimirum æræ vulgaris 65.

ac proinde quinquennio postquam hæc ad Hebræos tradita est; ubi legitur. „Charissimus Frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Porro heic Petrum de epistola ad Hebræos loquutum, & Ven. Card. Baronius ad an. 66. & Pearsonius in operibus posthumis, & Spanhemius, & Calmetus loc. cit. sequentibus rationum momentis evincunt. Primo quod Petrus Paulum scripsisse dixerit ad illos, ad quos & ipse, nempe ad Hebræos conversos ad fidem, ut satis indicant ea verba *capitis III. vers. 1.* *Hanc ecce vobis secundam scribo Epistolam, collata cum prioris Epistolæ initio: Petrus Apostolus Jesu Christi electis advenis* di

PERSUASIO XVI.

Ambrsius fermone 67. dicit de Petro & Paulo una die, uno in loco, unius tyranni tollerare sententiam. At Linus in Passionibus Petri & Pauli, dicit eos, nec eodem tempore passos,

dispersionis Ponti, Galatia, Cappadocia, Asia, Bithynia &c. Secundo, quod Petrus in epistola illustre sapientiae specimen a Paulo exhibitum restetur; quum D. Pauli sapientia, & praestantissima arcanorum Dei ac Fidei mysteriorum cognitio in nulla magis quam in Epistola ad Hebraeos micat, in qua praeterea plurima intellectu difficillima interferuntur, quibus pravi spiritus & abuti possunt, immo & abusos olim fuisse constat. Tertio demum, quod Petrus dixerit, Paulum ad Hebraeos de iisdem rebus scripsisse, de quibus & ipse: *Loquens in eis (Epistolis) de his.* Petrus autem in secunda Epistola ad Romanos integritatem, ad Dei iudicium opperendum, & ad poenitentiam exercendam fideles hortatur. De his omnibus passim & Sanctus Paulus in Epistola ad Hebraeos; quum e contra in aliis epistolis horum simul omnium non meminerit, neque ceteris, nisi huic tantum-

modo haec omnes notae conveniant.

Ad haec author Epistolae ad Hebraeos pollicetur *cap. xiii. v. 23.* sese itineris comite *Timotheo fratre assumpto (Fratris quoque nomine Timotheum vocat D. Paulus 2. Cor. 1. 1. Cor. 16. 1. & 1. Thessalon. III. 2. &c.)* ad Hebraeos invisendos se collaturum: quibus verbis ejusdem Author ita praesertur Gentium Apostolus, ut Pearsoni, Dupinii, Tillemontii, Milli, aliorumque criticorum sententia, ad discrimen ea de re penitus dirimendum nihil luculentius postulandum sit. Suorum etiam vinculorum in ea meminit, ut in ceteris, quas ex Italia dedit, *cap. x. v. 34.* ubi vulgata: *Nam & vinctis compassi estis.* Graecus vero habet: *καὶ ὑμεῖς τοῖς δεσμοῖς ὑμῶν συμπάσθητε: Vos vinculis meis compassi estis.* Praeterea idem in hac epistola ordo, qui in ceteris, idem allegandi & scripturas explanandi mos, allusiones eadem & locorum simi-

fos, nec eodem loco, nec eodem tyranno jubente. Praeterea Josephus qui tempore Neronis vixit, scripsit Romae historiam de bello Judaico, & in ea meminit interfectorum a Nerone, & tamen non meminit Petri, quem certe non omisset, si vere a Nerone occisus fuisset. Fuit enim Josephus Christianorum amicus & libenter data occasione ipsorum meminit. Scribit enim de morte Christi lib. 18. antiquitat. & Joannis Baptistae ibidem, & Jacobi lib. 20. Adde quod Petrus erat senex quando Paulus erat adolescens; nam post passionem Domini Paulus vocatur adolescens, Actuum 7. quo tempore Petrus jam uxorem habuerat, & tamquam annosissimus omnium Apostolorum, primus inter eos habebatur, & ta-

millimae appositiones recurrunt. In id, quod sibi potissimum statuit pro viribus incumbit, ut Legalia inania, Aaronis Sacerdotium & cruenta sacrificia abrogata, vetus foedus abolitum, novum constitutum, illud desuisse, istud denique aeternum esse, praecipue ostendat; ut nihil de epilogo dicam, qui cum iis omnino convenit, quibus epistola ad Romanos & utraque ad Thessalonicenses absolvuntur. Vota denique, salutationes, preces, & peculiaris plurima, quae in S. Pauli scilo & eloquentia exercitati optime dignoscunt, hanc Epistolam Apostolo omnino tribuendam satis evincunt: quod etiam facile a Calmeto probatur *loc. cit.* ex unanimi Eccle-

siarum, Patrum, & interpretum consensu. Apud Graecam quidem Ecclesiam nulla unquam hac de re ambiguitas; Ecclesia vero latina, quamvis ab ea inter Epistolas Pauli recensenda aliquando abstinerit, mature tamen satis cum Graecis Patribus convenisse, & a quarto saeculo usque ad nostrum, nullum de hoc inter utramque discrimen cerni, idem praestantissimus author ostendit: ex quo etiam sequitur eandem ad Hebraeos Epistolam inspiratam seu Canonicam esse, prout a Sacrosancta Tridentina Synodo est declarata, quum nemo unquam negaret, D. Paulum Apostolum Spiritus Sancti lumine fuisse perfusum,

„ tamen Paulus ad senectutem etiam pervenit, ut
 „ ipse scribit in Epistola ad Philemonem, igitur
 „ non est virisimile eos uno tempore obiisse.

DISSUASIO.

EX recentioribus quendam moribus atque doctrina hac ætate celebrem, ejus candoris esse ex iis quæ scripsit, & quæ gravissimi testes tulerunt, nobis est perspectum, ut moribus suis ceteros fingens, non facile sibi persuaderi possit, aliquos fuisse, qui a se scripta sub aliorum nomine publicarent, quod ut modeste ipse credit, utinam ita vere nobis persuaderi possit. Recte enim Nazianzenus inquit, eum qui male facere paratus non sit, non temere etiam id de aliis opinari. Minime igitur mirandum, si vir candoris ingenui, Petri & Pauli vitas ab eo scriptas credidit, cuius nomine erant inscriptæ, licet ejusmodi non sint, ut Petri Successoris non autoritate tantum, sed doctrina etiam & sanctitate dignas suspicemur. Quare non solum id quod Persuasor sentimus, sed eo etiam nomine præclare de illius judicio judicamus (47). At si ut Lini & Dionysii suppositas vitas

(47) Vir sua ætate moribus atque doctrina celebris, cujus candorem hujus dissuasoris initio laudat Cortesius noster, est Jacobus Faber Stapulensis, quem e Græco in Latinum transtulisse supposititios Lini Papæ Libros de Passione SS. Petri, & Pauli inscriptos, Persuasor affirmavit. At claris.

Fabricius in Cod. Ap. N. T. pag. 777. eos non a Fabro verfos, sed tunc primum latine, prout invenit vulgatos, ostendit; optimoque proinde jure arguit Sigebertum de Scripturis Eccles. cap. 2. necnon Anonymum in vita SS. Nerei & Achillei apud Surium ad diem 12. Maji Græcè eos a Lino scri-

tas recte intellexit, sic eodem judicio cavisset, ne argumento uteretur quod contra se posset retorqueri, nequaquam tam longus fuisset in iis enarrandis, quæ Josephus scripsit. *Mirum*, inquit, *quod qui libenter Christianos nominat, Petrum Romæ occisum non dixerit: quare par est credere Hierosolymis trucidatum eadem tempestate, qua Jacobus & Annianus, quorum in xx. Antiquitatum Josephus mentionem fecit. At vero illud magis mirandum, si Petrus Hierosolymis trucidatus est, ubi & Jacobus, cur illius, sicut & Jacobi obitum Josephus non descripsit. Nec id quidem advertit Persuasor, cum tanta Christianorum cædes extiterit, ut etiam apud Romanos, auctore Tacito, (lib. xv. Annal. cap. 44.)*

L

orta

scriptos afferentes, quemadmodum & Labbeum aliosque, qui græcè & latine eisdem pluries editos affirmarunt. Numquam enim græcè prodierunt: qui latine typis extant proculi, hæreticis sane opinionibus non carent, & jam paucis exceptis, nemo eruditorum est, qui supposititios non censeat. Vossio lib. 2. de hist. græcis cap. 9. barbari cujusdam Monachi opus videntur. Doctissimus tamen Chiffletius, idem de passione SS. Petri & Pauli opus Lini nomen præferens, sincerum & ab omni Manichæorum fuligine liberum asservari testatur in antiquissimis MSS. Bisontinis. Ceterum eidem Lino Romano Pontifici tribui opus inscriptum *Acta S. Petri in disputatione adver-*

sus Simonem Magum, animadvertit Lud. Jacobus a S. Carolo in *Bibliotheca Pontificia* p. 153. Et sane Breviarium Romanum S. Pii V. jussu editum ad diem 23. Septembris, hæc inter cetera de S. Lino edocet: *Scriptis res gestas Beati Petri, & ea maxime, quæ ab illo acta sunt contra Simonem Magum. Putat eruditissimus Petrus Constantius in collect. epistolar. Roman. Pont. pag. 14. opus hoc a Ludovico Jacobo memoratum, idem forte esse, ac opus aliud, quod pag. 45. operis laudati ipse Lud. Jacobus designaverat hoc pacto: Disputatio Petri contra falsitatem Simonis sub nomine Clementis, cujus initium: Mihi quidem &c. & in Oronienſi Bibl. Collegii S. Trinitatis extare narraverat.*

orta sit miseratio; ejus tamen rei Josephum omnino non meminisse. *Pereuntibus*, inquit, *addita ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent; aut crucibus affixi, aut flammis traditi, atque ubi defecisset dies in usum nocturni luminis urerentur Unde quamquam adversus fontes, & novissima exempla meritos miseratio oriebatur, tamquam non utilitate publica, sed in sevitiam unius absumerentur.* Sumpserat nempe Josephus Judæorum res non Romanorum narrandas (48). Quod vero scri-

(48) At urget Velenus in memorata persuasione pag. 159. Josephum fuisse Christianorum amicum, libenterque data occasione ipsorum meminisse. Quum autem de morte tum Jesu Christi, tum Joannis Baptistæ, tum Jacobi fratris Domini scripserit, neutiquam sane Petrum a Nerone occisum prætermisisset in ea saltem historia, quam de bello Judaico Romæ exaravit, ubi de Neronis crudelitate sermonem instituit. Verum Persuasoris conjecturis egregie satisfacit Josephus ipse, scribens, matrem, & Octaviam uxorem multosque viros illustres Neronem occidisse, sed ejus scelera silentio præterire voluisse, quod de illis dicere molestum fore arbitraretur, multique jam ex Græcis Romanisque ea scriptis tradidissent, ac demum, quod brevissime quæ ab opere suo

aliena erant. attingere constituerit, ut patet ex *lib. xx. Ant. Judaic. cap. 8. & lib. iv. de bello Judaico cap. 9.* Quam autem eosdem de bello Judaico libros Josephus Vespasiano & Tito obtulerit, ne male apud illos audiret eorum gesta vituperando, quorum illi exceperant dignitatem, caute quidem admodum loqui debuit, quod sibi illum religiose proposuisse minime est dubitandum, qui ut Vespasiani gratiam aucuparetur eo adulationis devenit, ut ipsi propheticum de Messia Rege vaticinium accommodaret. Porro honores etiam, quos Romæ homo alienigena & invisæ religionis obtinuit, quamque iniit apud Imperatores gratia, non simplicem qualis eum Crullius descripsit, sed callidissimum fuisse hominem plane comprobant, quod etiam Godfredus Olearius ostendit in

dis.

scribit Persuasor de filiis, uxore, & focru Petri, licet bene latine & verbis sane bonis sibi loqui videatur, nondum plane intelligere potui quid sibi velit; augoror tamen ea ætate sibi Petrum confixisse, ut ad Neronis postremum annum pervenire non potuerit. Nos vero si qua Sybilla nobis in explicanda sententia accesserit, tum demum cum ea declarata fuerit, responsionem accommodabimus. Interim cum nihil ea de re certum acceperimus.

L 2

mus

dissertatione de eodem vaticinio a Josepho ad Vespasianum accommodato, Lipsiæ edita anno 1699. Non solum enim ipsi Vespasiano carus fuit & Tito, qui ejus manu subscripto decreto, *de bello Judaico* historiam edi jussit, sed etiam statua donatus est, & a Domitiano ipso honoribus est auctus & dignitate. Ceterum quod Josephus Christianorum amicus fuerit haud plane constat. In religione Judaica semper vixit, sectæ Pharisæicæ ad mortem usque addictissimus: & si libro xviii. *Antiquitarum* meminit JESU CHRISTI, & Joannis Baptistæ, & Jacobi fratris Jesu, non ut Christianis faveret id fecisse putandum, sed ne daretur illi vitio, quod Judaicam scribens historiam, tantorum virorum nomina omnino prætermiserit. Tandem: „ecquis nam furor est (concludit eruditissimus Fogginius *exercitatio-*

ne iv. operis sæpe laudati) unum Josephum de Romano Petri itinere testem reflagitare, ubi tot alii ætate suppreses viri gravissimi de hac re fidem præstant suam? Quid? Nonne & multa ad Judaicas res pertinentia, nobisque ex veteri Testamento cognita prætermittit Josephus? Quid? vix quicquam Josephus attigit ex iis multis, quæ nos edocent Evangelistæ. Anne igitur hæc omnia falsa erunt? Quid? eo ipso loco ubi de crudelitate Neronis verba facit, barbarum Imperatorem Romanam incendisse, Senecam institutorem suum enecasse, innumeraque alia præterit, quæ Svetonius, & Tacitus narrant? Anne igitur omnia hæc arbitramur non facta, quod unus Josephus præterierit? Sed jam satis de Josepho.

mus Persuasori lapidem hunc relinquimus commo-
vendum (49).

PERSUASIO XVII.

O Stenfo quod Petrus Romæ mortem non re-
ceperit, restat dicere ubi locorum pro
Christi nomine passus sit: Et antequam id pro-
bem, id testor prius, nullum testimonium divi-
na ex litteratura huc trahi posse, quo quis Paulum
indubie Romæ passum fuisse a Nerone ostendat.
Nam dum postremo jam Nerone oblatus fuerat,
& ad Timotheum scribens, hæc interposuit ver-
ba; *Ego jam delibor, & tempus resolutionis mea
instat*; in eis Paulus decrepitam ætatem, & non
martyrium suum intellexit, quem interea dum
hæc scripserat, valde senio detritum & decrepi-
tum plane fuisse, si non alio testimonio, certe
vel hoc solo constat, quoniam ante decem annos
Philemoni suo scribens, senem se nominavit:
Cum talis sum, inquit, *ut Paulus Senex*. Quan-
tum vero putas intra hoc decennium continuis
labo-

(49) Ex eo enim quod uxorem habuerit fueritque primus Apostolorum, non sequitur Petrum senem fuisse quando Paulus erat adolescens, sed sequitur ad annos tunc virilitatis pervenisse. Nec est ullo modo credibile senes a Christo fuisse electos ad summos obeundos labores & orbem terrarum fere totum peragrandum, quemadmodum neque credibile est, adolescentulum Paulum ad

Apostolicam dignitatem, ad quam sollicitudo omnium Ecclesiarum pertinebat fuisse assumptum. Demus ergo Petrum fuisse annorum circiter l. quando erat Paulus circiter xxv. hoc est duplo seniore; tamen adhuc potuerunt ambo esse senes & simul mori. Fuisse enim postremo Nerone anno Petrus annorum Lxxxvi, & Paulus lxi.

laboribus, omnium Ecclesiarum sollicitudine,
corpuseulum Pauli exhaustum & maceratum, ut
indicare Timotheo suo charissimo cogere-
tur, quo Romam acceleraret, suoque adventu mor-
tem ipsius præverteret, qua ipse brevi fuerat
resolvendus. Nam quod Spiritu Sancto illustra-
tus, liberationem sui e carcere præviderit, ver-
ba ipsius indicant. Significans enim quomodo
in priori ante Neronis tribunal statione, cau-
sam suam solitarius, & omni patrono destitutus
peroraverit, a Neroneque ereptus fuerit, sub
hæc ita loquitur: *Liberatus sum de ore Leonis,
& liberabit me Dominus ab omni opere malo, &
salvum faciet in regnum suum caeleste*; hoc est
ad ministerium corporis sui mystici Ecclesiæ
sanctæ, quemadmodum per *regnum caeleste* Gre-
gorii auctoritate, Ecclesiam in sacris scripturis
sæpiusculum nominari diximus. Sicut enim sua
spes non illum fefellit, ubi in priori captivitate
constitutus Philemoni scripserat: *para mihi ho-
spitium, nam spero per orationes vestras donari ma-
vobis*; ita neque hic eum decepit. Sunt enim
pleraque alia testimonia, cum a Nerone liberatum
etiam secundo fuisse, veluti epistola illa Se-
necæ, quæ Apostolo in carcere degenti miserat
ipse (a). Ex quibus proclive est creditum, Neronis
violentiam Paulum evasisse. Verum ne hic lon-
gius justo immoremur, jam Petrum & Paulum
Hierosolymis passum, testimoniis irrefragabili-
bus confirmabimus. Primitus solius Christi ver-
bis ad Scribas & Phariseos, imo ipsam Hiero-
L 3 „ so-

(a) De falsitate epistolarum Senecæ ad Paulum, sanctique Pauli ad Senecam, vide quæ habentur superius in Dissua- sione xv. pag. 154. & seq.

mus Persuasori lapidem hunc relinimus commo-
vendum (49).

PERSUASIO XVII.

„ **O** Stenfo quod Petrus Romæ mortem non re-
„ ceperit, restat dicere ubi locorum pro
„ Christi nomine passus sit: Et antequam id pro-
„ blem, id testor prius, nullum testimonium divi-
„ na ex litteratura huc trahi posse, quo quis Paulum
„ indubie Romæ passum fuisse a Nerone ostendat.
„ Nam dum postremo jam Nerone oblatus fuerat,
„ & ad Timotheum scribens, hæc interposuit ver-
„ ba; *Ego jam delibor, & tempus resolutionis mea*
„ *instat*; in eis Paulus decrepitam ætatem, & non
„ martirium suum intellexit, quem interea dum
„ hæc scripserat, valde senio detritum & decrepi-
„ tum plane fuisse, si non alio testimonio, certe
„ vel hoc solo constat, quoniam ante decem annos
„ Philemoni suo scribens, senem se nominavit:
„ *Cum talis sum*, inquit, *ut Paulus Senex*. Quan-
„ tum vero putas intra hoc decennium continuis
„ labo-

(49) Ex eo enim quod uxorem habuerit fueritque primus Apostolorum, non sequitur Petrum senem fuisse quando Paulus erat adolescens, sed sequitur ad annos tunc virilitatis pervenisse. Nec est ullo modo credibile senes a Christo fuisse electos ad summos obeundos labores & orbem terrarum fere totum peragrandum, quemadmodum neque credibile est, adolescentulum Paulum ad

Apostolicam dignitatem, ad quam sollicitudo omnium Ecclesiarum pertinebat fuisse assumptum. Demus ergo Petrum fuisse annorum circiter l. quando erat Paulus circiter xxv. hoc est duplo seniores; tamen adhuc potuerunt ambo esse senes & simul mori. Fuisset enim postremo Nerone anno Petrus annorum Lxxxvi, & Paulus lxi.

„ laboribus, omnium Ecclesiarum sollicitudine,
„ corpusculum Pauli exhaustum & maceratum, ut
„ indicare Timotheo suo charissimo cogere-
„ tur, quo Romam acceleraret, suoque adventu mor-
„ tem ipsius præverteret, qua ipse brevi fuerat
„ resolvendus. Nam quod Spiritu Sancto illustra-
„ tus, liberationem sui e carcere præviderit, ver-
„ ba ipsius indicant. Significans enim quomodo
„ in priori ante Neronis tribunal statione, cau-
„ sam suam solitarius, & omni patrono destitutus
„ peroraverit, a Neroneque ereptus fuerit, sub
„ hæc ita loquitur: *Liberatus sum de ore Leonis,*
„ *& liberabit me Dominus ab omni opere malo,*
„ *& salvum faciet in regnum suum caeleste*; hoc est
„ ad ministerium corporis sui mystici Ecclesiæ
„ sanctæ, quemadmodum per *regnum caeleste* Gre-
„ gorii auctoritate, Ecclesiam in sacris scripturis
„ sæpiusculum nominari diximus. Sicut enim sua
„ spes non illum fefellit, ubi in priori captivitate
„ constitutus Philemoni scripserat: *para mihi ho-*
„ *spitium, nam spero per orationes vestras donari ma-*
„ *vobis*; ita neque hic eum decepit. Sunt enim
„ pleraque alia testimonia, cum a Nerone liberatum
„ etiam secundo fuisse, veluti epistola illa Se-
„ necæ, quæ Apostolo in carcere degenti miserat
„ ipse (a). Ex quibus proclive est creditum, Neronis
„ violentiam Paulum evasisse. Verum ne hic lon-
„ gius justo immoremur, jam Petrum & Paulum
„ Hierosolymis passum, testimoniis irrefragabili-
„ bus confirmabimus. Primitus solius Christi ver-
„ bis ad Scribas & Phariseos, imo ipsam Hiero-
„ „ so-

L 3
(a) De falsitate epistolarum Senecæ ad Paulum, sanctique Pauli ad Senecam, vide quæ habentur superius in Dissua- sione xv. pag. 154. & seq.

„ Iolymam apud Matthæum (cap. xxiii.) & Lucam
 „ (cap. xiii.) loquentis: *Va vobis scribæ & Pha-*
 „ *risæi Hypocritæ, qui edificatis sepulchra prophe-*
 „ *tarum, & ornatis monumenta iustorum. Et dicitis:*
 „ *Si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non*
 „ *essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Ita-*
 „ *que testimonio estis vobis metipsis, quia filii estis*
 „ *eorum, qui prophetas occiderunt. Et vos implete*
 „ *mensuram patrum vestrorum, . . . Ideo ecce ego mit-*
 „ *to ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, &*
 „ *ex illis occiditis, & crucifigitis, & ex eis flagella-*
 „ *bitis in synagogis vestris, & persequimini de civi-*
 „ *tate in civitatem. Ut veniat super vos omnis san-*
 „ *guis iustus, &c.* Tandem dicit: *Jerusalem, Je-*
 „ *rusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos,*
 „ *qui ad te missi sunt &c.* Hæc loquutum Christum
 „ non de prophetis legis veteris, sed de Apосто-
 „ lis, exponit Joannes Chrysostomus homilia in
 „ Matthæum 75. ac ita dicit. *Significat iis verbis*
 „ *Christus, Apostolus, & eos qui cum Apostolis,*
 „ *& post Apostolos fuerunt, ex quibus multi etiam*
 „ *prophetabant. Quod divus Hieronymus littera-*
 „ *rum Iydæ, clarius erga hæc verba Christi*
 „ *immoratus, interpretatur, dicitque simul hic*
 „ *obscura juxta Apostolum scribentem, varia esse*
 „ *dona discipulorum Christi, alios sapientes, qui*
 „ *noverunt, quando debeant proferre sermonem, alios*
 „ *scribas in lege doctissimos, ex quibus lapidatus est*
 „ *Stephanus, Paulus occisus, crucifixus Petrus,*
 „ *flagellati in Actibus Apostolorum Apostoli, & per-*
 „ *sequuti eos sunt de civitate in civitatem, expellen-*
 „ *tes de Judæa, ut ad gentium populum transmigra-*
 „ *rent. His verbis Hieronymus clarissime ita &*
 „ *Paulum & Petrum Hierosolymis passos declarat.*

„ Et

„ Et ne alicujus testimonium desideretur, Nicolai
 „ etiam Lyranum horum Christi verborum inter-
 „ pretationem subnectamus. Ex eis occiditis,
 „ exponit Lyra, sicut Jacobum fratrem Joan-
 „ nis, Actuum cap. 12. & Stephanum, Actuum capi-
 „ te 7. & multos alios. Et crucifigitis, ut Pe-
 „ trum, & Andræam fratrem ejus, & multos alios.
 „ Flagellabitis, sicut Paulum & Sylam, ut Act.
 „ cap. 16. & secunda ad Corinthios cap. 11. tradi-
 „ tur. Quis contra hæc firmissima testimonia, vel
 „ hiscere deinceps poterit? Quis reclamare? Quis
 „ non modo Hieronymum, Chrysostomum, Ni-
 „ colaum Lyranum, sed & Christum mendacii ar-
 „ guere poterit? Cum ipsemet apud Lucam eadem
 „ repetiverit verba de Petro, Andræa, & aliis qui-
 „ busdam Apostolis, ea sese loquutum designat,
 „ inquit: *Dico autem vobis amicis meis, ne ter-*
 „ *reamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc*
 „ *non habent amplius quid faciant. Ostendam vobis*
 „ *quem timeatis; timete eum, qui post quam occide-*
 „ *rit, habet potestatem mittere in gehennam. Præ-*
 „ *terea dicit Christus Hierosolymis, & non Ro-*
 „ *mæ: a scribis & Pharisæis, & non ab Imperato-*
 „ *ribus Romanis occidendos suos Apostolos, quam-*
 „ *vis non negem, quosdam etiam extra Hierusa-*
 „ *lem fuisse interemptos.*

D I S S U A S I O.

Bene habet. Tandem aperuit Persuasor noster
 eam, quam de Petri morte haberet opinio-
 nem, nec eam ipsam Phrygis aut Mysi alicujus te-
 stimonio submissam, sed Hieronymi, inquit, littera-
 rum syderis: illius, inquam, Hieronymi, qui non

L 4

semel

femel tantum, sed iterum & sæpius Romæ Petrum fuisse, & a Nerone trucidatum scripsit; illius, inquam, qui cum nuper ipsius Persuasoris sententia mendax esset & sibi contrarius, in cœleste sydus repente est immutatus. Nempe quod tandem adhibitis fidiculis & eculeo visus est Persuasori aliquid confiteri; iis quæ sæpius ante dixerat contrarium & repugnans. Sed Hieronymi verba audiamus. *Paulus occisus, crucifixus Petrus*. Ubinam, rogo, Hieronyme? Num Hierosolymis? Minime id quidem, effem enim hac ratione mihi met ipsi contrarius, sed Romæ sub Nerone, postquam de civitate in civitatem, & de Judæa a Judæis expulsus, ad gentium populum transmigrarunt. Sed hæc fortasse ita intelligi debere negat Persuasor. Accedat rursus ipse Hieronymus declarator verborum suorum, qui in epistolam ad Galathas, in libro de viris illustribus, & plerisque aliis in locis non per verborum involucria, & quæ interprete indigent, sed manifeste Romæ dicit jugulatum Paulum, crucifixum Petrum (50). Sed nimirum nihil est contra semet ipsum tam munitum tamque armatum, quam men-

(50) Quare illud unum S. Hieronymus in loco a Persuasore citato eruere voluisse videtur, varia fuisse dona diversasque mortes discipulorum Christi, & ea, quæ in medium affert exempla, Pauli securi percussus, Stephani lapidibus obruti, Petri crucifixi, nequaquam tendunt ut intelligamus, quos nam ex discipulis Judæi occisuri erant, sed tantum ut discamus varia eorum singulis constituta fuisse crucia-

tuum genera. Ad hæc quamvis doctor maximus S. Petrum a Judæis crucifixum esse dixerit, absque ulla tamen hæsitacione intelligendus esset, quod Judæi authores fuerint martyrii ipsius, non quod martyrio in Judæa coronatus fuerit, quum illud Romæ obtinuisse, diserte asserat in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, aliisque locis a Cortesio superius laudatis.

dacium, quam veri dissimilitudo. Extorsit nempe veritas ipsa ab imprudente Persuasore, ut quem prius, si non verbis, re certe ipsa tam male acceperat, nunc, ut vere est *litterarum sydus* appellaret, ut verum illud, quod nos asseruimus ejus testimonio innitatur, qui etiam adversarii verbis tantopere sit commendatus; ut nemo deinde credere possit cum mentitum, cui etiam adversarii tam magnificentum titulum tribuere non vereantur. Illud insuper, quod ex Chrysofomo citat, etiam si ipse negaret, nos utique verum esse contenderemus, *Apostolos scilicet ventura prædixisse, trucidatosque Hierosolymis*, ut majorem minoremque Jacobum: quare in re non dubia, testibus utitur minime necessariis (51). Lyrani vero nobis non vacat, nec si vacaret,

(51) Profecto Christus Dominus, & verborum illius interpretes Chrysofomus neutiquam Apostolos omnes occidendos fuisse a Judæis in Jerusalem dicunt, sed tantum ex eis aliquos, ipsa ipsius sententiæ verba insinuat: *ex illis occidetis & crucifigetis*. Impletum est autem domini verbum in Stephano, quem lapidaverunt Judæi, & in Jacobo majore, quem Herodes in Judæorum gratiam occidit, & in Jacobo minore, quem Judæi ipsi e pinna Templi præcipitem cederunt, & tandem in Simone qui Jacobo successit, qui etiam Hierosolymæ crucifixus est. Quin etiam Matthiam in Judæa crucis poenam

tulisse multi probabiliter existimant. Quoniam vero Dominus præter ea, *ex illis occidetis & crucifigetis*, illud quoque addidit *& ex illis flagellabit in Synagogis vestris*, videlicet ex iis qui flagellis cæsi sunt in Jerusalem fuisse Apostolos, testatur quoque D. Lucas in *Act. Apost. cap. v. v. 40.* Ad hæc si Domini apud Matthæum sententiam *ex illis occidetis & crucifigetis &c.* ad omnes Apostolos referendam esse quis diceret, ut perperam existimavit Persuasor; plurima necesse esset negare historica monumenta, ex quibus non solum Petrum & Paulum Romæ, verum etiam Andræam in Achaja, Philippum & Joannem

caret, liberet excutere verba, quem jam sæpius Persuasor ipse tam acerbe insectatus est, ut nobiscum ne an cum ipso sit, magnopere non curemus, præcipue cum idem ipse Lyranus sæpius dicat Petrum Paulumque Romæ sub Nerone occisos. Sed si nunquam id dixisset, adversareturque omnino opinioni nostræ, sexcenti superessent, quos eidem opponerem, Vincentius scilicet Gallus, Jacobus Varagineus, Joannes Belet, & ejus generis complures, ut quod vulgo in proverbio est, *cum Bitbo Bacchius*.

PERSUASIO XVIII.

„ **V**idere mihi videor, satis prolixè eorum
 „ me subnervasse opinionem, qui Petrum
 „ ut Romanum Episcopum celebrant, & hoc no-
 „ mine Romanis Pontificibus nihil non tribuunt,
 „ dum in Summi Apostolorum Principis (ut ajunt)
 „ ipsi locum suscepti sint, hanc desultoriam pote-
 „ statem, ceu per manus sibi tradant (a). At
 „ vero si quis roget, quomodo hæc falsissima per-
 „ suasio in Ecclesiam obrepserit, dicam compen-
 „ dio.

nem in Asia. Thomam in India, Bartholomæum in Armenia, Matthæum in Æthiopia, Simonem & Judam in Perside sanguinem suum pro Christi nomine effudisse cognoscimus; Tandem quod ad Nicolaum Lyranum spectat, libenter cum Cortesio respondimus, tantæ hominem autoritatis non esse, ut veteribus omnibus Petrum Romæ martyrii palmam obtinuisse testantibus opponi

debeat. Verum, neque jure opponi potest. Nam D. Hieronymum sequutus, de quo paulo superius pag. 166. illud unum dicere fortasse voluit, Petrum atque Andræam crucifixos esse etsi non satis caute loquutus esse videatur.

(a) Vide quæ de Romanorum Pontificum Primatu habentur in notis ad eam quæ proxime sequitur Cortesii Dissuasi-
 nem, pag. 172. & seq.

„ dio. Si alia quoque non minus nociva, quorum
 „ recens est adhuc memoria, negligentia tempo-
 „ rum rata habentur quid de tam remotis ac
 „ perturbatissimis temporibus, Romanæ curiæ pal-
 „ pones circa Petri Romam adventum, passionem,
 „ & Pontificatum confingere non poterant?
 „ cum eorum temporum nullam certam habea-
 „ mus historiam, præter commentitias illas de
 „ Petro & Paulo passiones, quæ adeo sibi non con-
 „ stant, ut omnibus etiam tacentibus, ipsæ se fa-
 „ tis confitent. Præsertim quæ Græcorum lingua
 „ conscriptæ sunt: quod vel solum argumento esse
 „ possit, eas falsissimas esse, cum hæc natio ab
 „ omnibus passim scriptoribus in historia, men-
 „ dacii accusetur, Juvenale dicente: *Quicquid au-*
 „ *det Græcia mendax in historia*; & alibi non sine
 „ joco *mendacem Græculum* nominat. Et breviter;
 „ nemo miretur, hoc apertissimum mendacium,
 „ suos patronos habere; cum non desint etiam qui
 „ Tulciam *patrimonium Petri* appellant, qua voce
 „ nunquam delirius dici aut cogitari aliquid po-
 „ tuit. Et Plinius haud ignobilis author, *nullum*
 „ *tam impudens mendacium inveniri dicit*, quod te-
 „ ste careat.

DISSUASIO.

„ **Q**uod ad Romani Pontificis primatum spectat,
 „ etsi me de sola Petri ad urbem Romam pro-
 „ fectione modo tractaturum initio operis pro-
 „ misi (pag. 13.) non video tamen, cur ea potestas,
 „ res commentitia dici possit, quæ a Christo profecta
 „ testes habet viros sanctissimos probatissimosque &
 „ Apostolicis temporibus æquales aut proximos, de
 „ qui-

caret, liberet excutere verba, quem jam sæpius Persuasor ipse tam acerbe insectatus est, ut nobiscum ne an cum ipso sit, magnopere non curemus, præcipue cum idem ipse Lyranus sæpius dicat Petrum Paulumque Romæ sub Nerone occisos. Sed si nunquam id dixisset, adversareturque omnino opinioni nostræ, sexcenti superessent, quos eidem opponerem, Vincentius scilicet Gallus, Jacobus Varagineus, Joannes Belet, & ejus generis complures, ut quod vulgo in proverbio est, *cum Bitbo Bacchius*.

PERSUASIO XVIII.

„ **V**idere mihi videor, satis prolixè eorum
 „ me subnervasse opinionem, qui Petrum
 „ ut Romanum Episcopum celebrant, & hoc no-
 „ mine Romanis Pontificibus nihil non tribuunt,
 „ dum in Summi Apostolorum Principis (ut ajunt)
 „ ipsi locum suscepti sint, hanc desultoriam pote-
 „ statem, ceu per manus sibi tradant (a). At
 „ vero si quis roget, quomodo hæc falsissima per-
 „ suasio in Ecclesiam obrepserit, dicam compen-
 „ dio.

nem in Asia. Thomam in India, Bartholomæum in Armenia, Matthæum in Æthiopia, Simonem & Judam in Perside sanguinem suum pro Christi nomine effudisse cognoscimus; Tandem quod ad Nicolaum Lyranum spectat, libenter cum Cortesio respondimus, tantæ hominem autoritatis non esse, ut veteribus omnibus Petrum Romæ martyrii palmam obtinuisse testantibus opponi

debeat. Verum, neque jure opponi potest. Nam D. Hieronymum sequutus, de quo paulo superius pag. 166. illud unum dicere fortasse voluit, Petrum atque Andræam crucifixos esse etsi non satis caute loquutus esse videatur.

(a) Vide quæ de Romanorum Pontificum Primatu habentur in notis ad eam quæ proxime sequitur Cortesii Dissuasi-
 nem, pag. 172. & seq.

„ dio. Si alia quoque non minus nociva, quorum
 „ recens est adhuc memoria, negligentia tempo-
 „ rum rata habentur quid de tam remotis ac
 „ perturbatissimis temporibus, Romanæ curiæ pal-
 „ pones circa Petri Romam adventum, passionem,
 „ & Pontificatum confingere non poterant?
 „ cum eorum temporum nullam certam habea-
 „ mus historiam, præter commentitias illas de
 „ Petro & Paulo passiones, quæ adeo sibi non con-
 „ stant, ut omnibus etiam tacentibus, ipsæ se fa-
 „ tis confutent. Præsertim quæ Græcorum lingua
 „ conscriptæ sunt: quod vel solum argumento esse
 „ possit, eas falsissimas esse, cum hæc natio ab
 „ omnibus passim scriptoribus in historia, men-
 „ dacii accusetur, Juvenale dicente: *Quicquid au-*
 „ *det Græcia mendax in historia*; & alibi non sine
 „ joco *mendacem Græculum* nominat. Et breviter;
 „ nemo miretur, hoc apertissimum mendacium,
 „ suos patronos habere; cum non desint etiam qui
 „ Tulciam *patrimonium Petri* appellant, qua voce
 „ nunquam delirius dici aut cogitari aliquid po-
 „ tuit. Et Plinius haud ignobilis author, *nullum*
 „ *tam impudens mendacium inveniri dicit*, quod te-
 „ ste careat.

DISSUASIO.

„ **Q**uod ad Romani Pontificis primatum spectat,
 „ etsi me de sola Petri ad urbem Romam pro-
 „ fectione modo tractaturum initio operis pro-
 „ misi (pag. 13.) non video tamen, cur ea potestas,
 „ res commentitia dici possit, quæ a Christo profecta
 „ testes habet viros sanctissimos probatissimosque &
 „ Apostolicis temporibus æquales aut proximos, de
 „ qui-

bus nulla omnino suspicio suboriri potest, cur eis hoc fingere in mentem venisset (25). Sed & cur Græcis auctoribus hac præsertim in re fides adhiberi non debeat, omni prorsus ratione caret. Quid enim, si profani Græcorum scriptores imperiti mendacesque aliquando dicti sunt, num & sacri pariter eodem vitio laborabunt? Num mendacii argue-

(52) Suam itaque Primatum non *Romana curia palponibus*, ut Velenus in hac persuasione blasphematur, sed supremo rerum omnium moderatori Deo, acceptum referunt Romani Pontifices Petri successores. Nititur quippe summa eorum potestas ac dignitas, qua qui Ecclesie Romanæ præsul est, idem & militantis in terris Ecclesie caput est, (neque enim hæretici ipsi inficiari audent Ecclesiam vivum esse corpus, quod capite membrisque conflet, adeoque membrum quod sit acapite divulsam, a corpore sejunctum esse, ejusque vita non posse frui; ex quo facillime colligitur eos a Christi corpore separari ejusque privari vita, qui ab Pontificis Romani communione miserimo schismate discesserunt) nititur, inquam, summa hæ eorum dignitas atque auctoritas illis Evangelii verbis, quibus Christus & post suum ad vitam reditum Petro nominatim commisit oves pascen-

das, & ante mortem pollicitus est super ipso quasi solidissima Petra, fundandam esse Ecclesiam, quam nullæ inferorum vires, nulli conatus superarent. Hoc fonte derivari Romani Episcopi Primatum antiquissimi Patres a Cortesio laudati agnoscunt, quorum testimonia referre ut longum esset, ita & supervacaneum, præsertim quum id jam alii satis accurate præstiterint, ac nominatim doctissimus Augustinianæ familiæ Alumnus Onuphrius Panvinius Veronenis in prima parte egregii operis *de primatu Petri & Apostolica sedis potestate* Veronæ editi anno 1589. Quin immo inter tot Romanos Pontifices singulari doctrinæ sanctitatisque laude præstantes, quos arrogantia aut superbiæ non dicam insimulare, sed vel suspicari summæ temeritatis fuerit, ne unus quidem deprehenditur, qui sibi seu Ecclesie suæ collatam hanc prærogativam non crediderit, ut Ecclesie totius

ca.

guemus Dionysium Corinthiorum Episcopum, Cajum, Origenem, Eusebium, Joannem Antiochenum cognomento Chrysofomum, Cyrillum Alexandrinum, & alios ejusmodi sexcentos? Sed neque illud quisquam mente sanus sibi fingere poterit, Græcos quantumlibet mendacissimos, voluisse comminisci, quod Petrus Græcia & Oriente reli-

caput foret, quemadmodum invidete ostendit vir clarissimus de Apostolica Sede, deque Ecclesiastica historia optime meritus Petrus Coustantius Benedictinus e Congregat. S. Mauri, in Præfatione tomi I. Epistolarum Pontificum Romanorum, quas Parisiis emisit in manus hominum anno 1721. Contra vero tot inter & tantas Christiani orbis Ecclesias ab Apostolis vel Apostolorum successoribus fundatas, ne una quidem reperitur, cujus præsul eo venerit ambitionis, ut se totius Ecclesie caput affirmare non vereretur. „ Quam studiosi tuendæ auctoritatis suæ (prolequitur idem Coustantius l. c.) quam jurium suorum retinentes fuerint Constantinopolitani præsules, nemo nescit: tamen id summo in honore semper duxerunt, si secundum a Pontifice Romano in Ecclesia locum occuparent. Ab his dumtaxat excipiendus „ homo in verecundæ frontis

„ luctuosique schismatis Princeps Phorius, qui præter „ alia multa, quæ per summam impudentiam scripsit, „ egit, dixit, hoc etiam una „ cum suis palam affirmare „ non timuit, quando de Romana urbe Imperatores Constantinopolim sunt translati, „ tum & primatum Romanæ sedis ad Constantinopolitanam Ecclesiam transmigrasse, „ cum dignitatibus regni Ecclesie Romanæ privilegia translata fuisse. Verum hæc maxime in re turpiter mentita est iniquitas sibi. Non enim ecclesiastici juris adeo rudis, non adeo in historia hospes erat veterator ille, ut per translationem regniæ sedis, nihil quidquam Ecclesie Romanæ de suo primatu decessisse ignoraret. Et vero antequam Byzantium migraret Constantinus, quid præsulibus Romanis conferebat Imperatorum præsentia, nisi ut vexationum ærumnas & in-

„ com-

relictis, Romam se contulerit, cathedram Sacerdotalem ibi locaturus: cum ea res magnam Græcis gloriæ speciem eripiat. Quare & Græcis hac in re maxime fides est adhibenda, & iis potissimum latinis, qui Apostolicis ferme temporibus floruerunt, quorum multos superius enumeravimus. At solam Tertulliani auctoritatem repetere non gravabi-

„ commoda, & quascumque
 „ scientium principum furor
 „ inferre pœnas poterat, mor-
 „ tem denique ipsam citius ac
 „ facilius subirent?

Nullis igitur Imperatorum aut Synodis constitutis Sancta Romana Ecclesia ceteris Ecclesiis prælata est, (prout Gelasius Papa una cum Episcoporum LXX. Concilio asseruit ep. 33. n. 5.) sed evangelica voce Domini nostri primatum obtinuit, TU ES PETRUS, ET SUPER HANC PETRAM ÆDIFICABO ECCLESIAM MEAM, ET PARTE INFERI NON PREVALEBUNT ADVERSUS EAM, ET TIBI DABO CLAVES REGNI CÆLORUM. Quare Petrus ipse, qui ab Evangelistis Matthæo x. 3. & Luca vi. 14. in Catalogo Apostolorum appellatur recenseturque primus, ceterorum se primum esse & Ecclesiæ caput post Ascensionem Domini, re & factis declaravit. Congregatis enim fratribus fere centum & viginti, medio in cœtu exurgens orationem habuit de

sufficiendo in proditoris locum Apostolo, Act. I. 15. Rursum subinde, quum e Phariseorum secta contenderent nonnulli oportere eos, qui ex gentibus fidem Christi susciperent, & circumcidi, & legem servare, convenerunt Apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna inquisitio fieret, SURGENS PETRUS dixit ad eos, Viri fratres &c. Act. xv. 5. Unde magis magisque declaratur, Ecclesiæ cœtibus præsidendi jus ita fuisse huic Apostolo concessum, ut illud nemo in controversiam vocarit, nemo non libentissime tulerit, Non immerito igitur primatum Petri ejusque successorum in Romano Episcopatu, divino jure atque ipsarummet Scripturarum auctoritate fultum esse disertissime prædicarunt sancti Patres quotquot a primis Ecclesiæ sæculis floruerunt, ac nominatim SS. Cyprianus, Optatus, Hieronymus, Augustinus, aliique bene multi, quorum testimonia accurate diligenterque col-

bimur, qui in libro de præscriptionibus adversus hæreticos scriptum reliquit: „ Percurre Ecclesias
 „ Apostolicas, apud quas ipsæ adhuc Cathedræ
 „ Apostolorum suis locis præsident, apud quas
 „ ipsæ authenticæ litteræ eorum recitantur, sonan-
 „ tes vocem, repræsentantes faciem. Proxima
 „ tibi Achaja, habes Corinthum: si non longe es
 „ a Ma-

collegerunt tum Panvinius initio laudati operis de primatu Petri, tum Coustantius p. iv. & seqq. citatæ præfationis ad Epistolas Pontificum Romanorum.

Hinc sane in ipsum D. Petri suorumque successorum primatum ea fuit Ecclesiæ observantia, ut quas vel rexit vel fundavit Petrus ecclesias, illæ amplissimis honoribus decoratæ sint. Prima dignitatis ejus particeps fuit Antiochena, quæ quidem Innocentio Papa I. Epist. 24. n. 1. teste, urbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se consummatumque gauderet. Ubi præterea observari vult idem Papa, id quod Ecclesia illa meruit, ut nimirum super Diocesim suam, non super aliquam provinciam tantum constitueretur, ei obtigisse, non tam pro civitatis magnificentia; quam quod prima primi Apostoli Sedes esse monstratur. Neque alia de causa privilegio eodem insigni-

ta est Alexandrina, quam quod a Marco Petri discipulo cum fundata sit & gubernata, Petrum ipsum habuisse rectorem fundatoremque censetur. Fuerunt & Ecclesiæ aliæ ab Apostolis fundatæ, quas eam ob causam apostolicas vocare liceat, quæque re vera hoc sunt a patribus nonnullis titulo donatæ. Petri vero privilegium hoc fuit, ut quas ipse fundavit, illæ præcipuo quodam jure Sedes Apostolica cognominarentur, & quemdam inter cæteras principatum tenerent. Quamobrem de Alexandrina Antiochenaque Sede cum Romana sic mentionem facit ac decernit Synodus Nicæna can. 6. ut nullam aliam eis conferendam esse constituat. Hinc Bonifacius I. epist. 15. num. 3. ad Episcopos Illyrici ait: Recensete canonum Sanctiones: reperietis quæ sit post Ecclesiam Romanam secunda, quæve sit tertia. Hinc & Leo Epist. 95. n. 3. Anatolio auctor est, ut regniæ urbis Episcopatu contentus, suæ

„ a Macedonia, habes Philippos; si potes in Asiam
 „ tendere, habes Ephesum: Si autem Italiae adjaces,
 „ habes Romam, unde nobis quoque auctoritas
 „ praesto est statuta. Felix Ecclesia, cui totam do-
 „ ctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt:
 „ ubi Petrus passioni Dominicæ adæquatur; ubi Pau-
 „ lus Joannis exitu coronatur: ubi Apostolus Joan-
 „ nes,

sua se dignitatis finibus conclu-
 dat, non ambiat altiore gradum, *dedignetur regiam civi-
 tatem, quam apostolicam non
 potest facere Sedem: quæ uti-
 que, inquit eodem sensu Ge-
 lasius, epist. 7. n. 6. per canones
 inter Sedes nullum nomen accepit.* Ubi notandum apostoli-
 cas illas Sedes veluti per anto-
 nomasiam Sedes simpliciter
 nuncupari. Quo spectat illud
 Leonis epist. 110. n. 3. *Et si enim
 diversa nonnumquam sint me-
 rita præfulum, tamen jura per-
 manent, Sedium, hoc est jura il-
 la cum sint ipsis Sedibus, non
 sedentium meritis concessa, pro
 sedentium diversitate non mu-
 rantur, sed immobilia peræ-
 que manent atque ipsæ Sedes.*
 Illud autem Romanam inter &
 alias Sedes duas discriminis est,
 quod hæc privilegia sua *per cano-
 nes & Ecclesiastico tantum jure
 dicantur obtinuisse; illa vero
 quæ Petri morte consecrata est
 totum id retinuerit juris, quod
 Apostolorum Princeps fuerat
 a Domino consecutus.* Inde

etiam brevi obtinuit usus, ut
 illi uni quasi proprium mane-
 ret *Apostolicæ Sedis nomen.*

Et vero quum persuasum
 haberent Petri Successores,
 hunc Apostolum eadem in ca-
 thedra sedere, Ecclesiæ totius
 tractare clavum, neque ab ejus
 gubernatione umquam desiste-
 re; hac lætissima persuasione
 freti, haberi se voluerunt quasi
 Vicarios, qui suam illi operam
 commodarent; quod ex epi-
 stolis summorum Pontificum
 Siricii, & Bonifacii I. nec non
 ex sermonibus S. Leonis, ostendit
 memoratus Petrus Coustan-
 tius in citata Præfatione, in
 qua præterea ex pluribus earumdem
 epistolarum locis demonstrat,
 inde factum esse, ut *Petri Vicarios*
 nuncuparent ipsi sese Romani præfules,
 & ab aliis eodem nomine nuncu-
 parentur. Fuere quidem e veteribus
 nonnulli, qui *Vicarii Christi*
 nomen Ecclesiæ Romanæ præfule
 tribuerunt. Atque ad hoc respicere
 Cyprianum non immerito censemus,
 quum

„ nes, posteaquam in oleum igneum demersus,
 „ nihil passus est, in Insulam relegatur. Hæc
 Tertullianus. Quibus in verbis plura animadver-
 sione digna sunt. Primum, quod ex Ecclesiis,
 quas hic commemorat, sola tantum in fide Catho-
 lica superest Ecclesia Romana. Deinde, quod cum
 Ecclesiæ aliæ florent, ex Ecclesia Romana tan-
 tum

M

quum *epist. 55. ad Cornelium*
 his utitur verbis: *Neque enim
 aliunde hereses oborta sunt aut
 nata sunt schismata, quam in-
 de quod Sacerdoti Dei non ob-
 temperatur, nec unus in Eccle-
 sia ad tempus Sacerdos & unus
 ad tempus iudex VICE CHRISTI
 fungitur.* Clarius est hac de
 re acclamatio Episcoporum ac
 presbyterorum, qui cum Ge-
 lasio ad cognoscendam Miseni
 Episcopi causam confederunt.
 Misenum quippe absolvente
 Papa, summis plausibus excep-
 ta ejus sententia est, & ab
 omni cœtu, *Vicarium Christi*
*te videmus, undecies dictum,
 sicut & sexies dictum est, Apo-
 stolum Petrum te videmus.* Ra-
 rius tamen usurpata olim est
 isthæc appellatio; quia cen-
 sebatur communis esse omni-
 bus, qui animarum agunt cu-
 ram, Christianisque societati-
 bus præstant. Et vero sicut de
 omnibus Episcopis Hormisdas
*epist. 25 n. 2. generatim dixit,
 Caput est Ecclesiæ Christus,
 CHRISTI autem VICARII Sacer-*

*dotes; ita ut & de Abbatibus
 non minus generalis est hæc
 Beati Benedicti sententia, Reg.
 cap. 2. Abbas, qui præesse di-
 gnus est monasterio, semper
 meminisse debet quod dicitur...
 CHRISTI enim agere VICES in
 monasterio creditur.* At Roma-
 norum Pontificum proprium
 atque peculiare est, Beati Pe-
 tri, cujus & Sedis & auctori-
 tatis heredes sunt, Vicarios
 nominari. Hinc & eis usu
 venit, ut potestatis sibi credi-
 tæ functiones, judicia scilicet,
 privilegiorum concessio-
 nes, &c. huic Apostolo adscri-
 bant: uti manifestum est in
 hac Felicis II. adversus Aca-
 cium sententia: *Sacerdotali
 honore, & communione catho-
 lica, nec non a fidelium nume-
 ro segregatum, sublatum tibi
 nomen & munus ministerii Sa-
 cerdotalis agnosce, Sancti Spiritus
 iudicio, ET APOSTOLICA
 PER NOS AUCTORITATE damna-
 tus.* Id enim iudicibus moris
 est, ut cujus vice funguntur,
 ejus nomine sententias ferant.
 Cum

tum in ceteras fluxit auctoritas. Tertio, quod etiam ad nostrum institutum facit, *Petrum Romæ passioni Dominicæ adequatum fuisse*, hoc est cruci affixum. Quarto, Paulum illic *Joannis Baptiste exitu*, hoc est capitis truncatione fuisse coronatum. Quinto Joannem Evangelistam postquam in fervens oleum esset demersus, cum nihil ex eo damni

Cum igitur Episcopi ac Presbyteri, quos Gelasius in causa Miseni Episcopi congregarat, quibusque dixerat, *Quid videatur fraternitati vestre statuendum, vestri quoque participatione consilii desideramus agnoscere*, responderunt omnes, *Quod vobis Deus dedit in potestate prestare . . . Hoc fac quod facit dominus Petrus*; nil certe aliud sibi voluerunt, nisi istud: Ex ejus præscripto judica, cuius nomine præsides, & cuius in auctoritatem & jura successisti. Felicem imitatur Gregorius I. lib. 3. al. 2. Ind. 11. epist. 6. ubi iudicium suum adversus Johannem primæ Justinianæ Episcopum pariter ex Beati Petri auctoritate profert in hunc modum: *Cassatis prius atque ad nihilum redactis prædictæ sententiæ tuæ decretis, ex Beati Petri Principis Apostolorum auctoritate decernimus, triginta dierum spatio te sacra, communionem privatum*. Idem Pontifex sua monasteriis privilegia vindicans, ea etiam non

tam ex sua defendit, quam ex auctoritate Beati Petri Apostoli, cuius vice (inquit) huic Romanæ Ecclesiæ presidemus. Vide Concilium Romanum tertium sub Gregorio I. apud Baronium ad annum 601. nec non collectionis Labbeanæ tomum 5. p. 1607.

Quam demum Petrus Ecclesiam & gubernavit vivens & morte sua illustravit, hanc ab eodem etiamnum regi, sic majoribus nostris ab omni ævo persuasum fuit, ut Romanam Sedem soleant locum Petri, *Sedem Petri, Sedem Apostoli* atque in primis *Sedem Apostolicam*, nuncupare. Neque recens esse *Apostolici* nomen, quo Ecclesiæ preces designant eum, qui Apostolicam Sedem tenet, probatur testimonio Innocentii, qui epist. 13. n. 2. Rufo Thessalonicensi Episcopo vices suas per Illyricum delegans, ait: *Lectionis sinceritatis tuæ providentiæ ac virtuti hanc injungimus sollicitudinem, non primitus hæc ita statuentes, sed pro*

damni passus esset, in Pathmos insulam fuisse relegatum. Sexto, trium horum Apostolorum præsentia Romanam Ecclesiam nobilem ac illustrem esse redditam, sed ex eo præcipue felicem, quod *Apostoli duo Petrus & Paulus totam huic Ecclesiæ doctrinam una cum sanguine suo profuderunt*. Quot veteres tum Græcos tum Latinos scriptores superius

M 2

rius

precessores nostros APOSTOLICOS imitati. Immo e veteribus complures audias sic Pontificem Romanum alloqui, non quasi *Apostolicum*, sed quasi *Apostolum* ipsum. Certe hæc Paschasini Lilibatani Episcopi ad Leonem Papam scribentis verba si legas, apud ipsius Leonis Epistolæ num. 54. *Apostolatus vestri scripta . . . suscepi*, ad Petrum ipsum scripta putes; ita sunt apostolicæ dignitati accommodata. Paschasinum imitantur Arelatensis Metropolis Episcopi, datis ad eundem Papam litteris, in quibus ajunt: *Missis continuo litteris APOSTOLATUI VESTRO indicare (Ravennii electionem) curavimus: & mox, unde præmissis officiis, quæ APOSTOLATUI VESTRO jure debentur. Habemus & illud Justiniani epist. 130. ad Hormisdam: Ostendat ergo tuus apostolatus, quod Petro successit Apostolo: & epist. 125. Dignetur APOSTOLATUS VESTER integrum indubitatumque destinare responsum . . .*

ut intelligant cuncti rectè vos *Apostolica Sedis primatum esse sortitos*. Eadem quoque *apostolatus vestri* appellatione utitur Avitus Viennensis Episcopus in epistolis 18. & 27. ad Papam missis. Fatendum tamen est hoc ipso etiam titulo decoratos fuisse, tum ab eodem Avito Episcopum Jerosolymitanum epist. 23. & Ravennatem epist. 25. tum a Viventiolo Episcopo Avitum ipsum epist. 59. Verum tamen Episcopis quibusvis, ut Apostolorum Successoribus, communem esse *apostolatus* appellationem existimant nonnulli, eandem tamen ad Pontificem Romanum singulari ratione pertinere adversus Basnagium ostendimus superius in notis ad Diffusionem vi. pag. 117. Perinde enim *apostolatus* nomine Pontificiam dignitatem; ut *Apostolici* Pontificem ipsum decet appellari.

Hactenus Pont. Romanos non a Romanæ curiæ palponibus, aut ab Urbis nobilitate, sed ex

rius produximus, qui omnes maximo consensu Petrum Romæ Episcopum obiisse confirmant? Si igitur hæc veritas tot nobilissimis auctoribus jam recepta est, quis nisi impio furore obcæcatus penitusque delirans, eam in controversiam amplius revo-

ex eo quod ipsi sunt successores B. Petri, ubi capitis Ecclesiæ a Christo Domino constituti, primatum suum duxisse; quamvis breviter tantum levissimeque (ne in re fati nota diutius hæere cogere) satis tamen probatum demonstratumque videtur. Non dissimulandum tamen, quod ad Urbis nobilitatem spectat, singulari divinitus providentiæ consilio factum esse, ut qui Ecclesiæ totius caput erat, is in urbem totius orbis Dominam pervenerit, ibique Sedem fixerit suam, unde, quasi e sublimi loco, excubias agere & muneris sui partes commodius implere posset. Ecquis enim alius ubicumque terrarum locus, aut convenientior ipsius consilio & dignitati, aut procurandis Ecclesiæ commodis opportunior? Annon decebat civitatem, quæ jam Imperii arx erat, Sacerdotii caput esse & domicilium, ibique versari eum, cui incumbere Catholice rei summa, & negotiorum officiorumque tanta moles ac sollicitudo? Nihil inde perturbabatur populorum quies & civilium rerum dispositio, ni-

hil in Imperio mutatum videbatur. Qui enim populi a principibus Romanis leges ad terrenarum rerum ordinationem accipere consueverant, iidem a Romanis Pontificibus accipiebant sanctioris politice regulas, præcepta morum, sempiternaque vitæ documenta. Huc accedit, quod opuserat, ut Ecclesiæ caput in eo constitueretur loco, unde novas Ecclesias fundare, fundatis prospicere, & singulas regere ac tueri expedite posset. Neque minus ad hæc præstanda idoneus erat Romæ situs. Cum enim in Orientis Occidentisque medietate sit posita, facilis ad illam semper patuit ex utroque orbe aditus. Inde nec difficile fuit præsulibus Romanis mittere per omnes terrarum tractus divini verbi præcones: nec minus expeditum iis, qui fidem susceperant, eosdem Pontifices vel consulere per epistolas, & idonea ab eis responsa percipere: quod vel a primis Ecclesiæ sacculis factum esse, vidimus superius in nota 34. contra Petrarum pag. 116.

revocare audebit? Cum præsertim nemo omnino ante mille quingentos annos præter Marsilium & Persuasorem ne contrarium quidem somniaverit? Quo fit, ut risu dignissimum sit, quod Persuasor opinatur, Petrum Hierosolymis fato concessisse: id quod nemini scriptorum unquam antea in mentem venerat. Reperantur omnes ad hanc usque diem scriptæ historiæ, legantur sacrarum litterarum interpretes quotquot græce latineque scripserunt, excutiantur commentaria, nemo penitus reperietur, qui tam impudens atque immane mendacium ausus sit excogitare. Verum usque adeo cæcutit Persuasor, ut non videat quam ratione cavilli ejus omnes in suum ipsius caput retorqueantur. Prima enim persuasio, quæ dissidio nititur historicorum, novo hoc Persuasoris commento, facillime dissuadetur. Nam si quorundam historicorum mutua inter se contradictio, historiæ fidem tollit; quid fieri putabimus ubi cuncti maxima consensione repugnant? Omnes enim una voce reclamant, Petrum non alibi occubuisse quam Romæ. Idem de ceteris persuasionibus dicendum, quas facile singillatim retorquere possemus, ni ad exitum properantes, actum agere gravaremur. Quamobrem illum unum addere satis sit, quod Persuasor longe deteriore conditione Petrum facere conatur, quam aliorum Apostolorum quemlibet, cum tamen Petrus Princeps omnium fuerit. Nam de ceteris ferme omnibus certum est, ubi mortui sint; de Petro autem juxta hoc mendacium nescitur, ubi locorum martyrio vitam finierit, quo nihil profecto absurdius potest excogitari.

Aboluta prorsus quæstione, cujus gratia laborem hunc suscepimus, liberum nobis erat finem

facere, ni me movissent quædam in ea parte operis, quam Persuasor *cavillos* inscripsit, jam scilicet prævidens, & propemodum divinans quid a quoque contradicendum esset. Quod an illi commode ceciderit, aliorum erit iudicium. Ibi de duobus Marcis in sacris litteris mentionem haberi magnopere contendit (53). Quæ videlicet multiplicatio,

(53) Videns igitur Persuasor, ex historia de Evangelio Marci, Romæ Petrum fuisse apertissime colligi, quum gravissimi auctores & in his Eusebius lib. 2. hist. cap. 15. ex Pappia & Clemente Alexandrino, Irenæus lib. 2. cap. 1. Hieronymus de viris illustribus in Marco, Liber Pontificalis in vita Petri, Isidorus in vita Marci, Ado in Chronico anni XLV. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem constanter asserant, Marcum Romæ scripsisse Evangelium, prout ibidem Petrum prædicantem audierat; respondet, istos omnes esse deceptos quod non advertent sint duos fuisse Marcos; unum qui dicebatur *Joannes Marcus*, de quo fit mentio in Actis Apostolorum cap. 12. & 15. alterum qui dicebatur *Marcus Aristarchus*, de quo in epist. ad Philomenem. Ex his enim duobus priorem scripsisse Evangelium & fuisse Episcopum Alexandrinum &

Petri discipulum ac sectatorem, sed Romam nunquam vidisse; posteriorem Romæ fuisse cum Paulo, sed Evangelium non scripsisse. Porro veteres Patres quæ duobus Marcis conveniunt uni attribuisse, proinde in eum errorem lapsos esse, ut existimarent Marcum Romæ scripsisse Evangelium. At Velenus tria hoc de duobus Marcis per fugio peccata committit, ut recte animadvertit Bellarminus l. c. Primum quod existimet in epist. ad Philomenem Marcum Aristarchum unum hominem esse, quum apertissime sint duo, quemadmodum probat Cortesius noster, tum ex ejusdem epistolæ textu, tum clarius ex citato textu ultimæ ad Coloss. Alterum quod velit Marcum Evangelistam non fuisse unquam Romæ, quia fuit Episcopus Alexandrinus, quasi non potuerit ex Roma Alexandriam a S. Petro mitti, vel etiam ex Alexandria veni-

re

catio, certissimum jam per fugium facta est omnium difficultatum. Sic nuper tres invenimus Magdalenas, olim autem duos Cephas, duos Joannes; nos quoque in latinum conversa Nazianzeni oratione elegantissima, ex unico Cypriano duos factos ostendimus, nunc vero si Marcus etiam Marcum peperit, ut Plauti verbis utar, *omnes condu-*

M 4

pli-

re Romam, & rursus ex Roma reverti Alexandriam. Tertium, quod asserat a Joanne Marco scriptum Evangelium esse. Nam *Joannes Marcus* Barnabæ consobrinus erat & Pauli discipulus, ut colligitur ex cap. 12. & 15. Actorum, & ex epist. ad Coloss. cap. ult. & supervixit usque ad XIV. annum Neronis. Si quidem Paulus in epistol. posteriore ad Timotheum, quam scripsisse martyrio suo imminente, putant, jussit Marcum ad se venire; Marcum autem Evangelistam & Episcopum Alexandriæ ann. VIII. Neronis occisum esse, & Eusebius in Chronico, & Hieronymus in lib. de viris illustribus in Marco scribunt.

Præterea adnotandum, non Velenium modo, sed etiam Spanhemium, Combefisium, Basnagium, aliosque recentiores criticos memoratum Joannem Marcum Pauli discipulum de quo in Actis Apostolorum, eum Marco Evangelista per-

peram confundisse. Guilielmus vero Cave tom. I. hist. litt. script. Eccl. pag. 11. quamquam illum Marcum Joannem cum hoc confundi non debere fateatur (quod plane jam exploratum esse ostendunt Cotelerius ad Const. Apost. lib. 2. cap. 57. & Tillemontius Monum. Ecclesiast. tom. 2.) tamen Marcum Evangelii authorem, illum esse Marcum asserit, quem ut Romam veniat, optat Paulus 2. ad Timotheum IV. 51. qua in urbe, quum eodem vel sequenti anno venerit, ibi tantum opus vel primum condiderit, vel prius conditum, in publicum ediderit. Quo nihil profecto a veritate alienius potest excogitari. Quis enim ignorat, Marcum a Paulo in citata ad Timotheum epistola accersitum, nequaquam Evangelistam, quando Petrus & Paulus passi sunt jamdiu martyrio coronatum, sed Joannem illum Marcum esse, de quo tum Lucas in Actis Apostolicis meminit, tum etiam idem Paulus in

in

plicavimus. Enimvero mea quidem sententia unicus Marcus extitit gente Judæus, discipulus apostolorum, primus Alexandria Pontifex, qui Romæ, authore Clemente in Informationum libro, conscripsit Evangelium. Aristarchus vero nusquam in divinis libris cognomen est Marci, ut Persuasor ait, sed hominis proprium nomen, fuit siquidem, ut

in Epistolis ad Philomenem & ad Colossenses. Quemadmodum enim quum *Marcum* in sua ad Ebræos epistola Petrus memorat, de *Marco* discipulo suo loquitur, ita sane quum Marci in Epistolis meminerit Paulus, de *Marco Joanne* suæ disciplinæ alumno loqui, credibile maxime est. Et tamen tum Eusebius in *Chronico*, tum Hieronymus in *vita S. Marci*, tum Beda in *Martyrologio* Marcum Evangelistam diu ante Petri & Pauli martyrium, passum esse testentur, idem tamen Caveus opinionem suam de Marci Evangelio post mortem Apostolorum conscripto S. Irenæi autoritate ratam facere contendit, his plane verbis.

„ Certe Irenæus lib. 3. cap. 1.
 „ & apud Eusebium lib. 5. c. 8.
 „ S. Marcum *μετά τῆς ἑστῆς ἡμέρας*,
 „ post Petri Paulique interitum, Evangelium suum conscripsisse discrete tradit.
 „ Quod vero Evangelium a Petro approbatum dicat Eusebius, id forsitan de scri-

bendi consilio, rebusque Evangelicis ipsi a B. Petro dum adhuc in vivis erat, communicatis, intelligendum est. Antequam laudatum Irenæi testimonium expendamus, de scriptoris Angli in Eusebium animadversione aliquid dicendum. Non modo enim Eusebius, sed etiam Hieronymus, Epiphanius, Theophilactus, & his multo antiquiores Papias Episcopus Hieropolitanus Joannis Apostoli discipulus, nec non Clemens Alexandrinus, D. Marcum Romanis rogantibus ex iis quæ Apostolorum Princeps Romæ docuerat, suum in Urbe conscripsisse Evangelium discrete tradiderunt. Non multis autem egemus ad Cavei observationem confutandam. Nam & ipsis Eusebii verbis aperte pugnat, qui clare testatur, Evangelium Marci, quum jam editum esset, Petrum adprobasse, & D. Hieronymus memorias prodidit, quod quum Petrus Evangelium Marci audiverit, illud

ut apostolica acta testantur, gente Macedo, patria Thessalonicensis, qui simul cum Paulo a Judæa Romam ductus est captivus, ubi Aristarchus tantum, non etiam Marcus appellatur. Quod vero in epistola ad Philemonem est *Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas*; credo utique Persuasorem credere sicut Marci Aristarchum, sic etiam Demæ cognomen esse

illud probavit, Ecclesiæque legendum tradidit, idque fuit præterea omnibus ita certum atque exploratum, ut Evangelium illud ab ipso Petro dictatum nonnulli crediderint, quod etiam opportune observavit vir claris. Petrus Franciscus Fogginius in lib. de *Romano D. Petri itinere & Episcopatu, Exercitatione* xi. in qua ipsis Eusebii, Hieronymi, Epiphani, Theophilacti, aliorumque veterum Patrum verbis antiquissimam traditionem de Evangelio a D. Marco Romæ ex S. Petri doctrina exarato, diligenter eruditeque illustrat.

His præmissis, ad Irenæi testimonium venio, qui quum non uno in loco erraverit (ac præsertim lib. 2. adv. hæres. cap. 22. al. 39. ubi docet Christum intra quadragesimum & quinquagesimum ætatis suæ annum obiisse) non video quid ipsius autoritas valeat ad statuendum S. Marci Evangelium post Petri Paulique obi-

tum fuisse conscriptum, quum unus cæteris omnibus adverteretur. Quoniam vero Baronius ad an. 137. Pagius in *Crit. ad an. 32.* & Honoratus a S. Maria *Animad. ad Regulas & usum Critica lib. 5. diss. 1. art. 10.* Irenæi locum ubi de ætate Christi agitur *corruptum & insertitium* existimant, satius erit animadvertere, facile evinci posse mendum in laudato Irenæi loco irrepsisse, & ubi legitur *ἔσδοι* reponendum esse *ἔσδοι*, ita ut Irenæus nequam scripserit *μετά δὲ τῆς τῆς ἡμέρας ἔσδοι*, sed *μετά δὲ τῆς τῆς ἡμέρας*, quemadmodum ipsum locum Joannes Christophorsonius in sua Eusebii versione interpretatus est. Profecto ea ratione Sanctus Irenæus cum aliis omnibus antiquis Patribus convenit Evangelium primum a D. Matthæo, inde vero a D. Marco scriptum fuisse testantibus. & veterem Codicem ita sane legentem se vidisse Hugo Grotius profitetur, & Petrus Possinus in *Catena Patrum in Marcum*

esse Lucam. At vero quicumque vel prima rudimenta Grammatices græcæ attigerit, facile intelliget apud Paulum, Aristarchum cognomen non esse factum: namque esset per articulum, ut græcis

cum, quam ex veteri catena MS. Vaticana evulgavit, Irenæi verba eodem prorsus modo edidit, ac legisse videtur Christophorionius, ut observavit etiam Renatus Massuetius in notis, quibus egregiam suam S. Irenæi editionem locupletavit. Quare totum illud Sancti Lugdunensis Episcopi locum ita esse componendum censet claris. Fogginus p. 245. *citata exercitationis.* Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῆ ἰδίᾳ αὐτῶν διαλέκτῳ καὶ γραφῇ ἐξηγήσει εὐαγγελίου τῆ Πέτρῃ καὶ τῆ Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων, καὶ θεμελιώσας τὴν ἐκκλησίαν, incisum quidem sunt, sed incisum constituens membrum non cum prioribus Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις &c. sed cum posterioribus illis aliis μετὰ δὲ ταῦτα τὴν ἕκδοσιν, Μάρκος οὐ μωδότης καὶ ἐρμηνεύτης Πέτρῃ, καὶ αὐτὸς τὸ ὑπὸ Πέτρῃ κηρυττούμενον εὐαγγέλιον ἡμῖν παραδεδωκεν. *Matthæus inter Hebræos propria ipsorum lingua opus edidit Evangelii: Petro & Paulo Romæ evangelizantibus & constituentibus Ecclesiam, & post illius (nempe Evangelii prout clarius in Catena Possini, in qua diserte μετὰ τὴν τῆ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου ἕκδοσιν) editionem, Marcus discipulus & Interpres Petri, & ipse quæ a Petro predicabantur, scripto nobis tradidit. Scilicet verba illa Ματθαῖος ἐν*

τοῖς Ἑβραίοις τῆ ἰδίᾳ αὐτῶν διαλέκτῳ καὶ γραφῇ ἐξηγήσει εὐαγγελίου non membri incisum, sed periodi membrum discriminandum, constituunt juxta Fogginium: verba autem τῆ Πέτρῃ καὶ τῆ Παύλου Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων, καὶ θεμελιώσας τὴν ἐκκλησίαν, incisum quidem sunt, sed incisum constituens membrum non cum prioribus Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις &c. sed cum posterioribus illis aliis μετὰ δὲ ταῦτα τὴν ἕκδοσιν, Μάρκος οὐ μωδότης καὶ ἐρμηνεύτης Πέτρῃ, καὶ αὐτὸς τὸ ὑπὸ Πέτρῃ κηρυττούμενον εὐαγγέλιον ἡμῖν παραδεδωκεν, a quibus una subdistinctione ita discriminantur, ut constet, quod de uno Marco Irenæus affirmaverit, & quod Evangelium post Matthæum scripserit, & quod scripserit quum Romanam Ecclesiam Petrus & Paulus constituerent. Vide etiam Ric. Simonium *hist. Crit. Nov. Test. cap. 10. Tillemontium Tom. 2. nota 3. sur Saint Marc*, nec non Renatum Massuetium in suis ad Irenæum notis: qui omnes vulgata loci de quo huc usque egimus lectioni, illam, qua Christophorionius usus est interpretationem, censent omnino esse præferendam.

cis consuetudo est expressior significatio. Sed tantum abest, ut Marci cognomen sit Aristarchus, ut illud ipsum nomen Marcus, sit Joannis cognomen, ut Lucas ait, ἐπικαλωμένου μάρκου. Dixisset igitur μάρκος, ὁ ἀρίσαρκος, vel certe μάρκος, ὅς ὑποκαλεῖται ἀρίσαρκος; postremo vulgatum ad verbum ἐπικλῶ, quo fere in similibus græci uti consuevere, Paulo non excidisset, sed in epistola ad Colossenses, & Aristarchum nomen esse sui concaptivi, & alium esse a Marco, aperte his verbis declarat. *Salutat vos Aristarchus concaptivus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ.* Mirum præterea est ubi nam apud Philonem Persuasor legerit Marcum Alexandria Christi nomen annunciaffe: tantum enim abest, ut apud illum, vel Christi, vel Marci nomen inveniat, ut fuerint, qui ea, quæ a Philone dicta sunt, affirmarint de Christianis intelligi non debere, sed de Essæorum secta, de quibus similia Josephus scripsit in libro de Antiquitatibus atque Philo in libro de Supplicibus. Ejus opinionis fuit Porphyrius. Nec defuere, qui de his intelligerent, de quibus tam multa in legibus Moses, & qui a Judæis Nazaræi appellantur. Sunt, & qui in Christum credentes suspicantur ibi intelligi, sed eos, qui legem Moseos in figuris observabant. Eusebius tamen Pamphili & ceteri Christianorum, qui de illis meminerunt, id de Marco & ea, quæ sub ipso fuit Ecclesia, uti profecto sunt, dicta intellexere. Porro congressum aliquando cum Petro Philonem, ut non summopere contendam, sic non vehementer negaverim, quippe qui sciam ejus rei auctorem esse Hieronymum, & cum satis pateat congruere potuisse qui gentis suæ legatus diu Romæ moratus est. Non absumile & illud peccatum est,

est, quod reprobatis omnino iis, quæ sub Lini nomine scripta passim leguntur, de Petro & Paulo breviter, & velut aliud agens, Persuasor adiunxit, quod idem sentirem & de Hegesippo, paucisque adjectis omnino ut par est credere latere volens, cursu pertransit, quasi vespa dimisso aculeo. Credo etiam si palam ausus esset, Hegesippi historiam reprobare voluit, ut simul interpretem illius Ambrosium, & qui ejus utuntur testimonio Hieronymum & Eusebium reprobaret, compluresque alios maximi nominis. Cum vero dudum non sit plerosque antiquiores Hegesippo ejusdem rei mentionem fecisse, consequens est verum non esse quod Persuasor ait, confictam fabulam post Hegesippum. Equidem opinor illo potissimum argumento hominem motum esse ut falsam narrationem illam crederet, quia scilicet diligentissimus historiarum investigator, possem, ait, probare nullum sacellum, nec aliam basilicam ad aliquot annorum centurias (sic enim ait ipse) Romæ & locis ei adjacentibus exaedicatam fuisse, adderet saltem Christianorum; quasi vero sacelli alicujus aut basilicæ vel Hegesippus ipse, vel conficta Lini historia mentionem faciat. Platina autem ætate sua extitisse ait, ut hodieque extat in memoriam illius rei gestæ, quando Christus Petro obvius fuit, ædificatum Sacellum (54). Ut vero

(54) Spanhemius in Dissertatione, cui de temere credita Petri in Urbem Romam profectio titulum facere ausus est, alique ex suo grege sodales, plurimas de Romano D. Petri itinere vulgatas esse fabulas fuse ostendere conantur; plu-

rima nempe & Romæ & in aliis Italiæ urbibus monumenta, Ecclesias, Sacella, & loca ab ipso Petro consecrata exhiberi; (de his separatim agemus in commentario, quem Appendicem monumentorum inscripsimus) plures præterea urbium

vero prorsus non dubito per Hegesippi tempora Romæ Christianorum sacras ædes nusquam fuisse, sic illud mihi sit verisimile, loca ubi Paulus Petrusque capitali supplicio fuere affecti, insigni publicoque aliquo monumento fuisse signata, ut fere ea loca esse consueverunt, in quibus de damnatis supplicium sumitur. Declarant hoc nempe verba illa Caii

bium celeberrimarum coli Episcopos, quos itineris sui comites a Petro adhibitos vulgò ostentatur; plurimas denique & temporis & loci ambiguas seu commentitias circumstantias producunt, ut hujus itineris fidem vel ambiguum reddant, vel si possent, omnino evertant. Verum enim vero, si iidem Romæ Ecclesiæ hostes bona nobiscum fide agere vellent, agnoscere deberent, doctissimos e nostris criticis, neque confictis fabulis & ambiguis incoherentibusque rerum gestarum narrationibus fidem præstare, neque omnes ea de re vulgi traditiones amplecti: quas perfectò nemo excogitasset, nisi Romanum Principis Apostolorum iter & Episcopatum omnes semper certum exploratumque habuissent. Si traditiones inanes & falsa commenta, quibus Apostolorum & ipsius Christi acta seu improbe seu levissime vitiantur, ea forent argumenta, ut veræ historiæ ob ea reiiceren-

tur; ad quas hodie redigimur angustias, quum tam multis fabulis, quas seculorum ignorantia inuexit, totius fidei certæque authoritatis facta obvolvuntur? Criticorum peritia non omnia penitus reiicit, sed digniora seligit, & vera a falsis, certa ab ambiguis, historias germanas ab incertis adjunctis secernit. Concludamus igitur, Romanum D. Petri iter certo constare, neque aliquas ambiguas, incertas aut etiam falsas ad ejus gesta pertinentes narrationes, facti per se exploratissimi veritatem dubiam suspectamque reddere posse. Quum autem & omnes veteres Ecclesiæ Patres, omnesque Scriptores etiam ex acerbiorum Romæ Ecclesiæ hostium numero per quindecim secula Petrum Romam profectum, ibique Cathedram Sacerdotalem in futurum tempus omne permanentem constituisse asseruerint: quum vetustissima plura monumenta quæ adhuc Romæ extant, quæque in sequenti Ap-

pen-

antiqui scriptoris, ut ait Eusebius (*hist. lib. 2. c. 25.*) contra Cathaphrygas disputantis: Ego, inquit, habeo trophæa Apostolorum, quæ ostendam. Si enim procedas via triumphali, quæ ad Vaticanum ducit, aut via Hostiensi, invenies trophæa defixa, quibus ex utraque parte statutis, Romana communitur Ecclesia. Quod utique tunc dixit, cum nondum Romæ Christianorum essent templa constituta (55).

Supereft tantum festiva fabula de Ægyptia Babilone, adeoque a verisimilitudine longe distans, ut mihi verisimile fiat, Persuasorem cum nequam id quod scribebat, crederet, inde tantum quasisse, ut testatum relinqueret, se non omnino

Cof-

pendice exhibentur; Petrum Romæ moratum ostendant: infirma corruunt argumenta quælibet adversus certissimum huiusmodi factum a recentioribus hæreticis excogitata, nisi historicæ pene dixerim demonstrationes ab iisdem afferantur. Sane *Apostolorum sepulcra* (inquit Augustinus Calmet in dissertatione quam de eodem B. Petri itinere docte breviterque conscripsit) *Martyrii locus, Templa eorum nomini erecta, vel a primis Ecclesiæ seculis Romæ ostendebantur. Romani Pontifices a Petri & Pauli temporibus ad hanc usque diem principem in Ecclesiâ dignitatem, & cetera decora huic adjuncta obtinuerunt. Hæc eorum hæreditas; hanc tuentur, hanc & documentis, & rationibus defendunt.*

(55) In græco autem Euse-

bii textu ita legitur allatum a Cortesio nostro fragmentum Cæii sive Gaii disertissimi Romanæ Ecclesiæ Presbyteri, (qui ineunte seculo tertio floruit) desumptum ex dialogis illis, quibus idem Cajus celeberrimam Romæ a se habitam cum Proclo Cataphrigrarum hæresis propugnatore disputationem consignavit. Εἰ γὰρ δὲ τὰ τροπαῖα τῶν Ἀποστόλων ἔχῃ δὲξαι. ἢ γὰρ δεξιῶς ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν βασιλικόν, ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τῆς Ὀστίας, εὐρήσεις τὰ τροπαῖα τῶν τῶν ἐν ἱεροσολύμοις τῆν ἐκκλησίαν. Quem locum recentiores Cortesio interpretes sic vertunt. Ego vero *Apostolorum trophæa possum ostendere. Nam sive in Vaticanum, sive ad Ostiensem viam pergere libet, occurrent tibi trophæa eorum, qui Ecclesiâ illarum fundaverunt.*

Cosmographiæ fuisse expertem (56). Qua quidem in fabula nihil necesse erat Volaterranos, aut Cælios tam anxie inquirere. Nemo namque ut opinor negaturus fuit, Babiloniam Ægyptiam extare, cujus cum & Antoninus & Ptolomæus meminerint, originem etiam ex Diodoro scimus. Conditam namque dicit a captivis Babiloniis Sesostris Regi in Ægy-

(56) Etsi jam superius probatum sit testimonio Papiæ Apostolorum discipuli, Hieronymi, aliorumque veterum interpretum priorem D. Petri Epistolam ex urbe Roma figurate nomine *Babylonis* ab Apostolo expressa, scriptam fuisse, quoniam tamen Persuasor veram in eo loco Babylonem significari contendit, sive eam quæ apud Assyrios, sive eam quæ apud Ægyptum est, quæque nunc dicitur Chayrum, operæ pretium videtur ejusdem argumento, quo id persuadere nititur plenius satisfacere. Ait igitur Velenus: „Si apud Petrum
„ nomine Babylonis intelli-
„ gunt Romam, ut etiam apud
„ Joannem, igitur recte omnes
„ qui recedunt a Romana Ec-
„ clesia. Nam Apocalypsis 18.
„ sic legimus: *Cecidit, ceci-
„ dit Babylon magna & facta
„ est habitatio Demoniorum &c.*
„ Et rursus: *Exite de illa po-
„ pulus meus, ut ne partici-
„ pes sitis delictorum ejus, &
„ de plagis ejus non accipiatis.*

At non videt Velenus Babylonem vocari non Romanam Ecclesiam, sed Romanam urbem, qualis erat Joannis tempore. Nam ut exponit Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, quemadmodum vera Babylon caput imperii fuerat, habueratque regem Nabuchodonosorem qui populum Dei persequebatur, & in captivitatem adducebat; ita quoque & Roma tempore Apostolorum caput erat imperii, Imperatoremque habebat Neronem crudelissimum Christianorum hostem. Prædicat autem Joannes hanc Babylonem ruituram, quia Romanum Imperium delendum erat; id quod jam fere factum esse cernimus. An non enim, (inquit Bellarminus lib. 2. cap. 2. de Rom. Pont.) Gothi, Wandali, Hunni, Longobardi Romanæ urbis imperium fere ad nihilum redegerunt? Porro eandem Babyloniam vocat habitationem Demoniorum & custodiam omnis spiritus immundi, quia (ut ait S. Leo serm. 1. de

Ægypto fervientibus, a quo cum defecissent, bellumque intulissent Ægyptiis, postremo ædificandæ civitati locum acceperunt haud procul a Nilo, eamque a patriæ suæ nomine appellarunt *Babyloniam*. Josephus vero in secundo de antiquitatibus libro posterius conditam scribit in ruinis Lyci urbis a Cambyse devastatæ, coque prima die contendisse

de Natali Apostolorum) cum omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus. De hac dicit *Exite de ea popule meus*, quod intelligitur corde non corpore, ut S. Augustinus exponit in Breviculo collationis, collatione 2. Juber enim D. Joannes, ut Sancti non conjugantur cum Ethnicis & idololatriis morum & vitæ similitudine, tametsi in eadem urbe simul cum eis esse possint. Unde etiam constat propter hæc verba Joannis, numquam Christianos de Urbe exisse. Quare S. Hieronymus in epist. ad Marcellam, qua nomine Paulæ & Eustochii eam hortatur ut ex Roma in Bethlehem migret, posteaquam hæc verba de Apocalypsi contra Romam protulit, subdit continuo, Est quidem ibi S. Ecclesia, sunt trophæa Apostolorum & martyrum, est Christi vera confessio, est ab Apostolo prædicata fides, & gentilitate calcata in sublime quotidie se

erigens nomen Christianum &c. Quibus verbis docet non contra Ecclesiam Romanam, sed contra gentilitatem Romanam Joannem esse loquutum. Et lib. 2. in Jovinianum sic Romam alloquitur. Ad te, inquit, loquar, quæ scriptam in fronte blasphemiam, Christi confessione delecti.

Quoniam vero recentiores quidam critici, præcipuè ex heterodoxis, Velenii opinionem sequuti, D. Petrum in laudata sua Epistola *Babylonis* nomine non Romam, sed aut Babylonem Assyriam, aut Babylonem Ægyptiam significare putant, eorum rationes sunt paullo diligentius examinandæ. Porro de Babylone Chaldæorum Urbe celeberrima ad Euphratem sita, Petrum loqui, contendunt Jos. Scaliger in not. ad Chronicon Eusebii, Salmasius de primatu Papæ, Basnagius ad an. Chr. 46. de Marca de concord. Sacerdotii & Imp. par. 1. lib. 6. cap. 1.

se Hebræos cum Ægyptum essent deserturi. Quæ in re ne fortasse aliquando similitudinem nominum decipi nos contingat, sciendum est, non de ea Lyco Josephum locutum, quæ cis Nilum in ea parte Ægypti est, ubi asperrimi montes Thebaidem a Septentrione finiunt, & a qua Lycopolytes *nomos*.

N

vel

cap. 1. Cave in hist. litter. & Elias Dupin in Bibliotheca.

Sane Babylon Chaldæorum quamquam florentissima urbs olim fuerit & perfecti decoris, cum Petrus tamen Epistolam scriberet, ea facta erat, ut lapidum potius congeries quam urbs videretur, ut ex Strabone colligitur, qui eam fere desertam refert Geogr. lib. 17. & ex Diodoro, qui minimam ejus partem vix populo frequentatam memorat, Biblioth. lib. 2. Ea enim Plinio teste hist. nat. lib. 6. cap. 26. in solitudine rediit exhausta vicinitate Seleucie ob id condita a Nicatore.

Cajo insuper imperante antequam Petrus suam dedisset epistolam, quam sub Claudio, qui Cajum excepit dedisse credimus, Babylonii, Anilæo ejusque sociis casis, Judæos ea aggressi sunt vi, ut cum illi se ad conflingendum impares sentirent, Seleuciam confugerint, ubi quinquennio nulla injuria affecti sunt. Sexto

autem anno quum dira lues Babylone grassaretur, Judæorum reliqui, qui adhuc non discesserant, Seleuciam & ipsi contenderunt, ubi tunc fera calamitas obruit universos. Græci & Syri urbis incolæ qui jamdiu longa inter se odia exercebant ea lege foedus percusserunt, ut Judæos omnes perderent & profligarent. Nec mora: imparatos ex improvise aggressi, supra quinquaginta hominum millia interfecerunt. Quamobrem Judæi, qui a cæde Seleucienfi Babylonicaque (utraque enim civitas in eorum perniciem conspiraverat) evasere, Ctesiphontem primum petiere, inde vero Neardæ & Nisibi, præ ceteris urbibus tutiores ferati, eo convenere, ut fusus Judaicarum antiquitatum scriptor Josephus lib. 18. cap. 9. memoria prodidit.

Contendit Basnagius l.c. credibile minime esse, quod nulla sub Claudio aut exigua superessent Babylone Judæorum vestigia, cum certum sit multos

vel ut latine loquamur Præfectura appellata est, sed de Lyco altera quæ trans Nilum fuit Arabiam versus, ubi postmodum Babyloniam condiderunt. Quod satis patet ex ratione itineris Judæorum, qui ex Gosen discedentes (ea autem auctore Hieronymo Thebaidos pars est trans Nilum ad Orientem)

& ex
 tos eam incoluisse, imperante Augusto, & nuper Parthorum rex Hircanum regem ibi degere permiserit. Porro eam urbem in solitudinem redactam a Plinio dici censet comparate ad priorem ejus felicitatem, præsertim quum illi hoc evenerit ex sola Seleuciæ vicinitate. Præterea quum post Anilæi cladem Judæos adhuc complures ibi constituisse ex eo constat, quod sextum post annum ob grassantem luem rursus inde, Josepho teste, migratum sit, etiam cum hujusmodi morbi deseruit vis haud dubitandum esse monet, quod Judæorum multi antiquam patriam, in quæ sua prædia habebant, domos atque hortos repetierint. Itaque Babylonis Babyloniorumque clades Judæorum incassum obiici Babylone Assyria Petrum dedisse Epistolam suam arbitrantibus, donec monstratur qui ante tempus quo Epistolam suam Petrus dedit, Babyloni injuriam fecerit, & magis quod Jos. Scaliger in not. ad Eusebii

Chronicon animadverterit, quod „ ex masculini generis posteritate Davidis semper Echmalotarchi creati sunt Babylone, quamdiu ea urbs stetit, usq. ad an. Christi 700. ad Salathiel usque „. Placuit Assermanno in dissert. de Syris Nestor. Bibl. Orient. tom. 3. par. 2. pag. 7. hæc Basnagii oratio, & quamvis ipse etiam velit Romam a Petro Babylonis nomine appellatam fuisse, haud tamen putat quæ de Babylonis Assiriæ solitudine & Babylonis Judæorum cladibus afferuntur eos afficere, qui de ipsa Babylone Assyria S. Apostoli verba accipienda esse arbitrantur. Non adeo facilis est Gerardus Casteel in controv. Ecclesiastico-Historicis, apud quem nullæ sunt Basnagii conjecturæ, & quidem haud minus feliciter confutari videntur quam facile. Judæi Babylonis non solum quum interfectus est Anilæus, & grassante lue, sed etiam post utramque cladem a Græcis & Syris in eos conjuratis ad interne-

& ex Rameffe quæ postea eodem teste, pagus Arsenoites fuit in littore rubri maris, versus Palæstinam coeperunt iter, & ad septentrionem proficiscentes eo devenerunt, ubi Nilus primo scinditur, in vertice ejus partis Ægypti quam Græci *deltam* vocant, ubi postmodum condita fuit Babylonia;

N 2 faci-

cionem cæsi sunt, & adeo quidem pertinaciter, ut solum pauci, Josepho teste, evaserint incolumes; quique ad suas domos & munera e vestigio redisse, profecto haud facile est credere. Porro illud quoque nullo jure asserit Basnagius, Babylonem exhaustam fuisse solum vicinitate Seleuciæ. Etiam Persæ ejus partem diruerunt, partem etiam tempus consumpsit, quodque Claudio imperante immanibus ruinis deformata jam fuerit, ex Strabone & Diodoro discimus supra laudatis.

Scaliger venditat a Rabbini acceptam opinionem, nisi mavelis quod ipsos Rabbinos haud bene intelligens, veteri Babyloni jam diruta, quæ aut provinciam Babyloniæ, aut Seleuciæ quæ Babyloniæ exhaustæ nomen obtinuit, tribuenda erant, tribuerit. Seleuciam enim in loco veteris Babyloniæ aut in viciniis saltem sitam esse ex eo constat, quod utraque ad ripam Tigridis eodemque fere intervallo a Babyloni-

nis, quæ ad Euphratem jacebat rudibus, describatur a Geographis.

Etsi autem Josephus, Philo, aliiq. eorum temporum scriptores Babylonis nomine non veterem illam urbem celeberrimam Chaldæorum caput, quæ ea tempestate pene deleta erat, neque Seleuciam pro illa ædificatam ejusque nomen celebratamque Plinio teste assecutam, sed regionis circumjacentis tractus Euphratem inter & Tygrim ubi Judæos habitasse plane certum est, intellexisse videantur; nihil tamen hæc contra nos faciunt, quum de Babylone urbe proprie dicta disputamus, nemoque sibi suadere possit Judæos Babyloniæ & quidem paucos tantis obrutis malis in Ecclesiam aliquam coaluisse. Sane D. Petrus loquitur de Ecclesia in Babylone coelesta, non autem in Babylonia & Provincia Babylonica, quæ raro a Græcis, numquam vero a Latinis Babyloni nomine dicta est.

Verum neque sane de Babyloni-

facile vera conjectura assequi possumus, cujusmodi fuerint ejus urbis primordia, cujus egena devastataque manus, aut certe servilis & ejecta, adhuc pressa tot ærumnis & calamitatibus fundamenta jecerit, tam infelicibus etiam auspiciis, ut per tria prope annorum millia, nulla frequentia indigenarum,

bylone Ægyptia locutum esse Petrum ex eo suaderi præcipue potest, quod eam urbem Judæi Ponti, Galatiæ, Capadociæ, Bythiniæ, & Asiæ ad quos epistola scripta est, vel vix noverant, vel penitus ignorabant. Ea enim urbs quam Persæ quidam, cum Cambyfes Ægypto potitus fuit condidit, ubi jam urbs fuerat nomine Lithus Josepho teste Antiquit. lib. 21. cap. 5. tunc temporis obscurus locus erat, & Castellum in quod tamquam in arcem munitissimam, altera e tribus Romanorum legionibus Ægypto tuendæ mancipatis se receperat, ut docet Strabo lib. 17. Porro seu Christianorum seu Judæorum aliquem ibi commorantem nusquam certe invenimus, & Petrum vel eo perrexisse vel ibi de verbo Dei concionem habuisse, veterum nemo unquam prodidit, idque ingenue fatentur Cave hist. lit. tom. 1. & Harenbergius in Dissert. de miraculo Pentecostali tom. 2. The-

fauri Theologico-Philologici.

At vero ridiculus plane est Bertramus, qui Petro ut pote Circumcisionis Apostolo in Ægyptum usque penetrandum fuisse contendens, quod scilicet multi in Ægypto degerent Judæi, & celebre eorum templum existeret ab Onia ædificatum, ut colligitur ex Jos. Antiquit. lib. 13. cap. 6. & de bello Jud. lib. 7. cap. 30. substituisse Apostolum Babylone, ibique Ecclesiam collegisse putat, ut ibi, tuti omnes esse possent ad, versus hebræorum ferociam, & impetum, & ex media & munitissima arce totius Nomini, seu Præfecturæ Helio-politanae omnes illius incolas sed præcipue Judæos ex-pugnarent & deballarent. Ecquis enim sibi persuadeat, Apostolos in arcibus munitisque Castellis Ecclesias colligere studuisse? Ecquis foret unquam arbitratus, Petrum ne Hierosolymis quidem Ebræos scientem timere, eos in Ægypto expavisse, ut exercitum

mo-

rum, nullo advenarum commercio ad justam urbis magnitudinem potuerit excrecere. Per Strabonis namque tempora non civitas, non oppidum erat, sed quod ipse ait *φρούριον ἑρμῶνον*, arx videlicet munita, quæ Romanorum præsidio tantum tenebatur, unica ibi disposita cohorte, quod esset

N 3

Ara-

more ibi se suosque in Christo genitos filios defendere æquum bonum esse putaverit? Quid? nonne Romanorum Aquilæ ceteraque militaria signa invisa erant Hebræis? Præterea ad colligendam Ecclesiam Castellum insolentia militum plenum, minime aptum videri, neque Romani duces insolitam ignotorum hominum frequentiam convenire permisissent, ubi una ex tribus legionibus Ægyptum custodientibus castrametabatur. Præterea quod Babylon haud satis ampla fuisse videtur, unde non *πόλις Ὑρβ* a Strabone Georg. lib. 7. dicitur, sed *φρούριον ἑρμῶνον* Castellum munitum: præterea quod incommodum forte erat ad eam iter, ut pote eodem Strabone teste in arduo sita loco. Quod si ubicumque terrarum essent Judæi, Apostolico munere D. Petrus fungi debebat, igitur & Arabiam, & Parthiam, & Phrygiam, & Mediam, & Mesopotamiam, & Lybiam, & Pamphiliam, & Æthiopiam

& Thessaliam, & Boeotiam immo orbem fere universum peragrassè dicendum erit, quum nulla esset regio, in qua Judaicæ religionis sectatores non invenirentur. Quare D. Paulus ubi *circumcisionis* Evangelium Petro fuisse creditum memorat ep. ad Galat. cap. 2. sibi autem *preputii*; nomine *circumcisionis* Judæos quidem intellexit, sed potissimum Palæstinos, nomine autem *preputii* Gentiles, eos tamen non solum, sed etiam qui eos inter habitabant Judæi, quorum ille curam nusquam gentium neglexit.

Pearsonius ex eo potissimum suadere nititur Babylone Ægyptia Petrum Epistolam suam primam scripsisse, quod Petrus statim ac Babylonem nominaverit, Marcum quoque nominet, qui in Ægypto Apostolatus munere functus est. Quæ argumentandi ratio si valeret, quum nos Marcum Evangelium suum Romæ scripsisse probemus, ex iis quæ Romæ

Pe-

Arabiae Aegyptoque contermina: siquidem Nilus cui apposita est ut plerique dicunt, Arabiam Aegyptumque determinat, diu quoque in eadem rerum & hominum egestate perduravit, donec per tempora Christianae calamitatis paulo ante exorta Mahometica impietate, rursus in servorum recidit servitutem,

Petrus ipse docuerat, pro nobis potius ex D. Petri loco argumentum duci potest, & eo plane facilius quod Petri Epistola inter 43. & 49. Christi annum scripta videatur; (Dodvvellus ann. 54. Ligfootius an. 65. Nevvtonus in Apocalypf. Neronis 12. alii an. 61. At Fabricius tom. 4. Bibl. Græc. an. 43.) & Marcus in Aegyptum venisse an. circ. 49. Verum quum hac nondum satis explorata sint, animadvertisse sufficiat, quod quicumque de Aegypcia Marci prædicatione loquuti sunt, nullam de Petro mentionem habent; nec quisquam unquam aut Aegyptiorum veterumque Patrum putavit Divum Petrum regionem illam fidei lumine illustrasse.

Restat ut novas audacissimasque Capelli Millique hac de re sententias expendamus. Etenim Capellus in hist. Apost. Babylonis nomine Jerosolimas Petrum vocasse docuit, animadvertens quod

ea civitas post obitum Christi Domini integræ vitæ homines scelerisque puros exagitans, & Christi asseclas carcere afficiens & damnans capite, in spiritalem veluti Babylonem conversa fuerit. Millius vero vocem *συνηλεκτή* Christianæ scæminæ epitheton esse vult, quemadmodum *electa* illa apud Joan. ep. 2. v. 1. & 13. quinimo ipsius Petri uxorem eam fuisse censet advenis dispersionis notam, quod illam solet Petrus circumducere, teste D. Paulo ep. 1. ad Corinth. ix. 5. Ad Capellum quod spectat, quum epistolam de qua loquimur Petrus dedit, nondum sane Hierosolymiam idolorum cultus invaserat, nondum Judaeæ religionis honor ibi penitus corruerat (Moylis enim legem ante Hierosolymitani templi everfionem mortiferam non evasisse, censent Theologi). Degebant in ea urbe Apostoli, degebant multa Hebræorum millia, quos illi Christo adjunxerant, & quibuscum

sa-

tem, iactisque tum demum fundamentis ibi maximi Imperii, mira incrementa accipiens ex ruinis præcipue proximarum civitatum Melpheos, & Heliopoleos, in eam crevit amplitudinem, ut & murorum ambitu, & populorum frequentia cæteris omnibus longo intervallo urbs ipsa præponenda sit: nuper autem everfa servili tyrannide per Selimum Turcarum Imperatorem, maximam quoque partem pristini splendoris amisit: *Cairum* autem nunc appellant, non quod ibi olim *Carre* fuerint, ut Platina Blondusque crediderunt, nec quod idem nomen illud sit cum nomine Babylonis, ut Persuasi fori video persuasum esse, sed quod inter statum, ut peritiores ejus linguæ dicunt, bonum rectumque significat, cum contra Babylon significet con-

N 4

fusio-

facras rite colebant cæremonias, curam omnium gerente S. Jacobo fratre Domini. Adde quod nullo alio in loco Hierosolymam Babylonis nomine appellatam invenimus: & Cyrillus Alexandrinus ejusdemque Cyrilli verba describens Procopius, qui Babylonis nomen Jerosolymis datum esse ab Isaia comminiscuntur, nemo dubitat, quod male senserint.

Neque multis egemus ad Millium confutandum. Græcus textus non habet quidem *Eccllesia*, sed cum latino habent Arabs, Syrus, & Æthiops; & certe verisimile non est quod D. Petrus qui de uxore nondum quicquam meminerat, ge-

nerali illam nomine *coelecta* ad calcem epistolæ vocaverit. Ad hæc si uxorem Petrus circumducebat, quid opus erat, ut diceret, illam Babylone versari? Satis erat dicere: *Salutat vos uxor, quæ una mecum est in Babylone*; neque erat necesse dicere *quæ est in Babylone coelecta*. Tandem *electam* illam cui Joan. scripsit, Ecclesiam esse docti quidam viri contendunt, & Commentarii in Epistolas Canonicas qui sub Clementis Alexandrini nomine extant tom. 3. Bibliot. PP. tanto auctori perperam tribuuntur, ut probat Nic. le Nourry diff. 3. de operibus. S. Clem. Alex.

fusionem. Enimvero si Persuasori quoque dedissemus numquam Romæ fuisse Petrum, nulla tamen veri esset similitudo cur crederemus ex Babylonia scripsisse, aut ibi diutius traxisse moram. Omitto quod licet Babylonicæ Ecclesiæ nomine salutem adscribat, non tamen continuo necessarium est Babyloniæ quoque scriptam Epistolam. Potest namque & de ablente Ecclesia illud intelligi, quod Pauli testimonio convincemus. *Salutant vos*, inquit ad Romanos, *omnes Ecclesiæ Christi*. Nunquid nam Paulus aut tunc erat aut olim fuerat apud omnes Ecclesias? Rursus in priore ad Corinthios. *Salutant vos omnes Ecclesiæ Asia*, cum Philippis scripta sit epistola, quæ urbs fuit Macedonia, nunc autem everfa. In posteriore vero; *Salutant vos omnes sancti*, cum pauci fortasse admodum tunc essent cum Paulo. Dixisset certe Petrus si in Babylone Ægyptia tunc fuisset. *Salutat vos quæ mecum est Ecclesia*, velut interim Paulus *qui mecum sunt Sancti*, nisi & qualis tunc esset Romæ divinorum humanorumque confusio, eo potissimum vocabulo significare voluisset, tacito proprio Romæ nomine, ne forte exceptis litteris, incitarentur in Ecclesiam Romanorum animi. Quod & Paulus fecit scribens se ex ore Leonis liberatum, nisi ridicule non Nerone sed id animal, quod nomen significat velimus intelligere. Omitto præterea, quod Papias Apostoli Joannis auditor, Romam dixit figurate pro Babylonia apud Petrum intelligi. At vero cum non multum a Strabonis ætate distent Petri tempora, credo equidem Persuasorem opinatum, Petrum humanitate ductum in Ægyptum perrexisse, ut milites Romanos qui illic in præsidio erant, ad

Chri-

Christum converteret, ex quibus illa demum conflata sit Ecclesia, cujus nomine salutem ascribit. Cum enim undique solitudines essent, magno iudicio is qui tamquam operarius in fegetem missus fuerat, non frequentia populorum celebrem aliquam regionem, sed arcem hanc in desertis munitam sibi elegit, ut ductum quispiam dicat desiderio visendarum Pyramidum. Cum vero sciamus ubi Paulus prædicavit, vicissim quoque scimus quibus persuaserit fidem, quod item de Jacobo, Thoma, Joanne, & aliis possumus dicere. At vero Petrus ipse, qui primus Christum *Dei filium* confessus est, cui soli dictum legimus, *ut oves agnosque pasceret*, qui se electum dicit, ut per os ejus gentes agnoscerent veritatem; quæro quidnam in hac solitudine tam longo temporis spatio fecerit? Antiochia certe prior illius pontificia Sedes Evodium, Egnatium & ne plura prosequar ab illorum disciplina Chrysostomum nominabit; Clementem, Dionysium, Didimum, Athanasium, Petrum, Cyrilum Alexandria; vera autem Petri Sedes Romana civitas instituta Petro, non minus in Ecclesiæ primordiis sanctissimis doctissimisque hominibus referta fuit, quam ante Christum cognitum in disciplina militari clarissimis Imperatoribus.

Quoniam vero in operis peroratione omnino mihi non admonendus solum, sed increpandus etiam Persuasor esse videtur, pollicitusque sum, me non severe, non acriter, non austere cum ipso acturum esse, sed leviter, sed urbane; excitandus mihi esse videtur a superis aliquis ex Apostolorum familia, qui a Christo sibi concessa libertate utens, optimam causam paulo vehementiori oratione tueatur. Existat igitur potissime ipse Petrus, cu-

jus

jus negotium agitur, qui gravitate illa digna Principe Apostolorum, tanquam e sublimi aliquo suggestu, totius orbis advocata concione, non minore eloquentia quam vi efficaciaque orationis semet ipsum causamque suam defendat, oblitusque paulisper incredibilis illius jucunditatis qua jam tot seculis fruitur, dignam dolore maximo, dignam tanta contumelia vocem emittat. Sic igitur ut opinor aget, sic loquetur. Ita ne ego de universo hominum genere promeritus sum, non modo cum squallore, catenis, & carcere, quæ quidem per sepe gravia & aspera videntur, sed cum immanissimis hostibus, cum crudelissimo totius orbis tyranno, cum flammis, gladiis, crucibus denique die nocteque decertans, ut nunc demum a loco graduque dejectum in horridas asperasque solitudines, velut capite damnatum relegaretis? Nonne satis magno cum impetu arcem totius orbis, fulmen illud prædicationis nostræ concussit, ut qui inde secutus est fragor, omnibus notus esse videatur? Nonne præclare testata inscriptaque sanguine nostro trophæa reliquimus, quæ fixa nunc etiam immotaque persistere, nemo hæcenus ausus fuerat denegare? O frustra suscepti mei labores, frustra superata tormenta! Ego cum genus humanum, quod afflictum perditumque jacebat, a Deo Opt. Maximo excitandum suscepissem, ad eam potissimum partem primas cogitationes meas converti, quæ non modo plus cæteris teterrimo morbo laborabat, sed quæ in reliquis quoque crudelissimæ illius pestis venenum fundere posse videbatur. Ego cum portentum illud ex Samaria profectum, velut Hydram Herculis singulari certamine aggressus, maximis viribus perstravissem; ego denique cum

cum salutis vexillum in urbe totius Orbis longe principe, atque adeo in ipso Capitolio erexissem, mihi numquam hoc usu sperarem venturum, ut quos sudore, quos sanguine meo maxime conservatos volueram, ab illis potissimum, ex ea sede, quam proprio mihi sanguine pararem tanto cum scelere deturbarer? Parum profecto vobis erat, quod impia quadam excogitata doctrina gentem Bohemorum olim hostibus meis infestissimam, nunc in memet ipsum tanto cum impetu commovissetis: quod ferocissimos Saxoniarum populos præcipuos nominis mei cultores, nefariis quibusdam persuasionebus a me alienassetis; quod faces denique sicut Aleto illa per universam Germaniam atque adeo per totum orbem circumferentes, amicissimos mihi populos in me quotidie inflammare niteremini; nisi etiam a sanctissimis illis Romanæ urbis penetralibus, ab aditu ipso templi mei, ab Urbe ipsa quam expurgandam simul & conservandam Christus mihi tradiderat, nunc demum me expellere tanto cum populorum tumultu conarentini? Et quoniam, rogo, me ex tanta hominum celebritate ejectum relegabitis? An potissimum in Babyloniam & illam quidem non Arabiæ tantum, sed totius impietatis arcem atque perfugium? Quidnam interroganti Christo responsurus sum me per tot annos egisse, quot vos me loca illa inhabitasse contenditis? Quodnam adjumentum teneris adhuc Christianæ reipublicæ incunabulis præstitissem? nullus certe ad hanc diem Babylonius, nullus Arabs auditus est non modo pro Christo depugnasse, sed Christiani etiam nominis non inimicissimus. Siccine vobis verisimile sit, illius quam vos confingitis Babylonice Eccle-

264 DE ITIN. ROM. D. PETRI L.II.

clesiæ a me posita fuisse fundamenta, sic Arabiam me optimis & institutis & moribus constitutam stabilitamque reliquisse, ut fax illa totius orbis, pestis perniciosæque religionis Christianæ ex illa potissimum regione exierit, quam ego regendam gubernandamque suscepissem? & ex qua nihil unquam non modo pietati apostolicæ consentaneum, sed nisi omnino tetrum, impium, sceleratum, detestandumque prodiisse non dubitamus.




ANNALES
SS. PETRI ET PAULI:

ACCEDIT
APPENDIX MONUMENTORUM
DE RORUM GESTIS CULTUQUE
IN URBE.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

AN-



VIN. ALEXANDRI CONSTANTII

ANNALES

SS. APOSTOLORVM

PETRI ET PAULI

ACCEDIT

APPENDIX MONVMENTORVM

DE GESTIS CVLTVQVE B. PETRI

IN VRBE

EODEM CONSTANTIO AVCTORE.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EXCVDEBAT GENEROSVS SALOMONIVS


PRÆSIDVM FACVLTATE.





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL



VIN. ALEXAN. CONSTANTII
IN ANNALES
SS. PETRI ET PAULI
AD SANCTISSIMUM D. N.
CLEMENTEM XIV.
PRAEFATIO.

BENE ac sapienter vetustissimi Catalogi Libe-
riani auctor, CLEMENS P. M. Episco-
patum post gloriosam CHRISTI Domini
Ascensionem, susceptum statuit a D. PE-
TRO. Imperante Tiberio Casare, inquit,
passus est Dominus noster Jesus Christus duo-
bus Geminis Consulibus VIII. Kal. Aprilis, & post ascensum ejus
Beatissimus PETRUS Episcopatum suscipit: curam scilicet Ec-
clesiæ universæ. Ecclesiam autem Christiani omnes intelligere
debent eo plane sensu, quo CHRISTUS Apostolorum principi
illius curam committens, dixit, *Matth. xvi. 18. Tu es Petrus
& super hanc petram edificabo ECCLESIAM meam* &c. ubi de
re adhuc futura loquitur, ut S. Lucas de præterita, *Act. II. 47.*
Do-

Dominus autem augebat qui salvi fierent quotidie in idipsum. Inter illud igitur tempus, quo ista PETRO Ecclesiae mox aedificandae capiti constituto, loquutus est, & quo populus *salvandus augebatur*, ipsa Ecclesia de qua loquitur, super PETRUM aedificata & constituta est. Hujus autem Ecclesiae secundum CHRISTI praedictionem promissionemque congregata, curam & regimen sibi potissimum suisque successoribus a Domino commissum, divino mandato PETRUS suscepit post gloriosam divini Servatoris Ascensionem, quae ejusdem Crucifixionem Resurrectionemque proxime sequuta est. Quis autem ille annus fuerit, quo CHRISTI Domini Crucifixio contigit, ex sacris litteris liquido constare non puto; neque alius quisquam character relictus est, qui eum plane determinateque signet. Nativitatem CHRISTI sub regno Herodis contigisse scimus: quot annos ipse vixerit certo non scitur: & eo quidem tempore natum scimus, quo a Cyrenio in Judaea census actus est: quis tamen ille fuerit annus, Annales non docent. A vero igitur Natali Salvatoris, certa & indubitata epocha duci non potest. D. Joannem decimo quinto Tiberii anno *Baptista* munus inchoasse certum est; sed quamdiu illud exercuerit antequam Jesus CHRISTUS ab eo baptizatus esset; quam cito Christus Dominus post baptismum, Evangelium praedicaverit; quot Paschata a baptismo ante mortem ejus celebrata sint, nondum explorare constat. Judaei Rabbinici haec omnia misere confuderunt, & ut opinor ex indultia. Josephus licet Joannis & CHRISTI JESU mentionem fecerit, eorum tamen annos non attingit; nec quidquam apud vetustissimos Patres de annis CHRISTI manifeste traditum reperitur. Sub Pontio Pilato constat Christum crucifixum esse, & quidem teste Cornelio Tacito sub Tiberio Imperatore Romano. Ita enim ille Annalium lib. xv. de iis, *quos vulgus Christianos nominabat*. *Author nominis ejus CHRISTUS, qui Tiberio imperitante per Procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus est.* Pilati autem res gestas in Judaea breviter perstringit Josephus, neque ejus tempora distinguit. Quae omnia etsi Tibi notissima atque exploratissima sint, BEATISSIME PATER, qui ab ineunte adolescentia in sacris scripturis diurna

nocturnaue manu evolvendis versatus, divini verbi eloquia, in Tuum, ut ita dicam, sanguinem & succum convertisse videris; aliquid tamen de illis praefari operae pretium existimavi, ut Chronologici nostri systematis in D. PETRI gestis explicandis rationem, lectoribus aperirem. Vulgaris nunc Aera CHRISTI obtinet sive a Dionysio sive a Beda profecta: secundum quam hunc ipsum annum quem nunc agimus, quoque Deus Optimus Maximus SANCTITATEM TUAM mirifico suae providentiae instinctu in PETRI folio collocavit, omnes numerant septingentesimum sexagesimum nonum supra millesimum. Cujus annus primus Periodi Julianae annus 4714. Romanae indictionis 4. Lunaris cycli 2. cycli Solaris 10. Sed eam veram non esse (quod ad nativitatem CHRISTI spectat) pro certo haberi debere, optime scis, PATER BEATISSIME; quum pro Tua in rebus Chronologicis peritia, profecto non ignores, eandem Dionysiam qua utimur epocham ad Regnum Herodis, sub quo natum esse CHRISTUM extra controversiam est, aut ad triginta annos ante decimum quintum Tiberii, minime pertinere. Utcumque autem se habeat, quum passionem CHRISTI certissime antevertat, satis est ad certitudinem historiae Ecclesasticae, si aliquis in ea Aera annus notari possit, quo CHRISTI Passio, Resurrectio, & Ascensio (ab his enim temporibus Ecclesiae & PETRI ejus Capitis, episcopatus epocha desumenda est) contigisse dicatur. Statuo igitur tanquam communi veterum scriptorum sententiae immo & veritati ipsi maxime consonum cum Chronico Liberiano, CHRISTUM passum esse Tiberii anno, a morte Octaviani Augusti decimo quinto, imperii vero proconsularis decimo octavo; *Aera* vulgaris vigesimo nono, periodi Julianae 4742. Procuratoris officio in Judaea fungente Pontio Pilato, Consulibus Lucio Rubellio Gemino, & Cajo Fusio Gemino. Quum vero idem Dominus noster JESUS CHRISTUS tertia die a mortuis stupenda virtute excitatus, mulieribus sese ostendisset, id PETRO nuntiari mandavit, qui statim veloci cursu ad tumulum cum Joanne cucurrit, haerenteque foris Joanne, ad secundam non intrante speluncam, intravit audacter ipse, pro-

procumbensque ad Aquilonarem partem, (quippe sepulturæ locus tribus in marmore palmis erat excisus, proclivatis nonnisi corporibus in adpectu cadens), adspexit diffusa *lin-teamina* ac *sudarium*, *Joan. xx. 6. 7.* Quibus visis, paullo post eo ipso die CHRISTUS se illi viventem & gloriose triumphantem exhibuit, depulso PETRI ex pectore angore, & deleto infelicis illius noctis erratu, quo abnegato Magistro, tantus Apostoli mentem horror cum pœnitentia subierat, ut confitendo scelus, mori percuperet. Igitur, quum CHRISTUS Apostolos suos persæpe divino adpectu, alloquioque consolatus exhilarasset, uni præsertim SIMONI PETRO divinæ mentis ardores large rorabat, agnos *oves-que pascendi* cura demendata, traditis jam *clavibus regni caelorum*, potestateque *ligandi atque solvendi*. Nec multo post, quum *per quadraginta dies* fuisset in terris commoratus, *apparens eis & loquens de regno DEI*, eodem Aeræ communis anno *xxix. videntibus illis, elevatus est*. Quapropter ab *hujus* anni mense Majo, quo *JESUS assumptus est in caelum*, Principis Apostolorum res gestas (habita etiam ratione *gestorum D. PAULI* qui simul cum eo Romæ passus est) ad ipsius *Aeræ CHRISTI* vulgaris, *Cæsarum*, & *Consilium* annos accommodatas, singillatim exponere, Tibique nuncupare constitui, CLEMENS PONTIFEX MAXIME, Tua certe magis benignitate permotus, quam mearum virium æstimatione confisus. Sed scribere ingressum Sanctorum Apostolorum historiam, monumentaque etiam nonnulla de eorum *gestis* cultuque in urbe Roma, ad Cortesiani operis complementum, colligere incipientem, deterruit statim me incredibilis rei magnitudo ac difficultas, pene ut desperarem, quod animo conceperam posse præstare. Quamquam enim quidquid labore, studio, diligentia profici in eo genere potest, id omne ad Principis Apostolorum illustriora facta ex sacris litteris, veterumque Ecclesiæ Patrum monumentis eruenda, breviterque juxta annorum seriem explicanda, fuerim persecutus; reliqua tamen erant plurima adeo vel obruta diurnitate temporum, vel sæculorum barbarie obscurata, ut certa ab incertis secernere, dubia a falsis

falsis feligere, ac singula critica lance ponderare; ordinateque referre, vix ac ne vix quidem possem. Itaque non solum lente procedebat opus, sed jam fere cogitationem abjeceram susceptæ librorum *de Romano D. PETRI itinere* editioni, monumentorum Appendicem addendi. Qua in dubitatione maxima quum versarer, opportune contigit CLEMENS SANCTISSIME, ut proximis autumnalibus feriis BEATITUDINEM TUAM conveniendi mihi divinitus oblata facultas fuerit. Quum enim me nullius pretii hominem pedibus provolutum Tuis, non modo benigne comiterque excipere, sed ultro etiam meos in *Gregorii Cortesii* Cardinalis lucubrationibus edendis illustrandisque labores laudare, eosque Apostolica Tua benedictione nominatim prosequi completique dignatus sis; haud facile dictu est, quantum mihi ex tam propensa atque honorifica optimi Principis voluntate, studii, lætitiæ, atque alacritatis accesserit, ut inceptum opus, quacumque demum ratione fieri posset, pro virili absolvendum perficiendumque curarem. Quamobrem ad Urbem reversus, collegi me statim atque constitui, eam mihi rationem ineundam, ut sin minus omnia quæ ad SS. PETRI & PAULI res gestas cultumque pertinent plene, diligenter, ordinateque scribere liceret, scriberem tamen aliquid, Tibique qui me eo nomine benedicere voluisti, CLEMENS PONTIFEX MAXIME, repræsentarem jam non imagines Sanctissimorum Apostolorum expolitas atque perfectas, sed nescio quid quasi e quercu exculptum, quod haud dissimile simulacri videretur. Ejusmodi sunt *Annales SS. PETRI & PAULI*, Appendice monumentorum de gestis cultuque eorundem in urbe Roma aucti, quos conscribere instituimus, ad Teque una cum Cortesii libris mittimus, PATER BEATISSIME, qui unus mihi es & lector & iudex optandus æquissimus. Neque frustra optaverim, quum quæ Tua eruditio est, optime noveris, multa propter monumentorum inopiam haud ita facile hac præsertim ætate, in lucem proferri potuisse: quæ vero Tua est in omnes quidem mortales illa, sed mihi privatim etiam perspecta humanitas, meum isthuc qualecumque munus æqui bonique con-

fulens efficies, ut nostræ per se rudes indoctæque lucubrationes, clarissimi Tui nominis splendore majestæque exornatæ, cum limatissimis eruditissimisque Cortesii libris in publicam hominum lucem celebritatemque venire non erubescant.

Ex Bibliotheca Vaticana xiv. Kalendas Decembris
cl. l. cc. lxxix.



ANNA-

ANNALES SS. PETRI ET PAULI.

Anno DOMINI xxix.

TIBERII a morte Augusti 15. & 16.

Ejusd. ab Imperio Proconsulari 18. & 19.

Consules (LUGIUS RUBELLIUS GEMINUS,
(CAJUS FUFIVS GEMINUS.



OC anno die xxiv. mensis Maii (a) Beatus PETRUS tamquam visibile Ecclesiæ suæ Caput a CHRISTO Domino constitutus, Apostolis & discipulis Hierosolymæ in coenaculo, hoc est superiore parte ædium congregatis, ejusdem CHRISTI promissionem jamjam adimplendam expectans, *exsurgens in medio eorum*, divina afflatus aura, ostendit Collegis, oportere, ut veterum implerentur Patrum vaticinia, & in proditoris Judæ locum ex ipso numero aliquis sufficeretur, ne sella inanis illa perenne dedecus sacro in ordine testaretur: prævidisse Davidem mille & amplius ante annos cum scelere etiam expiationem peccati, abstergendamque communem maculam edocet. Quibus verbis ceteri assensu, rem forti committere voluit, statutisque ex omni discipulorum illic collectorum coetu (*erat autem turba hominum simul fere centum viginti*) Josepho, qui vocabatur Barsabas, cognomento Justus, & Mathia, *cecidit fors super Mathiam*, & *annumeratus est cum undecim Apostolis*, quemadmodum ex Actuum Apostolicorum capite 1. colligitur. *Et cum completerentur* 3 *dies*

(a) Secundum Romanos *U* pro ascendisse ad caelos decima quarta Maii. Assentiuntur Usserio *U* Langius, Labbeus, alique *U* passum dicit die tertia Aprilis, rum Chronologicarum scriptores.

fulens efficies, ut nostræ per se rudes indoctæque lucubrationes, clarissimi Tui nominis splendore majestæque exornatæ, cum limatissimis eruditissimisque Cortesii libris in publicam hominum lucem celebritatemque venire non erubescant.

Ex Bibliotheca Vaticana xiv. Kalendas Decembris
cl. l. cc. lxxix.



ANNA-

ANNALES SS. PETRI ET PAULI.

Anno DOMINI xxix.

TIBERII a morte Augusti 15. & 16.

Ejusd. ab Imperio Proconsulari 18. & 19.

Consules (LUGIUS RUBELLIUS GEMINUS,
(CAJUS FUFIVS GEMINUS.



OC anno die xxiv. mensis Maii (a) Beatus PETRUS tamquam visibile Ecclesiæ suæ Caput a CHRISTO Domino constitutus, Apostolis & discipulis Hierosolymæ in coenaculo, hoc est superiore parte ædium congregatis, ejusdem CHRISTI promissionem jamjam adimplendam expectans, *exsurgens in medio eorum*, divina afflatus aura, ostendit Collegis, oportere, ut veterum implerentur Patrum vaticinia, & in proditoris Judæ locum ex ipso numero aliquis sufficeretur, ne sella inanis illa perenne dedecus sacro in ordine testaretur: prævidisse Davidem mille & amplius ante annos cum scelere etiam expiationem peccati, abstergendamque communem maculam edocet. Quibus verbis ceteri assensu, rem forti committere voluit, statutisque ex omni discipulorum illic collectorum coetu (*erat autem turba hominum simul fere centum viginti*) Josepho, qui vocabatur Barsabas, cognomento Justus, & Mathia, cecidit fors super Mathiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis, quemadmodum ex Actuum Apostolicorum capite 1. colligitur. Et cum completerentur

(a) Secundum Romanos *U* pro ascendisse ad caelos decima quarta Maii. Assentiuntur Usserio Langius, Labbeus, alique recentissimi Chronologicarum scriptores.

dies Pentecostes, scilicet quum quinquagesimus dies a Resurrectione CHRISTI illucesceret, omnesque eo loci perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus & MARIA matre JESU & fratribus ejus, almi Spiritus adventum præstolarentur, factus est repente de celo sonus, inquit Lucas Actor. cap. 2. tamquam advenientis Spiritus vehementis. Itaque momento temporis quasi domus, & in unumquemque ignitæ linguæ cælo delabi visæ, adeo ut repleverentur omnes Spiritu Sancto, altissimaque intelligerent nudarentque mysteria. Obstupesceres cuncta illis concessa gentium eloquia, summam dicendi vim, adeo ut omnes Athenis natos educatosque crederes. Augebatur admiratio a personis tam antea insciis ac rudibus, præsertim quum audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Civitas ipsa Hierosolyma, tunc florentissima Judææque regina, cum variarum gentium, tum maxime Judæorum ex omni natione que sub celo erat, concursu clarissima, stupida CHRISTI discipulos concionantes, & ita subtiliter sacrorum arcana librorum interpretantes admirari. Par omnium stupor, inæqualis animorum jactatio, & dispares sententiæ erant: laudare alii, & miraculo divinitatis factum tribuere; irridere alii, & vino languidos gravatosque ea effutire jactantes: indigena cuncta in deterius, peregrinus piè accipere credereque. Quod ubi sensit Apostolorum Princeps PETRUS, eundem arrogantiam obviam, & premendam Judæorum impietatem ratus, stans cum undecim levavit vocem suam, gravissimaque in conspectu populi concione habita, calumnias refellit, prædicationem explicat de CHRISTO & Resurrectione ejus, de Ascensione & il lapsu Spiritus differit; ad resipiscentiam & baptismum Judæos vocat, & tria auditorum millia eo ipso die ad agnitionem VERITATIS convertit, Quid hi Judæi ad fidem Christianam PETRI prædicatione conversi fecerint, quomodo in Ecclesiam recepti & in ea versati sint, docet S. Lucas Actor. cap. 2. versu 41. & seqq. Quum autem iidem omnia ex præscripto PETRI & Apostolorum peragerent, quum multa prodigia & signa per Apostolos in Hierusalem fierent, unum præcipue memorabile fuit. PETRUS & Joannes (ait idem divinus historicus capite 3.) ascendebant in Templum ad horam orationis nonam: cum quidam vir qui erat claudus ex utero matris sue bajulabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi, que dicitur speciosa, ut peteret elemosynam ab introeuntibus. Huc igitur omnibus notissimo, stipem ab Apostolis exposcenti; Beatus PETRUS valetudinem CHRISTI nomine statim concessit.

fit. Cum ille teneret PETRUM & Joannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, qua appellatur Salomonis stupentes. PETRUS autem liberrima oratione circumstantes Judæos perstringens, docet inopem illum assiduo membrorum horrore correptum, sanatum esse per fidem in CHRISTUM JESUM, quem illi crucifixierant, multique eorum, qui audierant verbum crediderunt, & factus est numerus virorum quinque millia. Loquentibus autem illis ad populum, supervenerunt Sacerdotes & magistratus Templi, & Sadducæi, dolentes quod PETRUS & Joannes privati Judæi populum docerent, annuntiarentque in Jesu resurrectionem mortuorum, quam Sadducæi prorsus negabant. Injecerunt igitur in eos manus, & posuerunt in custodiam in crastinum. Verum Apostolos, ministerio Angeli liberatos, dum sequenti die Princeps Sacerdotum & Sadducæi coacto Synedrio (cui Anna, Caïpha, Alexander, Lyfimachus, & Joannes Annæ filius præsidebant) in carcere frustra quærent, in templo prædicantes apprehendunt, productosque in Concilium mandata sua repetunt, rationemque reddere jubent, quare Synedrii præcepto non obtemperassent, totamque civitatem, Jesu nomine & doctrina implere pergerent. At PETRUS magna animi fiducia, mandatum DEI præfert, CHRISTIQUE servatoris, quem ipsi immanissime cruciatum, in lignoque suspensum, foedissime interemissent, virtute, gloria, divinitateque collaudata, in illo omnia bona, omnem spem salutemque humani generis stare, edocet. Obturbavit Magistratum Piscatoris oratio, & perculit simul magnitudine sceleris exterritos auditores, erumpens ex ore Apostoli veritas, quam ipsi variis involucris obtegere ac suppressere nitentur; & libera vox elatis fontibusque in animis adeo stomachum cum admiratione movit; ut PETRUM & Apostolos interficere cogitarent. Non enim ultra celari illustrem populum posse videbant, dolebantque cecidisse in irritum tot labores, frustra susceptas vigilias, aut machinamenta exquisita: concussos magistri morte iterum vigere animos, sedatosque effervescente; nec pulsum ex hominum memoria extincti desiderium: abscisso uno capite, plura enasci ac pullulare querebantur, nec novarum rerum finem unquam futurum: abjectissimæ conditionis hominibus divina concessa eloquia, cunctas disciplinas, contra sua obmutescere ac obstrui ora, objecta veritate ingemiscebant. Hæc, amotis consilio aliquantisper Apostolis, differentibus Israelitarum senioribus, quidque agendum foret consulentibus, placuit tandem cunctis

AE R A E
Vulgaris
Anno 29.

etis saluberrima Gamalielis sententia (quem fuisse animo Christianum, qualis Nicodemus fuit nonnulli arbitrantur) ut scilicet dimittantur Apostoli & expectetur exitus. Quare minaciter increpitos flagrisque caesos dimittunt, proposita gravi poena, si quis CHRISTUM nominaret aut concionibus, illius facta jactaret. *Et illi quidem* (prosequitur divinus historicus *Actor. cap. v. vers. 41. & 42.*) *ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine JESU contumeliam pati. Omni autem die non cessabant in templo & circa domos docentes & evangelizantes CHRISTUM JESUM.*

Anno DOMINI xxx.

TIBERII a morte Augusti 16. & 17.

Ejusd. ab Imp. Proconsulari 19. & 20.

Consules { MARCUS VINICIUS,
LUCIUS CASSIUS LONGINUS.

AB hoc Consulatu annos xxv. Pontificatus D. PETRI incipit computare author vetustissimi Catalogi Liberiani, prout observavimus in Commentario ad librum secundum Gregorii Card. Cortesii de Romano itinere gestisque Principis Apostolorum pag. 81. & 82.

Hujus anni initio, crescente Hierosolymis fidelium numero, sacrum Diaconatus ordinem Apostoli instituerunt, qui septem viros boni testimonii, plenos Spiritu Sancto a discipulis propositos, manuum impositione Diaconos ordinaverunt. Quum autem multitudinis credentium esset cor unum & anima una; nec quisquam eorum, quae possidebat, aliquid suum esse diceret, sed essent illis omnia communia, avaritia virum quendam Ananiam nomine invasit. Hic, quum, conscia etiam Sapphira uxore, imminuto agri nuper divenditi pretio, partem surripuisset pecuniae, PETRUS cui magna ex parte caelestia arcana patebant, accersitum hominem, ac pertinaciter negantem, coarguit, graviterque reprehendit. Quibus auditis Ananias, statim corruit, atque animam exhalat, eadem etiam infelici morte subtracta uxore, quae, par scelere viro, eadem pervicacia agitabatur. Horum inopinata morte tremefacti ceterorum animi, omnem penitus abiecerunt simulandi artem, lucrique cupidinem. At PETRI sanctitas omnium praeconio celebrabatur, ac mira in curandis morbis felicitas, ingensque nominis fama, Judaeam gentisque finitimas peragrata, sum-

AE R A E
Vulgaris
Anno 30.

nam hominis videndi cunctis desiderium fecerat: aegroti, debilesque in lectulis ac grabatis positi, in vias ac plateas passim deferri, ut veniente PETRO non tactu, sed umbra illius, valetudini redderentur (*Act. cap. v. v. 15.*) ingens favorum praerogativa, sed digna vertice Apostolorum: omnium ore PETRI laudes decantari celebrarique. Apostoli interea cum orationi & ministerio verbi instarent, verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Jerusalem valde: multa etiam turba Sacerdotum obediebat fidei, (*Actor. VII. 7.*) At gravissima orta est Hierosolymis persecutio per summum Sacerdotem & Synedrium; in qua primo Sanctus Stephanus vir plenus fide & Spiritu Sancto, ac septem Diaconorum prior, ad Aquilonarem portam lapidibus obrutus est; & cum funderetur sanguis ejus, SAULUS adhuc juvenis astabat & consentiebat, custodiebatque vestimenta interfectum illum, (*Actor. XXII. 20.*) Philippus autem septem Diaconorum secundus abiit in Samariam, & communes mensae discipulorum disturbatae sunt, & haud pauci ex discipulis ab urbe Hierosolyma & ex Judaea discesserunt. At Samariam (quae & Sebasten nuncupatur) nobilem urbem & vetustate illustrem, ac unius diei itinere Hierosolyma distantem, Simon quidam magus ita praestigii in sui admirationem allexerat, ut caelo illum missum plerique venerarentur (a). Nihilominus accedente Samaritanis Philippo post Stephani necem ut modo diximus profugus a Judaea, confutata Magi doctrina, & ignotis antea praestigii detectis, multi cum ipso Simone CHRISTUM confitentur, & baptisma suscipiunt. Qua re perlata Hierosolymam, laeti Christiani eo PETRUM Joannemque delegarunt: siquidem surgens jam inter infestissimos hostes res Christiana, ad stabilienda Sacramenta Capite & Principe Christiani dogmatis indigebat. Quare baptizatis a Philippo Samaritanis, post solitas preces, injectis capiti manibus, confirmationis Sacramentum contulit. Id ubi vidit Simon, miratus eo modo concedi almi Spiritus gratiam, ab Apostolis enititur quod virtute & sanctimonia nequiret, vi pecuniarum ad tam grande donum accedere, oblato iisdem Apostolis pretio. Quod indignissime ferens PETRUS, conversus ad hominem: Pecunia tua (inquit *Actor. VIII. 20. & 21.*) tecum sit in perditionem, quoniam donum DEI existimasti

(a) De Simone Mago vide sisque D. PETRI pag. 18. & 30. quae diximus in notis ad Cortesii quaeque habentur in sequenti monumentorum Appendice cap. xi.

masi pecunia possideri. Non est tibi pars neque fors in sermone isto: cor enim tuum non est rectum coram DEO. Commonefacit etiam hominem sceleris, ut poeniteret, rogaretque DEUM, si forte precibus lenitus, tam dirum præposterumque iudicium remitteret. Ille mire territus, cælestemque veritus iram, quam assidua scelerum consuetudine irritarat, exoravit Apostolos, ut sui apud DEUM meminissent, ne, quod ipsi vaticinati essent, sibi contingeret.

Ejecto debellatoque Simone, ejusque impia hæresi profigata, confirmatisque discipulis, multis demum Samaritanorum pagis Evangelii prædicatione illustratis, Princeps Apostolorum cum Joanne Hierosolymas rediit, ubi usque ad annum æræ vulgaris xxxiv. quo Lyddam profectus est, sese continuit, ut suo loco videbimus.

Anno DOMINI xxxi.

TIBERII a morte Augusti 17. & 18.

Ejusd. ab Imp. Proconsulari 20. & 21.

Consules (TIBERIUS AUGUSTUS V.
(LUCIUS AELIUS SEJANUS.

Interea ingravescente persecutione, SAULOQUE adolescente (a Synedrio potestate concessa) Ecclesiam modis omnibus persequente atque expugnante, fideles omnes, præter Apostolos, Hierosolymis relictis, dispersi sunt. Nam SAULUS acerrimi ingenii juvenis, gloriæ avidus, & nondum adversis rebus jactatus, in patriis defendendis ritibus veram se adepturum laudem, nomenque immortalitati commendaturum sperabat. Quamobrem quum propagari latius a dispersis discipulis CHRISTI religionem per varias urbes & provincias videret, neque ullo penarum metu coerceri, amplius insaniens in eos persequeretur usque in exterarum civitates, & adhuc spirans minarum & caedis in discipulos, a principe Sacerdotum petiit & impetravit epistolas in Damascum ad Synagogas, quibus fieret illi facultas cuiusque mortalis CHRISTUM venerantis devinciendi attrahendique Hierosolymam, sive ut divini historici verbis uti pergamus, *Actor. cap. ix. ut si quos invenisset hujus vitæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem, & habens potestatem alligandi omnes, qui invocabant nomen CHRISTI.* His litteris munitus, nulla interposita mora, festinus Christianorum sanguinem excidiumque anhelans, Damascum properabat, jamque

magnam itineris partem confecerat, quum subito, die viii. Kal. Februarii, a Stephani cæde, cui præfuisse diximus, recurrente anno, ac mense circumfulsit eum lux de cælo, adeo ut perstricta oculorum acie, animoque deficiens equo decideret, cadensque in terram, audiret vocem dicentem sibi: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Quumque SAULUS quæssisset pavidus, *quis es Domine?* & ille dixisset, se JESUM esse, quem oppugnaret persequereturque, durumque ac grave illi esse contra stimulum calcitrare: tunc SAULUS quærere cæpit, quid sibi facere imperaret? At JESUS, ut Damascum contenderet admonuit; ibi enim quid faciendum foret, auditurum. Comites vero SAULI par terror stuporque pervaserat, concrepante voce, viso nemine, humi stratum ante se cernentes Ducem. Quamobrem quum diu hæssissent, recollecto demum animo, hominem Damascum perduxere, ibique triduo, nullo gustato cibo, luceque carentem, Ananias a CHRISTO præmonitus confirmatusque, in pristinum redigit robur, sacraque lavat aqua, trepida etiam manu: tantum SAULI ferocitas sibi fecerat nomen, ut etiam corpore languens, & luminibus orbatus aspicientibus terrori foret. Sed ingens ille bellator usque adeo Christiano nomini infestus, sexcenta pericula pro CHRISTO subiturus erat, nomenque ejus *coram Regibus & Cæsaribus intrepide tutaturus, vas electionis, decus Christianæ militiæ, terror hostium, victorque gentium.*

Hoc pacto SAULUS, CHRISTI signis mancipatus, abiit in Arabiam, (quod ipsemet in epistola ad Galatas *cap. i. vers. 17.* testatur) ubi *per revelationem*, plenam accepit a DEO notitiam Evangelii, ad quod prædicandum immediate a CHRISTO Domino vocatus fuerat.

Anno DOMINI xxxii.

TIBERII a morte Augusti 18. & 19.

Ejusd. ab Imp. Proconsulari 21. & 22.

Consules (CNEUS DOMITIUS AHENOBARBUS
(M. FURIUS CAMILLUS SCRIBONIANUS.

SAULUS in Arabia aliquot mensium spatio moratus, fatigante in Apostolico officio, CHRISTI Domini virtute instructus, Damascum rediit, omnesque ingenii vires ad amplificandam divini servatoris gloriam, abolendamque impietatis notam convertit. Palam jam CHRISTUM confitetur, seu ut

Lucas

Lucas inquit *loc. cit. continuo ingressus in Synagogis prædicat* Ierusalem; manasse jam bona, effulsiſſe numen, non ultra evolvendis libris terendum eſſe tempus prædicat. Quæ repentina mutatio, summa omnes admiratione affectit. Ipse autem *multo magis convalescebat, & confundebat Judæos*; qui quum præstantissimi juvenis tam miram mutationem ferre non possent, nec divinæ ejus eloquentiæ resistere, impio demum furore obcæcati circa finem hujus anni, sive ut Lucas ait, *Actor. ix. 23. cum complerentur dies multi, consilium fecerunt in unum, ut eum interficerent*. Etenim Judæi non ea jam in Damasci urbe autoritate erant præditi, qua quum primo Saulus Damascum venit, potiebantur. Itaque insidias Apostolo tantummodo sternebant, quæ ei *nocte fuerunt*. Quapropter Dineam Arabum Regis Præfectum illuc ab Rege delegatum ad Romanam mitigandam ferociam (quum haud dubio Romani ipse belli metu quateretur, additusque siderum scientiæ, non nisi ex cæli benignitate salutem speraret) adeunt obtestanturque, ut *comprehendi statim hominem atque interfici juberet*. Ipsi autem, ne possent elabi, vigiles *ad portas civitatis stare, cauteque eas die ac nocte custodire procurant, ut eum interficerent*, (*Actor. ix. 24.*) sive potius *Præposito gentis Aræte regis interficiendum traderent*; (*epist. 2. ad Corinthios xi. 32.*) quum transcendere moenia, gravissimum nefas eſſet apud Romanos morte expiandum, ipso Romæ conditoris fratre cruore suo jura sanciente. At Sauli discipuli, præcognitis insidiis, quum fallere excubias nequirent, hominem intempeſta nocte e specula in sporta per murum dimittunt, *Actor. ix. 25. & epist. 2. ad Corinth. xi. 33.*

Anno DOMINI XXXIII.

TIBERII a morte Augusti 19. & 20.

Ejusd. ab Imp. Proconsulari 22. & 23.

Consules (SULPICIUS GALBA,
(L. CORNELIUS SULLA,

SAULUS ita ut modo demonstravimus Damasco elapsus, post tres annos, scilicet anno a sua conversione tertio, venit Hierosolyma, ut viseret PETRUM, (*epist. ad Galat. cap. i. vers. 18.*) hoc est, ut debitum Ecclesiæ Principi obsequium exhiberet. Etenim PETRUS jam ab anno DOMINI XXX. Samaria Hierosolymam redierat cum Joanne, posteaquam Fideles a Philippo

lippo baptizatos confirmarat. Quod quidem tempus nullam aliam epocham habere potuisse, quam ab ipſius SAULI, ut modo diximus, conversione, manifeste patet, tum ex Apostoli scopo per totam eam Epistolam ad Galatas, tum etiam ex ipſo epistolæ contextu a versiculo II. ad 18. SAULUS vero cum venisset Jerusalem circa finem anni, tentabat se jungere discipulis, & omnes timebant eum non credentes, quod eſſet discipulus: donec Barnabas (quicum vetus intercedebat consuetudo: ambo enim sub uno eodemque præceptore Gamaliele Moſaicæ legis ritus institutaque didicerant, & sæpe inter se de religione disceptarant) eum duxit ad Apostolos, PETRUM scilicet & Jacobum fratrem DOMINI, quorum etſi expressam mentionem non faciat S. Lucas, (*Actor. ix. 27.*) constat id tamen ex laudata ipſius PAULI epistola ad Galatas capite primo, in qua versu 18. *permanisse tunc apud PETRUM dierum quindecim* spatio testatur. Quumque jam SAULUS *fiducialiter agens*, (prosequitur sanctus historicus, *Actor. ix. 29. loqueretur & disputaret cum Grecis Hellenistis, illi quærebant occidere eum. Quod cum cognovissent fratres, deduxerunt eum Casaream & dimiserunt Tarsum*; hoc est quinto decimo die post quam Hierosolymam pervenerat, frustratus inimicorum insidias, & rabidas animas uni ipſi præcipue truces, ubique CHRISTI nomen enuntians, in Syriam Ciliciamque descendit. Fuisse enim Tarsum SAULI patriam, urbem in Cilicia campeſtri nobilissimam, parvulo in tumulto exſurgentem, ac Cyndo amne irrigatam, veteres Geographi prodiderunt.

Anno DOMINI XXXIV.

TIBERII a morte Augusti 20. & 21.

Ejusd. ab Imp. Proconsulari 23. & 24.

Consules (PAULLUS FABIVS PERSICUS,
(LUCIVS VITELLIIVS.

AT Apostolorum Princeps, dimisso PAULO, quum omnes Judææ, Galilææ, & Samariæ Ecclesias pace tranquillitateque frui intelligeret, pro commissa sibi potissimum a CHRISTO Domino omnium Christianorum cura, statuit Hierosolyma proficisci, ac *pertransire universos*, (quod ait Lucas *Actorum ix. 32.*) in Judæa nimirum, Galilæa, & Samaria Fideles. Quum vero devenisset ad sanctos, qui habitabant Lydda (est autem Lydda oppidum ad mediterranei maris litus situm,

AERAE
Vulgaris
Anno 34.

fitum, Diospolis inde dictum) *invenit ibi hominem quemdam Paralyticum, nomine Aeneam, ab annis octo jacentem in grabato, quem Domini Jesu CHRISTI nomine invocato, illico pristinae restituit sanitati. Quo prodigio omnes ferme Lyddæ & Saronæ incolæ commoti, ad Dominum conversi sunt.*

Interea SAULUS, Tarsum uti diximus delatus, *ignotus facie Ecclesiis Judææ, evangelizat fidem in Cilicia, quam aliquando expugnabat; quemadmodum ipsemet testatur in memorata ad Galatas epistola cap. 1. vers. 22. & 23.*

Anno DOMINI XXXV.

TIBERII a morte Augusti 21. & 22.

Ejusd. ab Imp. Proconsulari 24. & 25.

Consules (CAJUS CESTIUS GALLUS,
(MARGUS SERVILIUS MONIANUS.

HOC & sequenti anno XXXVI. SAULUS adhuc in Syria CHRISTI religionem prædicare propagareque pergit. Sed PETRUS peragrata Judæa, finitimisque aditis gentibus, accersitus a discipulis Joppem, Tabitham multis nominibus commendatam mulierem, & in egenos satis liberalem, vi morbi oppressam, ac fato functam, revocavit ad vitam; ita ut momento temporis scissæ mulierum comæ, flebiles voces luctusque, in lætitiâ verterentur, tactis etiam illo miraculo permultis ad Christianam religionem mortalibus, *Actor. ix. 36. & seq.* Quum autem idem Apostolorum Princeps *dies multos moraretur in Joppe apud Simonem quemdam coriarium, die quadam esurienti jam vesicique cupienti ad sextam diei horam, (nefas quippe apud Judæos ad sollempnia festorum dierum prius edere, & gulæ indulgere) mirum cælo prodigium visum. Videre namque sibi visus est expansum cælum, ex eoque magnum linteam quatuor initiis orisque in terras dimitti, omni bestiarum, quadrupedum, volucrum, atque serpentum copia refertum, insculta mox voce seu monentis seu imperantis, ut ea occideret manducaretque: Surge Petre, occide, & manduca, Act. x. 13. & seqq.* Quumque se attrectaturum immunda negaret, tum vocem audire visus dicentis: *Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris: quod quum iterum ac tertio factum esset, vas illud, specimen lintei præferens, cælo recipitur. Colligenti se PETRO, versantique animo, quid ostentum illud portenderet, multa occurrere. Interim* Cor-

AERAE
Vulgaris
Anno 35.

Cornelius Romanus, Italicæ cohortis ex sexta Legione Centurio, Cæsaream præsidio obtinens (est autem Cæsarea insignis Phænicia urbs Joppem inter Doramque secundum pelagus ad Aegyptum vergens, ab Herode Idumæo in Cæsaris honorem condita Olympiade cxcii.) plurimum apud suos indigenasque auctoritate pollebat, habebaturque cum virtutum concursu eximius, tum liberalitate in inopes vir plane illustris, tantoque populo gratior, quanto immanior ceterorum Præsidum avaritia erat. Huic igitur Cornelio tam pie viventi, ad ad nonam Deo fundenti horam preces, divina juvenis forma, hoc est *Angelus Domini*, niveo candore præfulgens visus est, qui & preces ejus, erogatasque pauperibus stipes atque *elemosynas* Deo acceptas fuisse, sive ut Lucae verbis utamur, *ascendisse in memoriam in conspectu Dei*, commemorat: proinde accersiret Joppa *Simonem quemdam, qui cognominatur PETRUS, & quidquid ille imperaret, efficeret.* Itaque statim tres armigeros Joppem ad evocandum PETRUM Centurio dimittit, qui ingressi urbem, adstantesque ad *Simonis coriarii* sive futoris *domum juxta mare*, num ibi PETRUS esset, exquirunt. Quibus PETRUS divina præmonitus aura, ultro se illis offert, & quem quærent, se esse confirmat; cumque his una, postera die Cæsaream contendit, excipiturque a Cornelio obviam illi progresso, magno verborum honore & summa veneratione, adeo ut se ad illius pedes adorans prosterneret, *Actor. x. 25.* Sed inhibuit hominem, surgereque jussit SIMON PETRUS, se quoque mortalem esse demonstrans, edoctusque de ostento Centurioni oblato, suumque in linteo præmonstratum intelligens; etsi ipse Judæus lege, cum Ethnicis societatem communicare prohiberetur; parendum tamen CHRISTO Domino, impertiendamque cunctis gentibus gratiam ratus, Cornelium cum universa familia sacra baptismatis unda ablutos, in CHRISTI militiam adsciscit, multa de CHRISTI signis, multa de virtute, de potentia, de anastasi, adventuque in terras Sancti Spiritus præfatus: concionanteque adhuc Principe Apostolorum, *cecidit* nimirum, ut ait Lucas *Actor. xi. 44. Spiritus Sanctus super omnes qui audiebant verbum, magna eorum, qui cum PETRO venerant admiratione, quoniam in exteras quoque incircumcisasque nationes, gratia Spiritus Sancti effusa esset, quas tam præclaro munere ditatas, variis loquentes linguis, Deumque magnificantes, audiebant. Quamobrem & eos præputium habentes viros jussit PETRUS baptizari in nomine Domini Jesu CHRISTI.* Anno

Anno DOMINI xxxvi.

TIBERII a morte Augusti 22. & 23.

Ejusd. ab Imp. Proconsulari 25. & 26.

Consules (SEXTUS PAPINIUS ALLIENUS,
QUINTUS PLAUTIUS LÆLIANUS.)

REvertenti post aliquot dies Cæsarea a Corneliæ Centurionis domo Hierosolymam PETRO, succensuere Fideles qui erant ex circumcissione, graviterque objurgato, disceptabant adversus illum, quod exteris ad gentes descendisset; usque adeo Judæus populus tantis in illum usque diem immortalis DEI nobilitatus bonis intumuerat, ut effusi a CHRISTO Domino pro omnibus hominibus in ligno sanguinis favorem, aliis cum gentibus communicatum indignaretur; quasi Judææ angusto in angulo, servientibusque Hierosolymis, & non in Vaticano æternæque Urbis luce staturum habiturumque esset perennem Imperii sedem CHRISTI nomen. At PETRUS (cujus cruore æternum stabilienda in ævum Pontificia Romæ majestas erat) omnibus, quæ ad Corneliæ baptismum pertinebant expositis, redditaque ratione, quoniam CHRISTUS pro omnium gentium nationumque salute mortem obiisset, Judæo-Christianos continuo mitigavit, qui, ut legitur in Actis xi. 18. PETRI verbis auditis, statim tacuerunt; & glorificaverunt Deum, quoniam & gentibus penitentiam dedisset ad vitam. Patefacto jam gentibus Fidei ostio, Cyprii & Cyrenæi quidam viri, Græcis qui celeberrimam Antiochiæ urbem incolebant, CHRISTUM prædicaverunt; & erat manus Domini cum eis; multusque numerus credentium conversus est ad Dominum, Actor. xi. 20. & 21. Pervenit autem sermo (prosequitur divinus historicus) ad aures Ecclesiæ, quæ erat Hierosolymis super istis, nimirum super magno numero Græcorum a Cyprii & Cyrenæi ad Dominum converforum. Miserunt ergo Barnabam quem supra commemoravimus, usque ad Antiochiam. PETRUS autem rursus Hierosolymam derelinquens, Cæsaream primo, mox Antiochiam Syriæ, seu ad Orontem (duodecim quippe hujus nominis urbes extitisse ferunt) pervenerat, ubi Cathedralam Sacerdotii paullo ante memoratum S. Barnabæ in eandem urbem adventum erexerat, quemadmodum pluribus rationum momentis ostendere conati sumus in nostris ad Card-

dinalis Cortesii librum adnotationibus (a). Florens quippe opibus, & pietate illustris civitas per aliquot annos Pontificiam summi Sacerdotis Cathedralam habere meruit, quum nostris adeo benigne foverit, ut in ea primum haud multo post fuerit Christianorum nomen adepti.

ÆRÆ
Vulgaris
Anno 36.

Anno DOMINI xxxvii.
CAII CALIGULÆ I.

Consules (GN. ACERRONIUS PROCULUS,
CAIUS PONTIUS NIGRINUS.)

STATUTA, ut modo diximus, a PETRO Antiochiæ Sacerdotii sede, hoc anno & tribus proxime sequentibus, immo usque ad Aprilem anni D. XLII. in Asia se continet, easque regiones perlustrat, quas ipse in prima sua epistola electis advenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ missa, commemorat, quum interim Episcopatum Antiochenum retineret. Hoc anno Tiberius moritur die xvi. Martii, eique in Imperio Romano succedit Caius Caligula.

SAULUS in Syriæ & Ciliciæ regionibus triennio versatus, multis pro CHRISTI fide exantlatis laboribus, ærumnisque passis, Tarsum demum hoc eodem anno revertitur. Barnabas vero cum venisset Antiochiam, & vidisset gratiam DEI, gavisus est, & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in DOMINO, & ejus opera apposita est multa turba DOMINO. (b)

Anno DOMINI xxxviii.
CAII CALIGULÆ I. & 2.

Consules (M. AQUILIUS JULIANUS,
P. NONIUS ASPERNAS.)

PETRUS in regionibus Asiæ moratur. Antiochiæ vero quum tanta messis quotidie cresceret, & Barnabas cooperario indigeret, quæsit Paulum Tarsi: (eum ad Apostolos PETRUM & Joannem jam ante duxerat anno Dom. xxxiii. ab iisque probatum noverat, & Hierosolymæ cum Hellenistis disputan-

(a) De Romano itinere gestis. nota 9. pag. 20. & seqq.
que Principis Apostolorum lib. I. (b) Actorum xi. 23. & 24.

putantem audiverat): quem quum invenisset, perduxit Antiochiam, (a)

ÆRÆ
Vulgaris
Anno 38.

ANNO DOMINI XXXIX.
CAII CALIGULÆ 2. & 3.

Consules (CAIUS AUGUSTUS II.
(LUCIUS APRONIUS CÆSIANUS.

SAULUS itaque a Barnaba ductus Antiochiam, nondum ex discipulorum animis penitus depulso pavore, quem ex ejus immani in CHRISTI cultores odio jamdiu merito conceperant, Barnabæ auctoritate statim omnibus carus extitit. Tanta autem SAULO ad conciliandum sibi mortalium favorem captandosque animos dexteritas inerat, ut nihil supra. Quamobrem unusquisque hominem celebrare, laudareque cum oris dignitatem, tum suavissimos sanctissimosque mores; & quanto truculentior sibi animo vultuque effinxerat, tanto leniorem mitioremque expertus, diligebat. Igitur SAULUS una cum Barnaba integri hujus anni spatio Antiochiæ commorantur, ibique nostri *Christianorum* cognomine, quum antea *Nazareni* nuncuparentur, honestantur: sive, quemadmodum legitur in Apostolorum Actis (b); *annum totum conversati sunt ibi in Ecclesia* (Antiochena scilicet), & *docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antiochiæ discipuli, CHRISTIANI.*

ANNO DOMINI XL.
CAII CALIGULÆ 3. & 4.

Consul (C. CÆSAR CALIGULA AUGUSTUS III.
(ABSQUE COLLEGA.

IN his autem diebus (prosequitur D. Lucas (c)) *supervenerunt ab Ierosolymis propheta Antiochiam: & surgens unus ex eis nomine Agabus, significabat per spiritum (Prophetiæ) famem magnam futuram in universo orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio Cæsare.* Quam quidem Agabi prophetiam, non ad

(a) *Actorum Apostol.* xi. 25.
(b) *Vide Actorum, cap. xi. v. 26.*

(c) *Ibid.* xi. 27. & 28.

ad Claudii Cæsaris tempora, quibus suum habuisse eventum infra videbimus, sed ad hunc saltem æræ vulgaris annum XL. esse referendam, in iisdem ad Cortesium notis (a), offendimus fati, ut opinor, diligenter. Sanctum autem PAULUM circa hæc tempora *raptum fuisse usque ad tertium cælum sive in corpore, sive extra corpus*, statui posse videtur, si secundam ad Corinthios epistolam (quam *decimoquarto* post eundem raptum anno se dedisse profitetur ejusdem epistolæ cap. xii. vers. 2.) ad annum æræ vulgaris LIV. referre velimus. Interea Apostolorum Princeps, Evodio Ecclesiæ Antiochenæ Vicario constituto, Asiaticas civitates Evangelii luce illustrare pergit.

Ab hoc anno incipit altera epocha annorum viginti quinque Pontificatus D. PETRI statuta ab authore Catalogi Librariani, quæ definit in annum æræ vulgaris LXV. (b). Etsi enim nondum Apostolorum Princeps Romam venerit, eum tamen, collatum sibi a CHRISTO Domino Ecclesiæ capitis munus his temporibus exercere coepisse, memoriæ proditum est, quibus Apostoli distributis inter se Provinciis atque nationibus, PETRO Gallo-græcia, Pontusque, Bithynia, Cappadocia, cum Catanorum gentibus; Andrea Scythia Europea; Asia Joanni; Thomæ Parthia, Arriana, Persis, Margiana, Sufiana, quæque introrsus ad Bactra, ortumque Gangis extenduntur gentes; Matthæo Regia solis & ultima Aethiopum; Bartholomæo India ad Sapolum usque urbem, radicesque Imavi; Simoni Chananæo Ægyptus, Thebes, & quæ illi proxima; Thadæo Mesopotamia Pontusque; Matthiæ gentes Macedonum, Dardanorum, Triballorum, Bastarnarumque, & aliis aliis quum obvenissent regna atque provinciæ, divulgandoque passim evangelio operam darent; *in omnem jam terram exiverat sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum* (c).

ÆRÆ
Vulgaris
Anno 40.

ANNO DOMINI XLI.
C. CALIGULÆ 4. & CLAUDII I.

Consules (C. CÆSAR CALIGULA AUGUSTUS IV.
(GNEUS SENTIUS SATURNINUS.

HOC anno ineunte die 24. Januarii Caligula occiditur, in ejusque locum Claudius occisi patruus nitente militum sufficitur. Porro eundem Caligulam hujus ipsius anni initio

P 2 tio

(a) *Cortesi de Romano itinere* lib. I. nota 9. pag. 27.
(b) *Ibid.* lib. 2. nota 30. p. 82.
(c) *Psalms.* xviii. 4.

AERAE
Vulgaris
Anno 41.

tio quartum suscepisse Consulatum, eoque die 7. Januarii sese abdicasse, discimus ex Svetonio in ejus vita. Quod autem Caligulae fuerit statim in Consulatu suffectus *Quintus Pomponius Secundus*, colligitur ex Dione, nec non ex *Josepho lib. 2. de bello Judaico*, ubi Claudium ad Imperii culmen evectum narrat *Sentio Saturnino*, & *Pomponio Secundo* Consulibus. His praemissis, ad Antiochenam civitatem revertamur, in qua *Christiani* mirifice aucti, magnumque ubique nomen adepti, appetente jam ingenti rerum omnium penuria, Agabi ex ore anno proxime elapso denuntiata, in medium pro rata facultatibus prolatis, occurrendum statuunt piorum necessitati, scilicet, ut legitur in Actis Apostolorum (a), prout quis habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Judaea fratribus, munusque SAULO ac Barnabae id injunctum, quos universo in conventu virtutum concursu admirandaque pietate praecellentes intelligebant. (b)

Anno DOMINI XLII.
S. PETRI Pontificatus Romani I.
CLAUDII Caesaris 2.

Consules (TIBERIUS CLAUDIUS GERMANICUS AUGUSTUS II.
(CAJUS CAECINA LARGUS.

Idem temporibus Ecclesia, Judaeorum scelere turbata, gravissimum Hierosolymae vulnus accepit sub Herodis Agrippae ditone, occiso Jacobo fratre Joannis, gladio, ac PETRO, qui diebus azimorum ad eam urbem venerat custodiae tradito circa initium Aprilis, in dubioque versato capitis discrimine (c). Sed, quoniam ad hunc locum est devenum, non alienum abs re erit, quot fuerint Herodes, ad claritatem historiae paucis explicare. Antipater Idumaeus inter suos nobilissimus, commendatusque propter egregii nominis opinionem, a Caesare Dictatore occiso jam Ptolomaeo profligatoque Alexandrino bello, Cyprum Arabum Regis filiam matrimonio sibi junxit, ut per paternas opes clarius enitesceret, potireturque Judaea, in quam jamdiu oculos conjecerat, concordia Hircani, & gentis pernicacia levitateque adductus. Huic inter alios Herodes filius nascitur, insignis virtutis pruden-

(a) Cap. xi. vers. 29.

(b) Ibid. cap. xi. vers. 30.

(c) Vide Actor. xii. 1. 2. & seqq.

dentiaeque haud spernendae, veluti qui in ipso juventutis flore, Galilaeae provincia a praedonibus liberata, Ezechiaeque praedonum duce capto, Judaeae regnum accepit, confirmatumque illi postea ab Octaviano Augusto, terribile finitimis & eventu & virtute reddiderit sua. Neque enim solum latrones stravit Arabesque disjecit, sed fastum etiam arrogantiamque compressit Judaeorum, qui nulla prope in Deum reverentia obstricti, beneficiorum immemores, conculcatisque patriis legibus, postquam Romanis sub armis servitum ierant, pernicacia animorum, & multo odiorum incendio vastabantur. Sed tamen Herodes domestico dissidio infelix, Mariamnes uxoris caede, ac tot millium infantium Bethleemiticorum a bimatu & infra cruore faginatus, penitus execrandus, interiit, successoremque habuit Herodem Antipam (a) Magni Herodis ex Cleopatra foemina Hierosolymitana filium, pari crudelitatis nota infamem, sed virtutibus inferiorem. Hujus immane scelus, detestandamque feritatem Joannis Baptistae in juventae robore detrucantae cervix ostendit, quando incesto pudendoque Herodiadis, Philippi fratris quondam conjugis amore inflammatus, ad exsaturandam scelestissimae nuptae immanitatem, in puellae saltu obligata temere dextera, innocentissimi Prophetae sanctissimique CHRISTI Praecursoris sanguinem exorbuit, elusa quoque ejusdem CHRISTI Domini divinitate veste purpurea, ac dedecoroso sceptro, inter chachinnum aulæ exercitusque. Sed in eum brevi post tempore, justa fulminante Numinis ira, magnis ab Arabis affectus incommodis, dejectusque regno a Caio Caligula, in exilio misere obiit (b). Tertius Herodes, Agrippa dicitur, Aristobuli & Mariamnes filius, & Magni Herodis nepos, Romae diu Tiberio imperante catenis oneratus, sed mox re Romana in Caii Germanici Drusi filii nutum translata, in Judaeam cum sceptro dimittitur, addita Lyfaniae etiam Tetrarchia. Hic igitur Agrippa, mala Judaeis obsecundandi libidine obcaecatus,

P 3

quos

(a) Nomen Antipas idem est ac Antipater, quod redditur a qualis seu comparandus patri. Nomen Hebraicum huic correspondens videtur esse אבי אבי, id est iste meus est pater, sive patris loco habebitur.

(b) Quo potissimum anno He-

rodes Antipas diem clausit, incertum. Josephus lib. 2. cap. 16. de bello Jud. narrat, illum in Hispania exulem occubuisse. Cajus fortasse, qui altero anno ab exilio Antipae Lugdunum in Galliam venerat, locum exilio destinatum commutaverat.

AERAE
Vulgaris
Anno 42.

AERAE
Vulgaris
Anno 42.

quos Christianis iratos infestisque intelligebat, Jacobum Majorem Zebedæi filium & Joannis Evangelistæ fratrem gladio, ut diximus, interfici jussit; eoque mortuo, inde PETRO vincula iniecit, ut post Paschales dies, Judæorum voluntati traderetur; illiusque cruciatu corporis, furentis populi ora oculosque exsaturaret. Nec in carcere detentum supremum Ecclesiæ magistrum, duobus militibus septum, geminaque re-
vinctum catena, (custodibus aliis carceris portam observantibus) publicæ assiduæque piorum preces destitutum apud DEUM sinebant; quum nocte, quam spectaculi dies subsequebatur, placide dormienti (sic enim in DEO spem suam collocaverat, ut summi in quo versabatur discriminis oblitus quodammodo videretur) Angelus Domini cælo missus repente asitit: & lumen resulsit in habitaculo: percussaque latere PETRI, eum expectatum, velociter surgere, vesteque circumdari, & se sequi jubet. Ille, decidentibus catenis (a), libera dexte-

(a) Catenas, quibus PETRUS oneratus fuit jussu Agrippæ, quæque ad vocem Angeli deciderunt, summa semper religione Ecclesia venerata est. Festum PETRO IN VINCULIS diem, Kalendas Augusti Latini dedicarunt. S. Augustinus serm. 105. Append. n. 5. tradit, horum vinculorum ferrum, auro pretiosius in Ecclesiis Jesu CHRISTI haberi; tantoque obsequio erga illa tenebatur S. Chrysostomus hom. 8. in Ephes. ut longum obire iter ad ea invisenda optaret. Earum catenarum alteram haberi Romæ, vetustissima traditio est sexti seculi scriptorum testimonio firmata, & jam inde saltem a seculo quinto Templum ibi S. Petro in Vinculis dedicatum erat; quod egregie ostendit Florentinus in notis ad Martyrolog. pag. 713. Mos deinceps obtinuit mittendi erasum & catenis PETRI & PAULI

pulverem, in Crucibus vel clavis aureis repositum; quibus non raro DEUS ad ingentia prodigia usus fuit. Ipsi per se Pontifices Maximi pulverem hunc & sacris catenis eradebant Justinianus Imperator Hormisdan Papam rogavit, ut aliquid sibi concederet, si fieri posset, & PETRI catenis, apud Labbeum tom. 4. Concil. p. 1515. S. Gregorius Magnus lib. 5. ep. 6. nonnihil ex hoc pulvere mittens ad regem Chidbertum, prodigia simul, quæ per pulverem illum DEUS edebat, commemoravit.

Apud Græcos dies XVI. Januarii sacra est uni ex catenis, quibus PETRUS Jerosolymæ ab Agrippa oneratus fuit. Colebatur Constantinopoli in edicula S. PETRI intra Templum S. Sophie, eademque die consuetudine ad id populis, solemniter monstrabatur. Legimus in Breviario Romano,

AERAE
Vulgaris
Anno 42.

dextera, veluti objectum oculis ostentum, Angelum sequebatur, nec prius conceptæ de facti veritate eximitur dubitationi, quam primis secundisque præteritis excubiis, portaque ferrea, quæ ducebat ad civitatem, quæque ultro aperta est eis, tuto in loco, abeunte jam Angelo, constitit. Quamobrem, recollecto animo, ad seque reversus, summas Domino gratias agens, quod se per Angelum suum ab Herodis impietate, omnique expectatione plebis Judæorum eripisset, domum Mariæ matris Joannis, qui cognominatus est Marcus, petit, in qua plures discipuli congregati in precationibus afflictabantur. Nec pulsanti ostia nota voce, Rhodæ puella e fenestra prospectans adaperuit, sed elata gaudio, rem ceteris enuntiat, nequaquam habita illi fide: quum demum expansis foribus, in medium incolumis illatus PETRUS, dubium mœroremque pepulit. Quibus obstupescitibus simulque præ gaudio plaudentibus, tacere jussit, quomodo ab Angelo liberatus esset narravit, præcepitque ut eadem Jacobo & fratribus renuntiarent. Quo facto, ea domo egressus, abiit in alium locum (a). Quæ omnia secundo hoc Claudii anno contigisse, optime animadvertit Cortesius noster (b). Siquidem D. Lucas (inquit loc. cit.) descripta famis acerbitate, qua sub eo Principe per universum orbem laboratum est, statim subjunxit tempus illud, quo fames invaluerat, nec illud postea accidere potuit, quando, ut Josephus & Hegesippus scribunt, tertio Claudii anno Agrippa ipse, qui PETRUM

mano, Eudoxiam Augustam, uxorem Theodosii junioris, quum Hierosolymam venisset anno D. 439. secum retulisse geminas catenas PETRI, & ex iis alteram in Templo Constantinopolitano collocasse, alteram vero ad filiam Eudoxiam, uxorem Valentini III. misisse; quæ deinde in Templo Romæ ab Eudoxia condito in Monte Esquilino, (de quo in sequenti Monumentorum Appendice c. VIII.) fuit consecrata. Additur, catenam Constantinopoli relatum, alteri Romæ servatæ (ipsa eadem erat, qua PETRUS Romæ sub Nerone vinctus fuit) adnotam, ita

cum illa coaluisse, ut ex duabus una redderetur. Sed de his omnibus satis diligenter eruditeque egit vir apprime doctus D. Michael Angelus Monsacrati Canonici Regularium S. Salvatoris Abbas Generalis in libro, quem de templo S. Petri ad Vincula, catenisque in eo servatis conscripsit, quemque in ejusdem Appendicis cap. VIII. laudavimus. (a) Vid. Act. cap. XII. a vers. 1. ad 17.

(b) De Romano itinere gestisque Principis Apostolorum lib. 1. pag. 28.

conjecit in carcerem, fato concessit. Cujus cum tam late pateret imperium, vim furoremque declinaturus PETRUS, simul etiam ut Simonis Samaritæ vestigiis insisteret, Romam profectus est, nec ejus ulla est deinceps in Actis Apostolorum mentio, usque ad tempora Conventus Hierosolymitani, in quo de circumcissione actum est, ut septem PETRI annos Lucas silentio præterierit. Igitur Apostolorum Princeps anno æræ vulgaris XLII. Claudiani vero Imperii II. Urbem ingressus, ad contribules primum suos in regionem Transiberinam, mox in ædes Pudentis Senatoris ad Viminalem in vico Patritio divertit (a), ibique Cathedram Sacerdotalem fixit mansuram in futurum tempus omne, quemadmodum adversus quorundam hæreticorum sæculi XVI. fallacias (qui rem universæ antiquitati exploratissimam, impio quidem, sed inani conatu in dubium revocare sunt ausi) invicte demonstravit doctissimus Cardinalis Cortesius in auro de Romano itinere gestisque Principis Apostolorum opusculo, quod hinc nostris Annalibus præpositum, notisque historico-criticis auctum, in publicam nunc demum lucem, communemque utilitatem evulgavimus.

Anno Domini XLIII.

S. PETRI Pontificatus Romani 2.
CLAUDII Cæsaris 3.

Consules (TIBERIUS CLAUDIUS AUGUSTUS III.
(LUCIUS VITELLIUS II.

PETRUS, Romæ summi Sacerdotii Sede, ut diximus constituta, adeo feliciter in præcipua impietatis ethnicarumque superstitionum arce, primus omnium Christianam religionem propagavit ac stabilivit, ut paucos post annos scribens ad Romanos Christianos D. PAULUS, quos nondum viderat, gratias Deo agat, quod illorum fides in universo mundo annuntiaretur. (b)

Hoc anno Herode Agrippa demortuo, ejusque regno in Provinciam a Romanis redacta, Claudius Cæsar, Procuratorem Cuspium Fadum ad eam regendam gubernandamque misit.

(a) Consule, si placet, quæ de hoc S. PETRI apud Pudentem hospitio habentur in ea quæ proxime sequitur Appendice Monumentorum, capite VI. ubi de Ecclesia S. Pudentiana.
(b) Consule ipsam D. PAULI epistolam ad Romanos c. I. vers. 3.

fit. Ille autem ejusque successor Tiberius Alexander Provinciam administrarunt ferme per quadriennium, quorum tempore famis universalis anno æræ vulgaris XI. ab Agabo prædicta, & XLII. hoc est secundo Claudii Cæsaris incoepa, in Judæa finitimisque provinciis magnopere crevit, Josepho teste (a). Quare Christiani Antiocheni, quum fratres in his provinciis versantes, maxima rerum penuria urgeri afflictisque audirent (plerique enim illorum res suas omnes in communem usum ante Apostolorum pedes attulerant) secundum propositum suum collectis jam factis ab anno DOMINI XLI. subsidia piæque largitiones nunc demum in Judæam miserunt ad seniores per manus Barnabæ & SAULI, prout eodem anno XLI. statuerant (b).

Anno Domini XLIV.

S. PETRI Pontificatus Romani 3.
CLAUDII Cæsaris 4.

Consules (LUCIUS QUINTUS CRISPINUS II.
(MARCUS STATILIUS TAURUS.

Priori anno exeunte, & hoc anno Domini ineunte primam suam epistolam ad conversos Judæos Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, D. PETRUM ab Urbe scripsisse putamus, in qua figurate ipsam Romanam urbem sub Babylonis nomine designare, pluribus ostendere conati sumus in sæpe laudati Cortesiani opusculi Commentario (c).

Quum Barnabas & SAULUS Antiochenis subsidia in manus seniorum Hierosolymis tradidissent, nullo Apostolo tunc viso,

(a) Antiquitatum Judaicarum lib. XX. cap. 3.

(b) Vide quæ hac de re habentur paullo superius pag. 228. c. Actorum Apost. cap. XI. v. 30. Narrat autem Josephus loc. cit. c. 2. Helenam Adiabænorum Reginam, audita rerum inopia, quæ Hierosolymam angebat, ita ut homines in ea complures fame necarentur, misisse alitutum, qui emptas Alexandriæ fruges, & fi-

cum caricas in Insula Cypri, per urbem gratis spargerent; id quod multitudini plane innumerable salutis fuit. Filius ejus Ignatius misit pariter in eam rem pecuniæ vim maximam ad Magistratus Hierosolymitanos, pro subsidio eorum, qui maxime indigebant.
(c) De Romano itinere &c. lib. 2. nota 56. pag. 191. & seqq.

visō, quæ fortasse causa fuit, quod Apostolus ipse hujus adventus non meminerit in epistola ad Galatas, Antiochiam redierunt *assumpto Joanne, qui cognominatus est Marcus* (a). Florebat illa civitas multis *Prophetis atque Doctoribus*, præstantibusque viris Christianæ disciplinæ observantissimis, ex quibus memorantur a Luca *Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manaben, qui erat Herodis Tetrarchæ collectaneus* (b). Hi, multis suis ad DEUM antea precibus, SAULUM & Barnabam *segregatos in opus, ad quod assumpserat eos Spiritus Sanctus*, ad illud implendum manibus impositis, dimiserunt: qui eodem almo ducti Spiritu, Seleuciam urbem Syriæ ad Mediterraneum, e regione Cypri positam, atque Antiochia leucis decem circiter remotam, venerunt, deinde in Cyprium miræ fertilitatis amoenitatisque insulam, unde Barnabas originem trahebat, uno adjuncto comite Joanne trajecere (c).

ANNO DOMINI XLV.

S. PETRI Pontificatus Romani 4.

CLAUDII Cæsaris 5.

Consules (MARGUS VINICIUS II.
(TAURUS STATILIUS CORVINUS.

PETRUS Evangelii doctrinam Romæ diffeminare prosequitur, ad annum usque æræ vulgaris XLVIII. Claudiani Imperii VIII.

SAULUS vero & Barnabas ad Cypri insulam, ut modo diximus, appulsi, cum venissent Salaminam, prædicabant verbum DEI in Synagogis Judæorum habentes Joannem (Marcum) in ministerio. Et cum perambulassent universam Insulam (prædicantes sine dubio in iisdem Judæorum Synagogis, quas in Cyprio frequentes fuisse constat) usque ad Paphum celeberrimam Cypri urbem, a Salamine tota insulæ longitudine distitam, Sergius Paulus Cypri Insulæ proconsul, vir prudens, verbum DEI audien-

(a) Act. XII. 25.

(b) Simonis Nigri, sive in officio, sive in Martyrologiis nulla mentio occurrit. At Lucius Cyrenensis, Cyrene Ægypto proxima oriundus, & Manaben He-

rodus Tetrarchæ, qui Joannem Baptistam occidit, collectaneus, a Latina Ecclesia coluntur mentione Major, prior die 6. secundus die 24.

(c) Act. XIII. 4.

audiendi percupidus, eos accersivit, multum contradicente Bar-Jesu Mago (a), qui obscurus genere, malitia notus, dolis ac fallaciis creverat, verebaturque Apostolorum adventum, quærens avertere Proconsulem a fide, ne detectis maleficiis, eo optimo deceptorum animorum spolio nudaretur, & lueret simul poenas. Quod intelligens SAULUS repletus Spiritu Sancto, in conspectu Præsidis in hominem invecus, ita oratione perstrinxit sua, & mutesceret ille, & cælesti ira punitus, omnem videndi usum amiserit. Quo miraculo adductus Sergius, credidit admirans super doctrina DOMINI, sacroque baptisate abluitor cum multis accolis ac tota familia, vir bellica laude insignis, & in administranda republica justus, nec animi, aut consilii inops, non minus SAULO carus, quam illius ipse cupidus (b). Hinc SAULO inditum PAULI nomen ferunt; & sic deinceps vocitabitur (c).

(a) Elymas enim professionis ad dicebatur nomen est, quod Arabice Magum sonat; unde licet suspicari, Judæum hunc adventum fuisse, non indigenam Cypri, quo facile ex Arabia migraverit. Sane in Arabica Pentateuchi versione usurpatur עלמא pro Ebraico חרטמים CHARTHUMIM Gen. XLI. 8. Exod. VIII. 19. ducique potest ex Ebræo themate עלם ABSCONDERE, quod arcanas magicas artes profiteretur. Ludovicus tamen de Dieu considerans, magicas artes assertis verbis Judæis interdici, atque hunc Elymam religionem Judaicam

profiteri, nomen Elymas derivandum censet ex Chaldæo חלומא CHALUMA fanator morborum, a radice Ebraica חלם CHALAM fanavit, quod non abludit a nomine BAR-JESU, filio salutis vel sanitatis.

(b) Vide Act. cap. XIII. a versu 5. usque ad vers. 12.

(c) Animadvertendum siquidem, Lucam hactenus Apostolo SAULI nomen dedisse, sed a versiculo 9. laudati capituli XIII. quo illum incipit vocare PAULUM, deinceps per totam historiam nunquam non hoc novo nomine appellare.

Anno

ANNO DOMINI XLVI.

S. PETRI Pontificatus Romani 5.

CLAUDII Cæsaris 6.

Consules (PUB. VALERIUS ASIATICUS II.

(M. JUNIUS SILANUS.

HIS igitur PAULUS gestis, una cum Barnaba relicta Papho, Pergen Pamphiliæ urbem, Dianæ Pergææ delubro memoratam, Cestro flumine subvehitur: revertenteque interea Joanne Hierosolymam, (ubi post Herodis Agrippæ obitum libere versari poterat) Antiochiam Pisidiæ accessit. In ea igitur civitate PAULUS & Barnabas quum degerent, ingressi synagogam die Sabbatorum, sederunt, & post lectionem legis & Prophetarum, rogantur a Principibus Judæorum, numquid ad plebem effari vellent. Tunc PAULUS gravem exorsus orationem, cujus sententias refert S. Lucas (a), cuncta, quæ a Deo ipsi, Patresque beneficia acceperant, commemorat, occisum ab illis CHRISTUM a Davide ducentem genus, tot vaticiniis designatum atque promissum, passim æmulatione ad humani generis reparatorem mactandum Optimates certasse, pro concessa vita mortem, pro beneficio injuriam, pro gloria infamiam ac teterrimum supplicium retulisse. Quum dicendo finem imposuisset, dimissaque concione, ipse una cum Barnaba exiret, multi Judæorum & colentium advenarum, qui se Apostolis a concione associaverant, eos orant atque obtestantur, ut sequenti Sabbato iisdem de rebus verba facerent. Igitur quum statuta die universa pene civitas ad audiendum verbum DEI convenisset, Judæi videntes turbas, repleti sunt zelo, & contradicebant his quæ a Paulo dicebantur, blasphemantes. Tunc constanter PAULUS & Barnabas dixerunt: vobis oportebat primum loqui verbum DEI: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes. . . . Audientes autem gentes, gavise sunt, & glorificabant verbum DOMINI: & crediderunt quot quot erant præordinati ad vitam æternam. Disseminabatur autem verbum DOMINI per universam regionem (b). Quod Judæi ferre non valentes, ad dolos viresque confugerunt, incitando populum, aptasque seditioni subito miscendæ in medium producendo mulieres. Itaque gliscente tumultu,

(a) Vid. Actor. XIII. 13. & (b) Actor. XIII. 45. & seqq. seqq.

tu, excitarunt persecutionem in PAULUM & Barnabam: & ejecerunt eos de sinibus suis. At illi, excusso pulvere pedum in eos (a), venerunt Iconium præcipuam Lycaoniæ urbem, leucis circiter quinquaginta ab Antiochia Pisidiæ ad Orientem, ubi par illos seditio Judæorum dolo conflata excepit, affectique calamitate, & contumeliis, oppidoque lapidibus ejecti, Lystras Derbamque eadem in Provincia oppida, & universam in circuitu regionem perlustraverunt, confirmantes animas Discipulorum, exhortantesque, ut permanerent in fide, & constituerunt illis per singulas Ecclesias Presbyteros. Et quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex utero matris sue, qui nunquam ambulaverat. Hic audivit PAULUM loquentem: qui intuitus eum, & videns, quia fidem haberet, ut salvus fieret: dixit voce magna: Surge super pedes tuos rectus. Et exiit, & ambulabat. Quo prodigio stupida civitate, maxima omnium in PAULUM ac Barnabam veneratio cultusque, adeo ut Lycaoniæ inlameretur, advenisse DEOS, Jovem in Barnaba, Mercurium in PAULO (quoniam ipse erat dux verbi) designatos (b), jam datam genti

AERAE
Vulgaris
Anno 46.

(a) Maledicti genus quoddam, & anathematis symbolum in Judæos incredulos, in excussione pulveris S. Hilarius agnoscit. Notat Ligfootus opinione Ebræorum, urbes, terras, regionesque Ethnicorum perinde ac immundas & pollutas haberi. Pulverem igitur pedum excutientes Apostoli in Judæos Antiochia Pisidiæ, enigmata quodam significarunt, e terris illorum & urbe ceu impuris pollutisque se fugere.

(b) Barnabas forte vir erat eleganti vultu, statura procerus, & habitu corporis ad majestatem composito. Paulus eloquio scientiaque pollebat. Ethnicorum opinione Jupiter Princeps erat & maximus inter Deos; Mercurius Deorum nuncius, & eloquentiæ

numen habebatur. Horatius lib. x. ode x.

Mercuri, facunde nepos At-
lantis. . . .

Te canam magni Jovis, &
Deorum

Nuntium, curvæque lyræ
parentem.

Ipse se PAULUS 2. Cor. x. 10. proficitur statura corporis fuisse humili, & aspectu minus grato; sed ipsorum adversariorum confessione, epistolas scribere graves, fortes, vehementes: Quoniam quidem epistolæ, inquit, graves sunt & fortes; præsentia autem corporis infirma & sermo contemptibilis. Menus quidem nitida excultaque oratione, quam Græci oratores perarabat: sermo contemptibilis, Vana hæc ornamenta negligebat, ratus

AERAE
Vulgaris
Anno 46.

genti salutem, jam terras numinibus lustratas credere. Sacerdos interim Jovis, qui erat ante civitatem, tauros & coronas ante januas afferens cum populis volebat sacrificare: sed prohibetur non debitus mortali cultus ab Apostolis, qui conscissis tunicis suis, se homines esse conclamant, cultumque illum DEO vivo qui fecit caelum & terram & mare, & omnia quae in eis sunt, exhiberi jubetur, cujus clementia funduntur imbres, omniaque bona roantur. Sed Judaeorum non quievere doli, aut cessavit invidia. Nam quanto in clariori fama propter virtutes & ingentia prodigia, Christianos videbant, eo acrius eorum in animis exardebat incendium. Itaque confrenata multitudo, in PAULUM ruunt, & multo saxorum ictu convulnerant, adeo ut diu intermortuus jacuerit (a): quem sublatum cum Barnaba, discipuli Derben perduxerunt: qui brevi recepta valetudine, obductoque vulnere, haudquaquam periculis deterritus, iterum Antiochiam in Pisidia, Lystras, Iconiumque lustravit, confirmatisque Christianorum animis, peragrata Pisidia, Pamphiliam cum eodem Barnaba tenuit: Pergaeque rursus praedicantes, petunt Attaliam; atque inde navi-

vatus extenuari hisce vim & majestatem veritatum, de quibus diserebat, 1. Cor. 2. 1. Sermo meus, & praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. Verum si quid deerat in sermonibus ejus, cultus & elegantia, nihil tamen desiderandum soliditatis, gravitatis, scientiae relinquebant. Nam & si imperitus sermone, sed non scientia, 2. Cor. xi. 6. S. Hieronymus, qui asperum aliquid in oratione PAULI & minus purum in graeco cultissimo eloquio deprehendit, fatetur tamen in Cat. Script. Eccl. numquam animum lectioni illius se adhibuisse, quin simul obstrepere sibi, quot verba, totidem tonitrua viderentur. S. Chrysostomo

de Sacerdotio lib. 4. cap. 7. teste, PAULI epistola admirationem vel a Judaeis atque Ethnicis extorquebant. Scite magnus Augustinus lib. 4. cap. 6. de doctrina Christiana, observat de sacris scripturis, ac praesertim de Apostolo: Audeo dicere, omnes qui recte intelligunt quod illi loquuntur, simul intelligere, non eos aliter loqui debuisse. Ipsa pariter obscuritas & simplicitas divinarum scripturarum majestatem & eloquentiam praesert. Non immerito igitur Lystrenses admirati miraculum claudi pedibus sanati, & audito PAULI eloquio, Mercurii personam illi attribuerunt.

(a) Huc spectat Apostolus iis verbis 2. Corinth. xi. 25. Semel lapidatus sum.

navigantes, redeunt Antiochiam Syriae. In ea civitate benigne a cunctis excepti, congregata Ecclesia, coacta nimirum Christianorum multitudine atque consilio, retulerunt quanta fecisset DEUS cum illis (in Asia), & quia aperuisset Gentibus ostium fidei. Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis (a).

Anno DOMINI XLVII.

S. PETRI Pontificatus Romani 6.

CLAUDII Cæsaris 7.

Consules (TIBERIUS AUGUSTUS GERMANICUS II.
LUCIUS VITELLIUS III.

Quum igitur PAULUS & Barnabas Antiochiam Syriae, ut modo diximus revertissent, ibique haud modicum cum discipulis tempus morarentur, descendentes de Judæa quidam docebant fratres: quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis salvari (b). Hinc orta est seditio, quaestio nimirum & disceptatio non minima, si bene longa inter PAULUM & illos judaizantes. Antiocheni autem quaestionem hanc determinare non valentes, statuerunt, ut ascenderent PAULUS & Barnabas, & quidam alii ex illis ad Apostolos & Presbyteros in Jerusalem super hac quaestione. Nam PETRUS adhuc Romæ morabatur, quemadmodum ad annum æræ vulgaris XLV. observavimus. Illi ergo (PAULUS & Barnabas) deducti ab Ecclesia Antiochena, iter Hierosolymitanum per Phoenicem Samariamque aggressi sunt, Christianisque Ecclesiarum in iisdem Phoenicis & Samariæ regionibus constitutarum, enarrabant conversionem gentium ipsorum opera in minori Asia factam: & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. Cum autem venissent Hierosolymam, suscepti sunt ab Ecclesia & ab Apostolis, & senioribus annuntiantes, quanta DEUS fecisset cum illis. Quæ omnia hoc anno, qui fuit a conversione S. PAULI decimus septimus, siue duodevigesimus a CHRISTI morte, contigisse, discimus ex ejusdem Apostoli epistola ad Galatas cap. 1. & 2. In ea siquidem hunc ipsum suum Hierosolymas adventum commemorans, ad epocham conversionis suæ refert annos, quos ibi enumerat. Postquam enim in eadem ostendit, quomodo ex acerrimo persecutore Christianorum, in Apostolum evaserit, &

(a) Vid. Act. Apost. cap. xiv, a versu 6. usque ad vers. 18.

(b) Act. cap. xv. vers. 1. 2. & seqq.

& quomodo DEUS revelavit ei filium suum, & quod tunc continuo non acquiescens carni & sanguini, abiit in Arabiam, ubi per revelationem evangelium accepit, & reversus est Damascum, ubi verbum DEI prædicavit, & confundit Judæos; statim subjungit: deinde post tres annos veni (Damasco scilicet) Hierosolymam videre PETRUM, & mansi apud eum diebus quindecim. Ex quibus omnibus manifeste colligitur, hujus triennii epocham ab ejusdem PAULI conversione peti debere. Quum vero addat: deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, clarius etiam patet, secundam hanc epocham annorum XIV. non ab eadem conversione, sed a primo, quem paulo ante commemoraverat Hierosolymam adventu, ut videret PETRUM esse desumendam, prout etiam in commentario Cortesiani operis ostendimus, nota 9. pag. 23.

Anno DOMINI XLVIII.

S. PETRI Pontificatus Romani 7.

CLAUDII Cæsaris 8.

Consules (AULUS VITELLIVS,
(Q. VISPANIUS PUBLICOLA.

Interim Judæi assidue tumultuantes, hoc anno DOMINI in eunte, sive priori exeunte, a Claudio Cæsare Roma expulsi sunt. Orofius hist. lib. VII. cap. 4. & cum eo plerique recentiores, anno nono Claudii id accidisse existimant ex Josepho. At præterquamquod nihil habet Josephus de anno nono Claudii, immo de expulsionem Judæorum circa hunc temporis tractum, animadvertendum etiam ab eodem Orofio loc. cit. memoriæ proditum fuisse, anno Tiberii VII. sub Procuratore Judææ Cumano Hierosolymis seditionem sub diebus arimorum exortam esse, quod etiam legitur in Eusebii Chronico: adeo ut verosimillimum sit, paulo est eam seditionem, Judæos ab Urbe Claudii edicto excessisse. Quo nomine PETRUS qui gente Judæus erat, ex Bethsaida vico Galilææ Joanne patre tribus Zabulon aut Nephtalim ortus, cum ceteris Judæis Roma discedere coactus est, quod Priscillæ quoque & Aquilæ accidisse, scimus ex Apostolorum Actis. Eo igitur tempore Hierosolymas rursus adveniens PETRUS; quo exorta nuper Antiochiæ quæstione inter Ethnicos jam CHRISTI militiæ adscriptos, & Judæos, num ad Ecclesiam accedentes circumcidi oportet, PAULUS & Barnabas ad eam quæstionem dirimendam

ab

ab Ecclesia Antiochena Hierosolymam missi sunt; surrexerunt etiam in ea civitate quidam ex Pharisæis Christiani, qui docebant circumcisionem esse necessariam ad salutem. Quamobrem primum Concilium Hierosolymitanum ab Apostolis & senioribus celebratum est, in quo cum magna super proposita quæstione conquestio fieret (a), surgens PETRUS tamquam universi coetus Princeps, venerandique concilii Caput, ac supremus Ecclesiæ doctor atque magister, sententiam dicit vel ante Jacobum præsentem & Ecclesiæ Hierosolymitanæ Antistitem, atque ea brevissima oratione, quam S. Lucas refert loc. cit. conquestioni finem imposuit, causamque irrevocabili sententia terminavit. Tacuit autem omnis multitudo (b), ut scilicet debitam PETRI decisioni submissionem obedientiamque ostenderet, narratisque tunc denuo a Barnaba PAULOQUE signis atque prodigiis, quæ DEUS in gentibus per eos fecisset, loquutus est Jacobus, qui posteaquam PETRI sententiam Prophetarum autoritate confirmasset, subjunxit, se operæ pretium judicare, ad hoc ut facilius duo populi in unum religionis corpus coalescerent, non inquietari eos, qui ex gentibus convertuntur ad DEUM, sed scribere ad eos, ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine (c). Post decretum Concilii & Epistolam a Concilio scriptam, PAULUS & Barnabas cum Juda & Sila viris primariis (qui cum essent propheta, verbo plurimo consolabant, confirmabantque fratres) veniunt Antiochiam, epistolamque ab Apostolis acceptam, Ecclesiæ Antiochenæ Fidelibus reddiderunt, quam cum legissent, gavisissimi sunt super consolatione (d).

Anno DOMINI XLIX.

S. PETRI Pontificatus Romani 8.

CLAUDII Cæsaris 9.

Consules (A. POMPEJUS LONGINUS GALLUS,
(QUINTUS VERANIUS.

Judas rediit Hierosolymam, Silas permanit Antiochiæ (e). Interim venit etiam PETRUS Antiochiam, ubi acriter est a PAULO objurgatus, tamquam callide modo cum Ethnicis jam

(a) Vid. Act. xv. vers. 7.

(b) Ibid. vers. 12.

(c) Act. xv. 19. & 20.

(d) Ibid. vers. 30. & 31.

(e) Act. xv. 34.

AE R AE
Vulgaris
Anno 47.

AE R AE
Vulgaris
Anno 48.

AE R AE
Vulgaris
Anno 49

jam ad CHRISTI ductum applicitis, modo cum Judæis versaretur, & modo hos, modo illos auctoritate foveret sua; non quod ipse fundamentum & petra Ecclesiae firmissima, fide laboraret, aut diversos ad jacturam nascentis dogmatis mores imbiberet; sed miti natura, Christianorum mores tacito iudicio arguere malebat, quam Principis in corrigendo locum implere; simul ad tollendas discordias inter Judæum, Ethnicumque suborituras, firmandamque subolescentem in tirorum pectoribus religionem, serviendum tempori iudicabat. Quæ D. PAULO ingentissimi animi viro haudquaquam probabantur. Quare, ut modo diximus, Apostolorum Principem reprehendit, idque hoc anno contigisse ex eo intelligimus, quia ipse PAULUS indicat, se Antiochiæ eo tempore fuisse, quo PETRUS illuc accesserat. PETRUS autem numquam PAULUM Antiochiæ invenit ante Concilium Hierosolymitanum: & præterea dissensus inter PAULUM & Barnabam, qui PETRO familiarissimus erat, hinc etiam ortum duxisse videtur (a).

Anno DOMINI L.
S. PETRI Pontificatus Romani 9.
CLAUDII Cæsaris 10.

Consules (CAJUS ANTISTIVS VERUS,
(MARCUS SUILLIVS NERVILINUS.

AT PETRUS fundatæ a se in Urbe super firmam petram principis terrarum Orbis Ecclesiae, amore inflammatus, in Europam enavigat, passim Græcis gentibus CHRISTI nomen enuntians, traductoque Athenis ad CHRISTUM Clemente, Faustini filio insigni viro, illuc antea tempestate delato, provectus Tyrrheno freto, invisa Sicilia, in Campaniam Italicarum omnium regionum situ caeloque clarissimam, Neapolim tandem accessisse fertur, mediocre olim oppidum, nunc præstantissimam Italiæ civitatem. Eam sane Apostolorum Principem non modo sacro aspectu honestasse, sed etiam Aspernate in Episcopum urbis consecrato, stupendis editis signis, suum in eandem civitatem studium benevolentiamque ostendisse, pia quædam illorum populorum traditio jactat. Cujus recordationem venerati, tam peculiari studio PETRI memoriam præcipuo in honore habent, ut vix Romæ in illo percolendo, pietate officioque concedant.

PAU-

(a) De eo dissensu, vide quæ habentur in Actis xv. 39.

AE R AE
Vulgaris
Anno 59.

PAULUS autem, repudiato Joanne Marco, multum obfistente Barnaba, & exorta diffensione, ita ut discederent ab invicem, Silam qui Concilio Hierosolymitano interfuit, sibi comitem adjunxerat; Antiochiaque profectus, Syriæ & Ciliciæ Christianos invisere, confirmareque eorum animos aggressus, Derben Lystramque Lycaoniæ urbes pedestri itinere pervenit, ibique Timotheum, insigni florentem fama semi-Judæum (Ethnico quippe patre, Judæa Christiana matre Eunice erat ortus) voluit PAULUS secum proficisci, simulque ad captandam Judæorum benevolentiam, atque omnia obstacula submoventia, circumcissione obfignavit, idem ipse PAULUS, qui antea Hierosolymis Titum circumcidere, rogantibus licet atque urgentibus Judæis recusaverat (a). Timotheo igitur secum in comitatum adscito, confirmatis fratribus, traditisque eis dogmatibus, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus Hierosolymæ, Phrygiæ & Galatiæ regionibus peragratis, in Mysiam contendit; prohibitusque Bithynia a Spiritu Jesu, in Troadem descendit, ubi se illi comitem adjunxisse, indicat Lucas, Act. xvi. 10. Eo loci quum degeret, mira visio per noctem PAULO ostensa est. Vir Macedo quidam stans ejus oculis obicitur, qui illum demissa precabatur, ut in Macedoniam transiret, seque adjuvaret. Movit PAULUM cum species viri & iusta petitio, tum claritas gentis: nam triginta regibus & CLIV. annorum imperio fractis Thracibus, frenata Græcia, stratis Persarum opibus, victoriis India Aethiopiaque percursis, maximum sibi nomen compararat; sed Asiæ Europæque ingens terror, nulla majestate tutus, Romanæ virtuti succubuit, ita rerum vicissitudine ferente, modo Assyriorum per CIV. & CCG. annos

Q 2

eve-

(a) Non sine DEI monitu & socium adscitum Timotheum ab Apostolo, & circumcisum fuisse, censet S. Chrysostomus hom. 5. in 1. Thimoth. notatque S. Augustinus ad Hieronymum ep. 82. nov. edit. n. 12. ideo PAULUM circumcissioni subdere Titum noluisse, Galat. II. 3. ut nullam ejus ritus necessitatem esse doceret; Timotheum vero obfignasse, ut nihil in eo prævium esse significaret, ac sine crimine admitti pos-

se, donec labente tempore paulatim periens, penitus aboleretur. Fidei & Religionis commodum ab eo tunc id extorsit, quod ejusdem Fidei & Religionis utilitas, ne id alias præstaret, obliterat. Judæum se cum Judæis exhibebat, ut in legis servitute tollenda feliciori successu laboraret, 1. Cor. IX. 20. Circumcissione adversus circumcissionem usus est.

avehente imperium, modo Medorum per ccccl. modo Persarum per cccxxx. extollente, prostranteque. Igitur PAULUS relicta Troade, recto cursu Samothraciam, adjacentem Thraciæ (qua Hebrus in pontum evolvitur) insulam, venit, & sequenti die Neapolim Macedoniæ urbem, Thraciæ finibus satis proximam, mox Philippos tenuit urbem, prærupto in tumulo sitam, Crenidem olim, & postea Datum appellatam, quæ est prima partis Macedonia civitas, colonia Romanorum, Act. xv. 11. & 12. (a). Itaque per aliquot ibi dies Evangelium concionatus, die Sabbatorum foras portam juxta flumen (Zygastem) egressus, Lydiæ mulieris purpurariæ, hoc est purpurarum venditricis ex civitate Thyatirenorum, quæ PAULI doctrinam sequuta erat, precibus fatigatus, in ædes divertit. Quum progrederetur, fit illi obviam puella quædam habens spiritum pythonem, quo & dare responsa, & affari mortales, futuraque prædicere solebat, idque magno cum dominorum suorum quæstu (b). Hæc subsequuta PAULUM comitesque, clamabat, illos DEI

(a) Romanarum coloniarum genera erant duo. Alia quidem constituta in ea regione, in qua vel nulla antea urbs, vel, si qua olim, nulla tunc erat, a Romanis frequentabantur. Alia ductæ erant in urbibus, in quas milites aliique Romanorum subditi migrabant, acceptis domibus agrisque excolendis. Philippi ex altero hoc coloniarum genere erant; quam in dignitatem crevere per Julium Casarem, ac deinde per Augustum; ex quo factum est, ut in nummis sub Claudio cæsis donarentur nomine COLONIAE AUGUSTÆ JULIÆ PHILIPPENSIS. Colonia quæcumque tandem essent, jus erat Civitatis Romanæ, ac Romanorum legibus regebantur. PAULUS, qui Romana civitate gaudebat, libenter heic substitit, ubi plus, quam alibi loca-

rum privilegium illud vigeat, & in pretio habebatur.

(b) Pythonissarum genera erant plura: alia quidem Pythonico spiritu non nisi interdum afflabantur, uti Delphica, quæ non nisi tripode percusso Apollinis, (cujus inclytum in ea civitate templum conspiciebatur) dabat oracula. Aliarum vero ars tota erat in evocandis magica vi Manibus vel Dæmonibus, ut responsa interrogantibus darent. Denique erant, quæ familiaris Dæmonis consuetudinem tenebant, quo nunquam deserente, perpetuo afflabantur, ut Pythonissa, de qua in presenti. Imperante PAULO, Spiritus puellam destituit, statimque cessante afflatu, vox pacata & naturalis fluxit. Hujusmodi enim Pythonissæ plerumque agitate & plane furentes, arrepta coma, oculis,

excessi servos esse, & salutis annuntiantes viam: cujus ex corpore PAULUS cacodæmonem in nomine Jesu CHRISTI ejecit, ingenti dominorum moerore. Qui quotidiani redditus lucrique spe adempta, apprehendentes PAULUM & Silam perduxerunt in forum ad principes, sive Magistratus, accusantes, quod civitatem conturbarent, & sacra veterum, recenti superstitione inducta convellerent, Deorumque simulacra polluerent. Horum vocibus instigata multitudo, detractis PAULO ac sociis vestibus, gravissime illos virgis contuderunt, & sic male habitos cæcosque, in carceris interioris vincula stricte diligenterque custodiendos conjecere: sed intempesta nocte orantibus PAULO & Sila, laudantibusque DEUM, adeo ut verborum sonus custodum ad aures perveniret, tantus extitit repente terræmotus, ut, plurimis convulsis ædificiis, ipsius carceris fundamenta vehementissime quaterentur, expansis foribus, laxatisque omnium nexorum vinculis. Eo tremore expergestus custos carceris, quum patefactas januas carceris conspiceret, æstimans fugisse vincitos, poenam veritus, evaginato gladio volebat se interficere, quum statim PAULUS magna edita voce, damnare facinus, & inhibere manus jubet, neminem fugisse testatus. Ille ad PAULI vocem abiecto ferro, accensaqua face carcerem ingressus, quum vinculis solutos illos videret, miratus animi magnitudinem, tremefactus procidit PAULO & Sila ad pedes, salutemque precatus, dimittit. Qui in illius domum se recipiunt, ubi expiato sacra aqua cum universa familiâ custode carceris, curandis ictibus curam adhibent, quando Magistratus, missis licitoribus, ut dimitteret vincitos, custodi imperarunt. At PAULUS & Sila quum indigne se virgis cæcos, Romanosque cives esse inclamarent, iniecto Magistratibus

AE R AE
Vulgaris
Anno 50.

lis, voce, vultu prorsus mutato, divinabant. Virg. Æneid. lib. vi.
Subito non vultus, non color unus.
Non comptæ mansere comæ, sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument, majorque videri,
Nec mortale sonans: afflata est numine quando
Jam propiore Dei
At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vates, magnum si pectore possit
Excussisse Deum: tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premo . . .
Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obscuris vera involvens.

tibus terrore, quod Romani essent, venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant, ut egredierentur de urbe, ne populus jam tumultuans magis magisque concitaretur. Exeuntes autem de carcere, introierunt ad Lydiam hospitam suam, ubi Lucam, Timotheum, aliosque fratres nacti sunt; narratisque iis quæ sibi acciderunt, consolati sunt moestos & hortati, ut in fide perseverarent; statimque digressi, secesserunt, rati intempertivum esse, nulla necessitate novas in se turbas provocare (a).

AERAE
Vulgaris
Anno 50.

ANNO DOMINI LI.

S. PETRI Pontificatus Romani 10.

CLAUDII Cæsaris II.

Consules (TIBERIUS CLAUDIUS AUGUSTUS V.
(SERVIUS CORNELIUS ORPHITUS.

PAULUS cum sociis, Philippis, ut modo diximus, liber egressus, percursis Amphipoli, & Apollonia; Thessalonicam insignem urbem, venerunt. Ibi multi nobiles Judæi negotiabantur, claraque eorum Synagoga erat, in quam secundum consuetudinem PAULUS ingressus, per Sabbata tria disserbat eis de scripturis, eo totam ingenii vertens vim, docendo CHRISTUM esse DEUM, patique oportuisse ad nostra supplicio suo scelera delenda, & resurgere a mortuis (b). Non intellectum id a plerisque Judæorum (etsi quidam ex eis crediderint, quos secum abduxit) & alienum penitus ab eorum animo cogitationeque, credere vacors illa gens, Messiam Regio fastu armataque manu venturum, Romanum ad depellendum Hierosolymis nomen, & gloriose in terris triumphaturum, & quantum supplicia crucesque dedignari regale fastigium, tantum abesse Christum a Deo, quem in humanis abiecte viventem, vulgari vestitu, vulgari parente, vili familiaritate usum novissent, licet Prophetarum oracula, stupendaque illa ac supra naturam prodigia, omnem penitus cæcis ex animis depellere caliginem potuissent. PAULUS igitur multis CHRISTO militibus adjunctis, præsertim ex Gentilibus, conversisque non paucis mulieribus nobilibus ad fidem, quem apud Jasonem præpotentem urbis civem moraretur, zelantes Judæi, assumentesque de vulgo viros quosdam malos, turba

(a) Vide Actor. Apost. c. XVI. (b) Actor. XVII. 3.
a versu 13. usque ad 40.

ba facta, concitaverunt civitatem, inque Jasonis Judæi ad fidem conversi irrumpentes domum, PAULUM sociosque quærebant producere in populum. Quos cum non invenissent, Jasoni nonnullisque aliis e pia familia, manibus injectis, ad Magistratus principesque civitatis pertraxerunt, clamantes, Jasonem præbere domicilium rerum novarum cupidis, fovere divitiis, complecti auctoritate; fascium terrorem sperni, ac Divalia rescindi decreta, labefactarique Cæsaris nomen, JESUMQUE ab illis regale in fastigium attolli. Excitur his vocibus civitas, Cæsaris majestati obstricta: jam vaga volitat, incertoque fremitu, turget, ruit, atque ante tribunal Jasonem sistit, PAULO, Sila, ac Timotheo aufugientibus (quando in eos tota effusura vis popularis fuisset). Sed Jason perorata summa fiducia caussa, deprehensoque Judæorum dolo, levialiqua satisfactione data, cum ceteris dimittitur. Itaque Christiani PAULUM cum Sila Beroeam miserunt, ubi PAULUS multis concionibus habitis, nusquam periculis concussus fractusve labore, multis ex Judæis, pluribus ex Ethnicis Christianam religionem persuadet. Quæ res, Thessalonica Judæos ad coerendos fidei progressus, nostrosque perturbandos Beroeam excivit: statimque impleta seditionibus urbe, fratres sedulo curavere, illum per viam maris subducere, ut adversarii ignorantes quo perrexisset, rati que se mari commississe, Apostolum insectari desinerent. Ne tamen nascentem hanc Ecclesiam desereret PAULUS, confirmandis in fide institutisque recens conversis, Silam & Timotheum Beroæ reliquit. Qui autem deducebant PAULUM, perduxerunt eum Athenas; & accepto mandato ab eo ad Silam & Timotheum, ut quam celeriter venirent ad illum, profecti sunt (a). Apostolus igitur Athenas ingressus, coepit eum primo occurru cum magnitudo sceleris, tum civitatis Idololatriæ dedita nomen. Quare non terendum tempus, aut cunctandum ratus, magno studio CHRISTI doctrinam edocet. Multa illi cum Stoicis, multa cum Epicureis luctatio (b). Illos, magno sed falso virtutis amore flagrantes, agi omnia fato & fatali necessitate docentes, sapientemque sui unius viribus supra res ceteras efferri; hos, non

AERAE
Vulgaris
Anno 51.

(a) Vid. Actor. cap. XVII. a commate 4. ad 15.
(b) Philosophorum sectæ quatuor Athenis tunc principes erant. Academici, Peripatetici, Stoi-

ci, Epicurei. Quarum duas posteriores dumtaxat Lucas commemorat, quod fortasse a Christiana disciplina magis abhorrent.

AE R AE
Vulgaris
Anno 51.

divinam naturam, non immortales animos, sed cuncta casu sempiterno tolli existimantes, veneri addictos, cibis, somno, cunctisque illecebris pollutos, ad bonam frugem revocare CHRISTI miles conabatur. At Philosophi innato fastu prætumidi, & sua doctrina ventosi, in animum inducunt, ignoto homini, & nova prorsus in medium afferenti non cedere; & PAULUM verissima sentientem, nulli cavilli vulgaræque fabulæ, nulla acuta ratiocinatio absterrent. Ergo ad Areopagum decurritur, gravissimum sanctissimumque apud Athenienses consilium: ubi PAULUS dicere iussus, *Deum quem ignorantibus colebant*, cuique præteritis aram positam viderat cum inscriptione IGNOTO DEO, *isidem annuntiavit*, ea oratione, quæ legitur in Apostolorum Actis (a). Quum dicendi finem fecisset, movit quidem admirationem audientibus (b); at nemo ex Senatu præter Dionysium PAULO est assensus (c). Credidit etiam eo die Damaris non ignobilis femina, quam Dionysio uxorem SS. Chrysostomus & Asterius tribuunt; & alii cum eis. Interea misso Timotheo ad Theſſalonicenses, cum priore quæ extat ad eos epistola (d), in qua eorum studium, virtutem, charitatemque in fratres ex Macedonia, pluribus effert, relictiis Athenis, Corinthum clarissimam Achajæ urbem profectus est. Et inveniens quendam Judæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam uxorem ejus, (eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Ju-

(a) Cap. xvii. v. 22. De epigraphe autem aræ Atheniensis: IGNOTO DEO, peculiarem edidit Dissertationem Augustinus Calmet, quam Commentario eorumdem Actorum præposuit.

(b) Vide, si placet Clementem Alexandrinum lib. 3. Stromat. Origenem lib. 4. contra Celsum, Diogenem Laertium in Theopompo, Grotium de veritate Religionis Christianæ lib. 2. art. 10. & laudatum Calmeti Comment. in Acta Apostolorum.

(c) Dionysium hunc Areopagitam, omnium primum Atheniensi Ecclesiæ præfuisse, ex Dio-

nysio Corinthio, qui circa annum CHRISTI CLXX. florebat, discimus, apud Euseb. hist. Eccl. lib. 3. cap. 4. & lib. 4. cap. 23. eademque dignitatem ab Apostolo PAULO illum obtinuisse, ex Constitutionibus Apostolicis lib. 7. cap. 46. & ex Græcis latinisque Martyrologiis constat. Glorioso martyrio vitam absolvisse creditur sub Domitiano; & a Græcis recentioribus præpostero confunditur cū altero Dionysio Parisiensi, neci tradito sub Decio.

(d) Vide ejusd. epistolæ cap. 3. vers. 1.

Judæos a Roma) accessit ad eos. Ex eo autem quod Aquila nuper ab Italia venisse dicatur, conicit Pearsonius in operibus posthumis, anno æræ vulg. LII. Claudii XII. contigisse Judæorum expulsionem ab Urbe, nequaquam animadvertens, non legi in textu Aquilam nuper a Roma, sed nuper ab Italia venisse. Potuit enim Roma discedere anno XLVIII. & in Italia morari usque ad annum LI. vel LII. (a). Dum igitur Corinthi PAULUS versaretur, alteram ad Theſſalonicenses epistolam adjecit, confirmandis illorum animis, quos sparsus quidam a seditiosis hominibus rumor, de imminente mundi exitu, suppositis etiam in eam rem ejusdem Apostoli litteris, haud mediocriter perturbaverat. Sed Corinthi civitas in adventum PAULI omnis penitus decoris oblita, cunctas in impietates ac turpitudines effusa, non indigenis modo, sed peregrinis etiam moribus sacrisque foedabatur. Hos igitur scelestos mores, diraque scelera atque impietates retundere PAULUS aggressus, quotidie in foro, atque in Judæorum Synagoga per omne Sabbatum interponens nomen Domini JESU nostram religionem suadebat Judæis & Græcis, auctusque Timothei Silæque comitatu, acrius perfringebat civitatis mores, instabatque verbo, ut Lucæ verbis utamur, testificans Judæis esse Christum, JESUM. Contradicientibus autem illis & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego ex hoc ad Gentes vadam. Et migrans inde (e domo scilicet Aquilæ) intravit in domum cujusdam Titi Justi (b) colentis Deum, cujus domus erat conjuncta Synagoga: Crispumque Archisynagogum (c), illustrem nimirum gene-

(a) Vide notas ad Cortesi librum 1. de Romano itinere &c. pag. 40.

(b) E gentilibus scilicet ad fidem conversi. Græcus typis editus Justum legit, Titum non legit; at Syrus Titum quidem, non vero Justum habet. Codex Cantabrigiensis in prima sui origine fert Titi vel Titii, aliena vero & recentiori manu rō Justi additum est. Millius censet Justum glossa esse, quod ex margine in tex-

tum irrepsit. S. Joan. Chrysostomus cum Tito hoc, confundit Titum alterum, ad quem PAULUS litteras dedit. Consentit Grotius. Sed contraria opinio fere omnibus arridet. De gestis Titi hujus Corinthii, nihil in historia.

(c) Crispum hunc destinatum fuisse a PAULO Episcopum Insule Aeginæ prope Athenas, ferunt Constitutiones Apostolicæ lib. 7. cap. 46. ejusque festum die 14. Octobris celebratur. Porro Archisyna-

AE R AE
Vulgaris
Anno 51.

nere auctoritateque inter Judæos, cum universa familia, multisque Corinthiorum ad Christianam religionem pertraxit (a). **Noctu autem Dominus per visionem PAULUM** visus est admonere, ne timeret taceretque, neque commoveretur mortalium infidelis, sed libere Evangelium prædicaret, stare se pro illo, & multos etiam eadem in urbe sibi militare confirmat. Quo offenso, terribilior hostibus PAULUS, integro anno sexque mensibus in Achaja sedit, docens apud Corinthios verbum Dei, Act. cap. XVIII. vers. 11.

AERAE
Vulgaris
Anno 51.

ANNO DOMINI LII.

S. PETRI Pontificatus Romani 11.

CLAUDII Cæsaris 12.

Consules (PUB. CORNELIUS SULLA FAUSTUS,
LUCIUS SALVIUS OTTHO TITIANUS.)

Præerat tum Achajæ demptæ a Tiberio Senatui, & rursus illi a Claudio restitutæ Proconsul Gallio, vir ingenio miti atque suavi, cujus primum nomen fuit *M. Annæus Novatus*; sed per adoptionem in familiam Gallionis sub Tiberio exulis adlectus, nomen *L. Junii Gallionis* adsciverat. Hic fratrem natu minorem habuit Annæum Senecam Philosophum, qui suum de ira librum ejus nomini inscripsit: unde colligi potest, hoc tempus idoneum fuisse, quo Proconsul fieret. Tota Senecarum familia Claudio maxime infensa fuit, quod Annæum gravi diuturnoque exilio multasset, a quo tandem liberatus anno ejusdem Claudii IX. C. Pompejo

synagogus sacris cætibus præerat, legem interpretabatur, de rebus vetitis sive permissis sententiam ferebat, connubia celebrabat, declarabat divortia, ita ferme ut hodie apud Judæos כהן חכם CHACHAM RAY Magister sapiens præstat, Leone Mutinensi teste par. 1. cap. 3.

(a) Vid. Act. XVIII. 5. 6. 7. & seq. Sane PAULUM omnium primiti fidem Corinthi instituisse, patet ex ejusdem 1. ad Corinthios

ipso epistola III. 6. 10. ejusque prædicationem a Deo prodigiorum copia factam fuisse & commendatam, idem Apostolus fatetur 2. Corinth. XII. 12. Convertit ibi ad fidem Stephanam sive Stephanum cum universa familia, quos Achajæ primitias ipse nuncupat 1. Cor. XVI. 5. quosque sacro fonte una cum Gajo Crispoque abluit, ibid. 1. 14. quamquam missum se non ad baptizandum, sed ad prædicandum affirmat.

jo Longino, & Q. Verennio Nepote Coss. teste Tacito (a), statim Senatoriam dignitatem adeptus est, Domitiumque ab Agrippina instituendum suscepit, ut patet ex Svetonio in ipsius Neronis vita cap. VII. Anno Claudii X. Domitius in familiam Claudii & nomen Neronis transiit, C. Antistio Vertere, & M. Suillio Nervilliano Consulibus (b). Annæus quum semper observasset Gallionem fratrem honorum magnopere avidum atque appetentem, curavit, ut Consul suffectus esset anno, ut videtur Claudii XI. & statim hoc anno, imperii ejusdem Claudii XII. Proconsul fieret, & quidem Achajæ. Sic enim interpretor Senecam epist. 104. *Illud mihi in ore erat Domini mei Gallionis, qui cum in Achaja febrem habere cepisset, protinus navem ascendit, clamitans, non corporis esse, sed loci morbum. Fratrem siquidem natu majorem, postquam Consul & Proconsul fuisset, Dominum appellavit. His de tempore, quo Gallio Proconsulatum Achajæ gessit, præmissis, ad Paulum revertamur, qui ad ejusdem Gallionis tribunal a Judæis adductus, tamquam legis Mosaicæ dogmata everteret, novamque persuaderet religionem (c), atque accusatoribus respondere paratus, prohibetur a Proconsule. Nam de facinore injuriisve, non de lege patria ritibusve Judæorum se laturum sententiam dixit: nequaquam se his causis cognoscendis judicem constitutum; datum quidem esse ab Imperatoribus, ut Judæi legibus parerent suis, sed nec cuique suæ professionem religionis prohiberi. Si reus ideo ab illis constitui vellet PAULUS, quod Judæum se non exhiberet; non idcirco Romanis legibus damnari, annuit. Nullum siquidem adhuc in Christianos edictum latum fuerat; quæque novas religiones damnabant leges, varias ejusdem religionis sectas haud reiiciebant, & Christianæ fidei cultores, veluti restitutæ Judæo-*

AERAE
Vulgaris
Anno 52.

(a) Annalium lib. XII. c. 18.

(b) Tacitus ibid. cap. 26.

(c) Non idem jus erat Ebræis in Provincia, quod habebant in Judæa, puniendi scilicet gentiles suos, qui leges violassent. Si quid enim juris ejusmodi obtinuisent Corinthi, utique Apostolum ad Synagogas suas pertractum punisissent. Imperatorum autem facultate integrum erat Judæis ex in-

stituto Mosaicæ legis vivere; accusabatur autem Apostolus, quod nec Mosaicis, nec Romanis legibus obsequens, neque Judæus esset, neque Gentilis; sibi que similes discipulos ingenti numero colligeret. Judæum non dixeris, qui circumcissionem ceterosque Legis ritus non admittit; sed neque Gentilem, quum Idololatriam execretur.

AE R A E
Vulgaris
Anno 52

dæorum religionis affectæ, & arboris illius furculus ab ethnicis censebantur. At Judæi, Gallionis responso illusi, omisso PAULO, in Sosthenem principem Synagogæ, qui forte Crispo successerat (a), toto impetu feruntur, eumque, vidente Gallione, percutere cœperunt, nullo Proconsuli, segni viro, stomacho facto: tanta homini fœcordia atque ignavia, ut sex fascium dignitatis terrorisque oblivisceretur, seu injustum existimaret de aliena religione judicare, Ebraicarum traditionum ignarus: & Judæos adeo impudentia arrogantiaque obcæcabat, ut in conspectu Proconsulis ante tribunal Cæsaris villissimi ipsi servitia indemnatum verberare ausi fuerint (b). Refert Joannes Chrysostomus PAULI studiosissimus, eodem etiam furore illum a Judæis fuisse virgis contusum, atque affectum injuria. At PAULUS multis ibi consumptis diebus, in Syriam, (ad Cenchræas, ex voto deposita coma (c)) adnavigavit.

(a) S. Chrysostomus hom. 39. in Acta, Theodoretus in 1. Cor. 1. 1. Fromondus, Sanctius, Estius, alique censent, Sosthenem ideo verbera ex Judæis tulisse, quod Christianam religionem, & amicitiam PAULI profiteretur. Sunt qui credant, ipsum esse Sosthenem, cujus nomen una cum PAULO primæ ad Corinthios epistolæ I. 1. inscribitur. At Græcus typis editus legit: Ἐπιειθέσι τοῖς Ἀρχισυνάγωγον: Apprehendentes omnes Græci Sosthenem Principem Synagogæ, percutiebant, &c. Et licet plures optimi Codices non habeant Ἐπιειθέσι, & Codex Anglicus hujus vocis loco ferat Judæi, editorum tamen Bibliorum lectionem sequitur D. Augustinus epist. xciii. n. 7. nov. edit. qui hoc exemplo utitur, ad demonstrandum, impios etiam non secus ac bonos vexationibus

laccessiri posse. Consule interpretes, ac nominatim Calmetum, qui in priorem S. Chrysostomi sententiam propendens, existimat, Sosthenem licet Synagogæ Principem, amicum vel forte etiam occultum PAULI discipulum fuisse, ac propterea, quum Apostolo favore videretur, a Judæis fuisse percussum.

(b) Vide Actor. cap. xviii. a versiculo 12. usque ad 17.

(c) Cenchræa oppidum erant Corintho subditum, portuque ad mare Aegæum & Asiam petenti decorabantur. Hinc solvit Apostolus, ut in Syriam & in Palestinam navigaret. Quum versaretur Corinthi votum nuncupaverat, Nazæorum voto simile, (de quibus Num. vi. 18.) quod se obstringebant ad abstinendum a vino, cæterisque ebrietatem inducentibus, ne postis quidem vis exceptis; addebantque comam to-

AE R A E
Vulgaris
Anno 52

vigare constituit, Aquila & Priscilla comitibus sibi adjunctis. A quibus Corinthi, ut diximus, benigne susceptus, una cum illis opus facere affueverat ex vetusta Rabbinorum consuetudine, qua addiscentes sacras litteras mechanicis etiam affuere opificiis, ad otii pestem evitandam jubebantur. Interea Apostolus ex eodem Corinthico Cenchræarum portu, gravissima ad Romanos epistola conscripta (a), (de quorum in Christiana religione progressibus tam multa audierat, ut magnopere cuperet Romam videre, Deumque sæpe exoraret, ut aliquando illuc accedere posset): Aegeo mare penitus secato, Ephesum Asiæ minoris Metropolim pervenit, relictiisque in ea urbe Aquila & Priscilla, sæpeque cum Judæis conflictatus, Cæsaream, invitis etiam Christianis discessit: quamquam brevi se reversurum pollicitus esset: inde Antiochiam applicuit, Actor. xviii. 19. Quo temporis tractu, Judeus quidam Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens potensque in scripturis, Alexandria Ephesum se contulit, qui a Priscilla & Aquila melius diligentiusque edoctus viam Domini, Epheso Corinthum profectus est; ubi haud multo post pervenit Apostolorum Princeps, qui Italiæ urbibus perlustratis, Romaque, Claudio adhuc imperante Judæorum expulsore, prohibitus, Achajæ Ecclesias pertransibat, Corinthumque devenit hoc tempore, quum scilicet adhuc in ea civitate versaretur Apollo, quemadmodum ex priore S. Clementis PP. I. epistola ad Corinthios, colligi posse videtur (b).

PAU-

to voti spatium intonsam. Pro consueto more ad mensem hujusmodi votum producebatur, quo elapso Nazæus comam pro furibus Templi cadebat, offerebatque sacrificia in lege præscripta. His ritibus tota ea religio Jerosolymis locisque vicinis absoluebatur. Sed procul a Palestina PAULUS, voti tempore impleto, comam totondit in portu Corinthi, antequam mari se committeret, ac deinde solvit, sacrificia & reliquum voti pensum in Templo Jerosolymæ redditurus.

(a) Vid. ejusd. epist. cap. 1. v. 9. 23. & xv. 22. ac Onuphrii Panvini Augustiniani opus de primatu PETRI & Apostolicæ Sedis potestate, in quo lib. 1. par. 3. eandem PAULI ad Romanos epistolam anno DOMINI lxxv. scriptam esse, contendit. Ven. autem Cardinalis Baronius eam ad annum DOMINI lxxviii. Neronis quartum referendam esse existimat. Vide etiam notas ad Corinthesi lib. 2. pag. 128.

(b) Ita enim ejusdem epistolæ n. 47. pag. 32. juxta editionem cl.

PAULUS autem Antiochiæ aliquanto tempore moratus, profectus est perambulans ex ordine Galaticam regionem, & Phrygiam, eo consilio, ut Christianos in religione confirmaret, ingenti a cunctis hilaritate exceptus, (Actor. xviii. 23.) peragratisque superioribus provinciis, rursus Ephesum contendit, cum Apollo (& Petrus ut modo dictum est) essent Corinthi, Actor. xix. 1. Ingressus igitur Ephesum, reperit in ea civitate quosdam discipulos, a quibus quum quæsisset, num Spiritum Sanctum credentes accepissent, responderunt, ne auditione quidem accepisse, num almus Spiritus reperiretur. Quare iterum illos rogavit PAULUS, cuius nomine essent baptizati: quumque respondissent, se Joannis baptizate expiatis esse, PAULUS addidit, Joannem quidem poenitentiae lavacro expiatisse populos, eos admonentem, ut in eum, qui ipsum subsequeretur, id est in JESUM, crederent. Tunc omnes, duodecim numero domini JESU nomine baptizantur (a), sive ipsius-

el. viri Petri Constantii legitur. Sumite epistolam Beati PAULI Apostoli. Quid primum vobis in principio Evangelii scripsit? Profectio in Spiritu ad vos litteras dedit de se ipso & Cepha & Apollo, quia etiam tum diversa in studia scissi eratis. Sed varia illa inclinatio minus peccatum vobis intulit. Propendebatis enim in Apostolos celeberrimos, & in virum ab illis probatum. Aperte heic docet Clemens, Cepham, cuius PAULUS I. Cor. I. 10. meminit, non unum e septuaginta discipulis CHRISTI, sed ipsum Apostolorum Principem extitisse, qui fortasse Corinthum perrexerat eodem tempore, quo Apollo ad eam civitatem cum venisset, contulit multum cum his qui crederant: vehementer Judæos revincens publice, ostendens

que per Scripturas esse Christum JESUM. Tunc enim in contraria studia scissi Corinthiorum animis, distitantibus aliis, ego quidem sum Pauli, aliis, ego autem Apollo, aliis demum ego vero Cepha, ubi his Pauli verbis, apostolos celeberrimos & virum ab illis probatum significari prædicat Clemens, perspicuum etiam est, eum & PAULUM & CEPHAM duos apostolos celeberrimos, quorum alterum Corinthi hoc anno cum Apollo fuerit, & Apollo virum ab utroque probatum intelligere, licet in eo loco Cephas non primus, sed tertius appelletur.

(a) Non quod unicum JESU nomen in Sacramento conferendo recitatum fuerit, sed consuetudo baptizandi formula: In nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ut proinde verba illa in nomine

ipsiusmet Apostoli manu, sive aliorum discipulorum Caii, Aristarchi, Timothei, Erasti, ac forte etiam Titi, quos secum duxerat. Quumque imposuisset eis manus, ut Confirmationis Sacramentum conferret, tamquam Apostolus & Episcopus, quibus unis id muneris reservatur, Spiritus Sanctus venit super eos; statimque linguis loquebantur variis, sibi antea ignotis, & prophetabant, futura prænunciantes, interpretantesque Scripturas. PAULUS autem per trimestre Ephesi versatus, cum Judæis disputavit, multa ac peracerba ob religionem perpeffus, & objectus etiam feris, nisi ferarum nomine, immitis homines ingenii & efferati, intelligamus, Actor. xix. 2. & seqq.

Anno DOMINI LIII.

S. PETRI Pontificatus Romani 12.

CLAUDII Cæsaris 13.

Consules (DECIMUS JUNIUS SILANUS,
QUINTUS ATERIUS ANTONINUS.)

Quum igitur PAULUS per tres menses in Ephesina Judæorum Synagoga prædicasset, tandem discedens ab eis, segregavit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni cujusdam (viri scilicet, cui id nominis erat (a)), biennioque Asiam, Græciam

mine Domini Jesu, perinde sonent, ac initiatos fuisse baptizate a JESU CHRISTO instituto: que communis est nostrorum Theologorum sententia. Ex his omnibus intelligimus baptismum Joannis vni habuisse ac verborum ritum a baptizate JESU CHRISTI plane diversum. Vide Calmeti dissertat. de hoc argumento.

(a) Hæc tamen loquendi phrasis, que etiam in textu Græco servatur, viros aliquos in eam opinionem induxit, Tyranni nomen appellativum heic esse, quum propriis nominibus pronomen quidam jungi non soleat. Censent

igitur, Apostolum quotidianis disputationibus suis locum elegisse in eam rem aptum, a Tyranno hoc est Principe vel optimate aliquo urbis illius concessum. Sed horum sententiam debili plane fundamento inniti, censet Calmetus. Nec enim novum est, nec insuetum, ut pronomen quidam nomini proprio viri ignoti tamen, vel parum cogniti, jungatur, ut quidam Symon Cyrenæus, quidam Justus, Lazarus quidam, Tertullus Rhetor quidam &c. Sane Tyranni nomen plures apud veteres gerebant. Meminit Suidas Tyranni cujusdam Rhetoris

AE R AE
Vulgaris
Anno 53.

ciamque multis ad illum confluentibus edocuit. Ejus interim fama ac sanctitas stupendis prodigiis crescebat, tactis in venerationem admirationemque agminibus populorum: ita ut etiam super languidos (inquit S. Lucas) deferrentur a corpore ejus sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur, mugientibus falsorum deorum simulacris in ararum squalore, Actor. xix. 12. Movit miraculum invidiam & cupidinem simul septem Scœvæ principis Sacerdotum filiiis Judæis, ad experienda arcana. Itaque facto periculo, num id quoque sibi liceret in gloriam sui, placuit juvenibus nomen JESU in eos, qui habebant spiritus malos invocare his verbis: Adjuro vos per JESUM, quem Paulus prædicat. Respondens autem spiritus nequam, se & JESUM & PAULUM nosse, illos, qui essent ignorare (a), ruit in illos homo, in quo erat demonium pessimum, & dominatus amborum, atque adeo contra eos invaluit, ut nudi, multisque icti vulneribus de domo illa profugere coacti fuerint. Hinc ingenti terrore incolis Judæisque injecto, omnes CHRISTI nomen ad astra tollunt, multi Christianæ militiæ mancipantur, multi antea facta scelera flebiliter confitentur, alii in investigandis naturæ arcanis in multa librorum farragine diu distenti, libros in conspectu populi comburunt, sive ut sacri historici verbis utar, multi qui fuerant curiosa sc̄lari, contulerunt libros & combusserunt coram omnibus, & computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium cum iisdem

& Sopbista. Præterea Tyranni appellatio jam tunc invidia magis patebat, quam ut Principi alioquin laudabili daretur, eaque non nisi supremo Principi tribuebatur, quorum nullus tunc Ephesi agebat.

(a) Frequens est apud veteres Patres sermo de virtute Christianæ adjurationis. Tradit S. Justinus Apolog. pro Relig. Christiana, trepidare Demones, au-

. . . . Torquetur Apella,
Nomine percussus CHRISTI, nec fulmina verbi
Ferre potest. Agitant miserum tot verbera linguæ
Quot laudata DEI resonant miracula CHRISTI.

dito nomine JESU CHRISTI, & virtuti adjurationum cedere. Addit Tertullianus in Apologet. resistere Demones coram Christianis non posse, coactosque fateri imbecillitatem suam, ubi nomine CHRISTI urgentur; quare colligit: Credite illis cum verum de se loquantur, qui mentientibus creditis. Prudentius Apoteos, contra Judæos

AE R AE
Vulgaris
Anno 53.

dem libris absumptam (a). His ita PAULUS gestis, divino numine præmonitus, Macedonia atque Achaja lustratis, ire decreverat Hierosolymam, quod intelligeret quum eo accessisset, Romam sibi eundem fore (b). Sed in hoc decreto, condemnato Cumano, ac Felice Judææ Procuratore a Claudio iterum constituto, quam cum jure gladii Provinciam una cum Samaria & Galilæa administraret, facta est illo tempore turbatio non minima de via Domini. Quamobrem præmissis Timotheo & Erasto ministrantibus sibi in Macedoniam, ipse remansit ad tempus in Asia: ubi Apollo cum aliis fratribus ad ipsum PAULUM ab urbe Corinthi advenientibus, acceptis Corinthiorum litteris, priorem scripsit ad eos epistolam. In ea Corinthios redarguit de seditione, simulque quod perniciose libertate ab Idolothytis pessimo fratrum exemplo non se abstinerent. Acerrime in incestuosum, qui focrum suam duxerat, invehitur, nec illis etiam parcat, qui causas coram secularibus judicibus agitandas susciperent, quique recepto aliquo divinitus dono, tuebant. Carpit tandem abusus in coetibus gliscentes, in quibus verba faciendi pruritus, ne foeminiis quidem exceptis, omnes tenebat. Post hæc monita quædam ad mores dirigendos aptissima, subjungit. Hanc epistolam Ephesi datam, Stephanas, Fortunatus, & Achaicus detulerunt. Nec multo post alias ex eadem urbe ad Galatas litteras dedit, proprio charactere exaratas, quum ceteras Amanuensis dictare consuevisset. Quum enim Galatas ab ipso olim institutos, mali quidam doctores, a recto avertissent, Legalium observantiam, circumcisionemque ad salutem profus necessariam esse dictitantes; Apostolus his litteris munus suum magnificis sane verbis elevat, simulque vivissimis coloribus malos illos doctores depingit, congestisque Scripturæ testimoniis, Fideles a jugo legis liberos esse oportere, demonstrat. Sed jam reliquas PAULI in Ephesi civitate res gestas, antequam ex Asia discederet, persequamur.

(a) Actor. xix. 19.

(b) Ibid. versu 21.

ANNO DOMINI LIV.
S. PETRI Pontificatus Romani 13.
CLAUDII Cæsaris 14.

Consules (MARCUS ASINIUS MARCELLUS,
(MANIUS ACILIUS AVIOLA.

Interea perturbato Ephesinæ Ecclesiæ statu, concitatisque per Demetrium quendam Argentarium, vilem quidem hominem, sed truci eloquentia præcipitem, & avaritia infamem, petulantium civium animis; (faciens enim ades argenteas Diana, præstabat artificibus non modicum questum, Actor. XIX. 24.) tota passim urbe proclamari coeptum; a PAULO quotidiano reddito exsui inopes, improbante simulacra Deorum mortali fabricata manu, revocari ab Dianæ cultu non Ephesinos modo, sed universam Asiam: nihil hoc Asiæ gravius, nihil luctuosius, privari vetustissimo numine vetustissimam urbem virginea fundatam manu, emporiumque populorum cis Taurum incolentium Asiam; corruisse quondam inclytum templum Chersiphori opus, insania Herosttrati, rursus majori magnificentia cuncta ab Asia 10. & XX. annorum spatio restitutum Chrimocratis ingenio, ad illam usque diem tot bellis inviolatum, intactumque Macedonum inter Romanaque arma, nunc unius ignoti hominis voce dehonestari, pollui, temerari, excindique. Quibus vocibus exarsere audientium animi, vastoque murmure Magna Diana Ephesorum invocantium conseruati prouere; factoque impetu Gajum atque Aristarchum Macedones PAULI comites, in theatrum attraxere (a). Quo-

(a) Theatra ingentes erant arc in semicirculum constructa, frequentissima multitudini continenda, apta, eoque in urbibus, in quibus commodior non suppetebat locus, civilibus cætibus cogendis inferviebant. Porro Gajus, vel Cajus vir erat facile Macedo, cui id honoris contigit, ut hospitem haberet PAULUM Corinthi, ubi ades habebat constituta.

An autem hic idem sit, ad quem Joannes tertiam epistolam dedit, statui non potest. Tillemontius & Calmetus alium ab alio distinguunt, illumque, de quo in Actis sermo, Episcopum Thessalonice agere potuisse existimant, juxta traditionem ab Origene recitatam in epist. ad Romanos, quum alterum, qui pariter PAULO adhaesit Episcopum Pergami in Asia constituta

Quorum infortunium graviter ferente PAULO, volenteque prodi-
re in publicum & alloqui populum, non permiserunt discipuli, & nota multorum nobilium auctoritas, qui juncti Apostolo familiaritate, popularem impetum extimescebant: trahendam moram, & iniiciendam cunctationem, dum concitata rudibus in animis rabies languesceret, judicare: contra nonnulli eundem obviam furori, & devoto pectore excipienda tela, nec inermem plebem timendam, sentire: plures, rem ignorantes, fluctuare animis: universos ingens metus occuparat: Quum in medium tractus quidam Alexander, & silentium manu poscens, rationem facti reddere enititur. Quem ut cognoverunt Judæum esse, vox facta una est omnium, quasi per boras duas clamantium; Magna Diana Ephesorum (a). Ceterum ad populi conspectum descendente apparitore, Romana gestante insignia, languentibus jam multitudinis animis, ac tumultu deservescente, rursus Alexander permodeste loquutus, nostros nihil in magnam Dianam peccasse urbis præsidem, Jovisque prolem, nec ullo eos attineri piaculo, ait: atque ita frenato populi motu, nostri haud incerto discrimini eximuntur. Quos ad se evocatus PAULUS, quum ad bene vivendum esset adhortatus, in Macedoniam proficiscitur: qua lustrata confirmatisque Christianorum animis, per Aegeum mare in Græciam descendit, tresque ibi menses demoratus, quum Syriam cogitaret, frustra illi a Judæis insidiæ, commutato consilio, in Macedoniam averterunt. Quamobrem, scripta altera ad Corinthios epistola (b), per dies aximorum Philippos accessit.

R 2

sit.

stituat author Constitutionum Apostolicarum lib. 7. cap. 46.

Aristarchus alter erat vir Macedo Thessalonica oriundus, qui PAULUM Ephesum comitatus, ibi toto biennio substitit, pericula cum illo & Apostolici muneris labores tolerans. Epheso cum Apostolo digressus, cum eodem primum in Græciam, inde in Asiam, postea in Judæam, & ex Judæa Romam venit. Adoni & Romano Martyrologio est Thessalonicensium Episcopus; sed a Græcis

Apamæ in Syria Episcopus constituitur, quem & capite diminutum sub Nerone ferunt, statim post PAULUM, cui constanti fide adhaesisse comitem asserunt. Nomen Aristarchi sæpius in Epistolis Apostoli occurrit.

(a) Vide Actor. cap. XIX. a versiculo 25. usque ad 34.

(b) Huic epistola deferenda missus est Titus, ipsique additus alter frater, quem alii Silam, alii Barnabam, alii tandem Lucam fuisse credunt. In ea Paulus pluri-

AFRAE
Vulgaris
Anno 547

AERAE
Vulgaris
Anno 54.

fit, nec multo post Sopatre, Aristarcho, Secundo, Gajo Derbeo, Timotheo, Tychicho, Trophimoque sibi adjunctis, Troademque praemissis, uno secum Luca (cujus magna in conscribendo Evangelio rebusque gestis Apostolorum extitit, praeter sanctitatem, gloria) retento, Philippis solvens, Troadem Helleponto adjacentem, insignem urbem, pervenit; septemque ibi dies commoratus, ut Oppidanorum ardori satisfaceret, quum profecturus in crastinum disputaret a coena cum sodalibus, in longum protracto sermone, Eutygium adolescentem gravi oppressum somno, prolapsumque e celso in terram loco, sive ut Lucas ait, de tertio cenaculo deorsum, sublatumque mortuum, incumbens super eum, mediumque complexus, a morte revocavit, viventemque sociis reddidit, Act. xx. 9. Igitur Luca sociisque in Asson navigantibus, quum ipse per terram pedibus iter fecisset, socios in Asson convenit, navemque conscendens, recto cursu Mitylenem contendit; inde Chium, e regione, octo fere stadiis a Lesbo distantem praetervectus, Samum in Insulam Neptuni Junonisque delubris illustrem, mox Miletum Didymaei Apollinis fano claram urbem attigit. Proposuerat enim PAULUS, (inquit illius itineris comes scriptorque Lucas) trans navigare sive praeterire Ephesium, ut qua mora illi seret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes faceret Jerosolymis, Act. xx. 1. A Mileto autem mittens Ephesium, accersiri illius Ecclesiae majores natu placuit. Qui ubi ad eum convenere, multa de discessu, multa etiam de charitate, qua per tot in Asia moratus annos, usus fuisset, verba fecit (a), commemoratis passim Judaeorum insidiis, susceptisque laboribus: praedicasse ubique CHRISTI nomen, docuisse Judaeos ethnicosque, nec in alterius fortunam unquam conjecisse oculos, aut aliquid abstulisse: ita cunctis se exhibuisse, ut nemo jure de eo queri possit: modo petiturum Hierosolymam, et si probe nosce-

plurimum contra malos doctores, fama sua apud Corinthios detrahentes, invehitur. Suum proinde munus offerens, meritis etiam de gestis suis laudes, quamquam non sine insita ipsi moderatione, profertur. Revelationes suas, alienam a cupiditatibus animum, persecutiones, & excantatos a se labores commemorat. Hortatur

inde Corinthios, ut debitas penas de suis ipsi criminibus expectant, ne quum ipse venerit, flagellum excutere cogatur; veniaque incestuosos impertita, eosdem monet, ut suo Corinthum adventu elemosynas praesto habeant.

(a) Vide idem Act. caput xx. a commate 18. usque ad 36.

nosceret infestissimos sibi Judaeorum animos, nihil tamen se formidare illorum insidias, aut cruciatus: scire etiam se, post discessum suum ruituros in gregem lupos rapaces, & non mediocre discrimen piis mentibus allaturos: cernere etiam futuram tempestatem, exurgentemque ambitionem: proinde se illos etiam atque etiam hortari, ut excubarent, sibi que attendere, atque universo gregi, in quo eos Spiritus Sanctus posuerat Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo (a): nec eos omnes (per quos transierat praedicans regnum Dei) amplius faciem suam visuros confirmat; moxque positis genibus suis oravit cum omnibus illis, ac fausta Ecclesiae precatus, ad navem progredi coepit. Tunc sublato circumstantium gemitu, obortisque lacrymis (in ima quippe pectoris, PAULI verba penetrarant; illaque praecipue vox audientium animos veluti telum perfrinjerat, quum se numquam posthac ab illis visum iri confirmasset) ruere omnes in amplexum, super collum procumbere, exoculari, & se demisse commendare. At PAULUS

R 3

nequa-

(a) Observat apposite Calmetus Comment. in hunc locum, doceri ab Apostolo, Episcopos positos esse regere Ecclesiam Dei, non quod Episcopis singulis universae Ecclesiae regimen commissum sit, sed quod singulis Ecclesiis, singuli sunt Episcopi constituti. Ecclesiis omnibus (prosequitur doctissimus interpret) unicum est caput JESUS CHRISTUS, cuius vicibus in Terris tanquam visibilia Capita, successores PETRI in Ecclesia Romana funguntur. Ordinem Episcopalem Sanctus Spiritus instituit, totamque Ecclesiam Jesus Christus sanguine suo ita comparavit ac redemit, uti sponsus, qui pretio sanguinis sui sponsam emit. Alludere hic videtur Apostolus ad consuetum Hebraeorum morem, uxores ementium, sive collata pecunia, sive

praestita parentibus illarum servitute. Nihil est aptius excitando amori & studio Episcoporum erga Ecclesias, quam se id meditentur: Fideles omnes, ex quibus Ecclesia coalescit, Dei sanguine redemptos esse, cujus Sanguinis profanationem vel neglectum, supremus iudex Christus extrema Judicii die ex illis exquiret. Episcopi in hoc versiculo unum idemque sunt cum majoribus natu, vel Presbyteris versiculi 17. Quamquam discreta semper & distincta olim & nunc pariter sunt munia Presbyterorum & Episcoporum; nomina tamen saepe apud Veteres res miscebantur. Vide epistolam ad Philippenses 1. 1. nostrumque in Cortesii lib. 2. de Romano itinere, &c. Commentarium, nota 33. pag. 108. & seqq.

AERAE
Vulgaris
Anno 54.

AE R AE
Vulgaris
Anno 54.

nequaquam lacrymantibus illis motus, cum sociis conscensa navi, *recto cursu Coum venit* Aegæi Insulam, ad meridiem Miletum, unde discesserat, & *sequenti die Rhodum* insignem cum Insula urbem, atque *inde Pataram*, (quæ & Arfione vocatur) maritimam Lyciæ civitatem, post Xanthum nobilissimam, appellat: ibique inventa navi, quæ in Phoeniciam cursum habebat, in Syriam discessit, applicuitque Tyrum, gloria vetustatis & magnitudine cum Sydone contendentem urbem, in qua septem absumptis diebus, quum a discipulis propter haud incertum mortis metum Hierosolymis prohiberetur, Ptolemaidem primum (ubi die una moratus est apud fratres), Cæsaream inde ad Philippum Evangelistam inter septem Diaconos, venit (a). Eo Agabus insigni fama, & vaticinandi munere illustris, vir ex Judæa, accessit; detractaque PAULI zona, alligans sibi pedes & manus dixit, Spiritum Sanctum hoc prædicere prænuntiareque, virum cujus zona illa erat, sic alligandum esse in Jerusalem a Judæis, vinculumque tradendum in manus Gentium. Qua periculi denuntiatione absteriti amici, obniti illi, exorare, obtestarique, ne Hierosolymam peteret, ne

(a) Idcirco Philippus, Evangelista seu Evangelii præco appellatur a Luca Actor. cap. xxi. vers. 8. quod nullius forte Ecclesiæ servitiis addictus, Spiritus Sancti ductum prædicando sequeretur. Erant in exordio Ecclesiæ ex Evangelistis hæc, qui forte Corepiscoporum munere fungebantur. Evangelistas PAULUS post Apostolos & Prophetas recenset ep. ad Ephes. cap. iv. hortaturque Timotheum in prima ad eum epistola cap. iv. v. 5. ut Evangelistæ munus impleat, & ministerii sui, nempe Episcopatus pensis reddat fideliter; ac si diceret: Moneo, ut pium ardorem & scientiam Evangelistæ cum Episcopi vigilantia conjungas. Ceterum de quatuor filiis virginibus prophetantibus, quas habuisse Philip-

pum Evangelistam, subiicit Lucas loc. cit. consule interpretes. Merito castitatis, donum prophetiæ illas obtinuisse, S. Hieronymus ep. 8. & 78. reputavit. Cæsaream veniens S. Paula anno Domini 386. nihil habuit antiquius, quam ut parvam Philippi domum, & quatuor siliarum ejus cubicula, religiose a Fidelibus frequentata, inviseret, eodem Hieronymo teste epist. 27. Cujus vetus Theologus in disputatione cum Proclo Montanistarum duce, quam habuit circa annum Domini 212. narrat ex eodem Proclo apud Eusebium hist. Eccl. lib. 3. c. 31. Philippum & quatuor ejus filias Hierapoli in Phrygia decessisse. At Proclus, Philippum Diaconum cum Philippo Apostolo confundit, ut patet ex Eusebio, loc. cit.

AE R AE
Vulgaris
Anno 54.

ne Judæorum furorem cruciatibus expleret; cunctandum, dandumque præservidis animis, intentisque in vindictam languendi spatium; multa impetu, plura consilio agi dicunt. At PAULI invicta animi magnitudo nullo periculo frangitur; ac læta discrimine, non solum alligari, sed & mori in Jerusalem exoptabat, propter nomen Domini JESU; quum intelligeret non longum ad tempus in terris duratura tormenta, æternam exceptura in cælis felicitatem. Viderat PAULUS non orbem lacteum, nec se perenni in cursu vertentia sidera, sed polum empyreum in ipsa Trini Dei incomprehensibili majestate, hauseratque oculis beatarum agmina mentium, totque fulgentia Patrum ora, & quæ nefas humanis auribus ingeri propter claritatem majestatemque mysterii. Quamobrem flentibus amicis, Hierosolymam accedit, excipiturque a fratribus ingenti gratulatione. Postero die ad invitandum S. Jacobum Minorem, Episcopum urbis se contulit. Coactis vero illuc omnibus Sacerdotibus, universam gestorum suorum narrationem prosequutus est. Virum autem S. Jacobus monuit, creatam in illum apud Judæos invidiam, quod suæ gentis homines inter ethnicos extra Palæstinam degentes, docuisset a Lege Mosaica, & a circumcissione puerorum abstinendum. Oportet igitur, adjecit, ut coram Judæis hæc congregatis irrogatas calumnias depellas: atque ut verbis facta consentiant, quatuor fidelibus hæc adstantibus Nazareatus voto obstrictis adjungendum te censeo, quorum religioni consentiens, in eorum tonsuræ cæremonias aliquid pecuniæ conferas: ita enim fiet, ut Judæi recens conversi, te adhuc Legi adherere intelligant, & ea quæ de te ipso acceperant, commentitia esse cognoscant. Episcopi monita PAULUS sequutus, mane alterius diei ad Templum se conferens, Sacerdotibus denuntiavit, futurum, ut post hebdomadam, viri illi quatuor, voti sui religione exsolvendi essent, se vero pro sua portione impensas collaturum. Sub ejusdem hebdomadis exitum accidit, ut qui de Asia erant Judæi cum viderent in Templo. Qui captata loci temporisque occasione, Apostolum circumveniunt, tamquam Trophimum Ephesium in Templum induisset, quoniam arcebantur aditu peregrini. Itaque perstreperere & incitare plebem, afferentes Templum jam esse pollutum, temeratam religionem, & foedata sacra majorum, instare universæ genti ruinam: sic patres majoresque ex contempta religione inexpiabiles sensisse clades, pertulisse Assyricum jugum, Medorum rabiem, & finitimorum incurfiones, popu-

AE R AE
Vulgaris
Anno 54.

lationesque: fugiendam superum iram, & auctorem diri exempli mactandum inclamare. Ingens statim credulam civitatem, internis concussam odiis, in alteriusque caedem praeproperam, occupat cum rumore indignatio: incertae trucesque passim factari voces; magna perturbatio, concursus, iraque in vultibus cerni; ruere omnes in PAULUM, ac calcibus pugnisque percutere. Sed Tribunus Civitatis, incalescente tumultu, armari cohortes jubet (valido enim praesidio diffeors civitas & cupida novarum rerum ab Romanis obtinebatur) princepsque ipse in furentis globum multitudinis sese iniiciens, PAULUM jam male habitum invenit. Romanis conspectis signis, Tribunique praesentia, Judaeis cecidere spiritus, haudquaquam desistente ira. Tunc Tribunus, per apparitores submota turba, PAULUM gemina catena revinctum, rogat, *quis nam esset, quidve fecisset?* Sed perstreptentibus terribili atque incerto sonitu populi vocibus, nihil certi cognoscens, ad castra duci mandat, non cessante Judaeorum multitudine, a tergo vociferantium, *Tolle eum*, tantaque ad gradus vis est orta, ut a militibus portari cogeretur. PAULUS vero, quum jam in castra abduci coepisset, rogavit Tribunum, num cum eo paucis agere liceret, veniaque loquendi impetrata, Tribunus quaesivit ab eo *Græce ne sciret, an num is Aegyptius esset, qui ante hos dies tumultum concitasset, eduxissetque in desertum quatuor millia virorum sicariorum;* Aegyptius etenim ille sociis oppressis, salutem fuga quaesierat, Josepho teste (a). PAULUS Tribuno respondit, Judæum se esse Tarsi genitum, quod esset non ignotum Ciliciae oppidum: rogare autem eundem Tribunum, ut populum sibi alloqui liceret (b). *Et cum ille, viri fortasse constantia motus permisisset, PAULUS stans in gradibus, annuit motu ad plebem, & magno silentio facto gravissimam lingua Hebraea orationem exorsus, quam refert S. Lucas Actor. cap. xxii. dixit, se Judæum esse Tarsi natum, studuisse Hierosolymis, docente Gamaliele; noscere inter ipsos multorum ora habitusque commilitonum; mactati saxorum deinde ictibus Stephani, oculis gustasse spectaculum; persecutum Christianum nomen, armasse in illud animos ac manus, exacuisse mucronem; ad hoc epistolae a principibus Sacerdotum impetrasse; attamen in itinere Damascum versus, volvente animo Christianorum strages attol-*

(a) Antiquitatum Judaicarum lib. xx. cap. 6.

(b) Vid. Actor. c. xxi. a versiculo 1. usque ad totum 40.

AE R AE
Vulgaris
Anno 54.

attollentemque iras, ingenti statim offusum splendore, equo prostratum, audivisse e caelo JESUM percipientem sibi, quid faciendum foret; expiatum salutari ab Anania aqua, alias invisisse Hierosolymam, praevidisse cruciatus ac persecutiones, quae ei evenissent: praecipisse praeterea sibi CHRISTUM, exteras ut ad gentes iret, non recipiente gratiam Judæo, ajebat. Ad hanc vocem concitata multitudo (quum modeste antea filuisset, seu verecundia Tribuni, seu quod hominem susceptae religionis pertaesum, fractumque calamitate, reditum ad Judaica crederet speraretque sacra) ingeminatis clamoribus, *Tolle, tolle de terra hujusmodi hominem, vociferatur; non enim fas est cum vivere, simulque proicere ejus vestimenta incipit, pulveremque in aerem jactare*, haud dubium acris moeroris signum. Quod quum Tribunus animadvertisset, *ad castra raptum, flagellis caedi torquerique jubet*, ut sciret, quam ob causam tanto illi clamore Judæi obstreperent. Jam capeffere miles iussa, jam expediri virgae & prope intentari ictus; quum adstantem PAULUS Centurionem interrogat, num civem Romanum indicta causa atque *indemnatum* illis virgis caedi liceret? Percussus ad insperatam vocem Centurio, illico admonet Tribunum, ut etiam atque etiam videret, quid faceret: eum enim hominem, quem stare ad palum, virgisque contundi jussisset, Romanum civem esse. Tunc accedens Tribunus sciscitatur ab eo, num Romanus esset? Quod quum PAULUS annuisset, *ego* (inquit Tribunus) *grandi pecunia jus civitatis sum consecutus. Ego vero* (PAULUS inquit) *est natus sum civis* (a). Ita ea ignominia periculoque PAULUS liberatur, haud mediocriter conterrita Tribuno, deprehensa veritate. Itaque solvit hominem, & quo certius aliquid de illo cognosceret, satisfactorius etiam Judæis producit in publicum (b). PAULUS autem quum oculos in circumspectantes con-

(a) Jus Romanae civitatis non eo quidem nomine obtinebat PAULUS, quod Tharsensis esset; (nam Tharsus libera urbs in Colonia Romanorum non nisi diu post transivit, prout apposite animadvertit Calmetus comment. in Act. xvi. 37.) sed pater seu avus PAULI jus illud sibi heredibusque suis for-

bello praestita sub Augusto in Bruto & Cassio, sive in Antonii. Illud constat, PAULUM jus Romanae civis ex origine duxisse. quo & confirmatur opinio illorum, qui clarissima & locuplete familia ortum censent.

(b) Vide Actor. cap. xxii. a commate 22. usque ad 30. sive potestatem.

AE RAE
Vulgaris
Anno 54

conjecisset, retulit ad Synedrium se ad illum usque diem *omni conscientia bona conversatum fuisse ante Deum*, hoc est sincere se egisse, Deique ab legibus non retorsisse iter. Quo verbo offensus Ananias Nebedæi filius adhuc Pontifex, ut erat contumaci elatoque ingenio, quique submissè deprecaturum supplicium, & haudquaquam tantos inesse homini spiritus crederet, circumstantibus præcepit, ut ei os affligerent. Tunc PAULUS indignitatem rei non ferens: *Percutiet te Deus*, inquit, *paries dealbate, qui quum iudices me secundum legem, tamen contra legem jubes me percuti*. Tum qui aderant, obiurgare PAULUM, quod *summum Sacerdotem Dei malediceret*. Ille vero, nescire se, illum Sacerdotum Principem esse, ait: traditum a majoribus: *Principem populi tui non maledices* (a). Sed quum animadverteret, Judæorum in se atrocitatem acris semper furere ac debacchari, intelligens audientes duplici hominum genere distinctos (quippe pars Sadducæorum, pars Phariseorum erat) exclamare in Concilio coepit, se Phariseum, Pharisei filium, insontem circumveniri, quod spem resurrectionemque mortuorum poneret, tuereturque. Etenim apud Judæos triplex mortalium genus inter patricos fuisse legimus, Essenorum, Phariseorum, Sadducæorum. Præstant vitæ integritate, religione, & castimonia Esseni. Phariseorum simulata religio, cuncta fucosa, astutiæ, fraudes, elata jactantia, incerti mores, patriis in discutiendis declarandisque legibus plurima auctoritas, dominandique haud modica libido fuere, Deoque cuncta tribuentes, animorum immortalitatem, corporumque resurrectionem credebant; quisque nobilis aut potens opibus illi præcipue ordini adscribebatur. Sadducæi vero mortalem animam existimantes, resurrectionem negabant mortuorum, nullasque præter jura patria, traditiones custodiebant, adversus ipsos suæ philosophiæ doctores contumaces, inter se discordes, adversus externos tatri ferique. Quamobrem Pharisei PAULI oratione commoti, dimissa multitudine prona in malum, adversari Sadducæis & minaciter fremere, nihil in homine mali scelerisque compertum afferentes. *Quid, inquit, si spiritus locutus est ei, aut Angelus?* At Tribunus, veritus, ne PAULUS in concione furenti a populo discerperetur, quippe truces vultus, infesta ora, & diros animos cernebat, jamque dissonum clamorem, & poscentem arma exaudire, cunctaque in exitum innocen-

(a) Consule Act. Apost. cap. xxiii. a versiculo 1. ad 5.

AE RAE
Vulgaris
Anno 54

nocentis parata animadvertibat, militibus imperat, ut eum de medio raptum, Romana in castra perducant. Proxima nocte PAULUM Dominus visus est admonere, ut bono præsentique animo foret, *eique assilens dicere: Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Jerusalem, sic te oportet & Roma testificari* (a). Digna quidem illa PAULI eloquentia ac magnitudine sedes erat, potito jam opibus Nerone (Claudius enim Imperator III. Id. Octobris hujus anni veneno occubuit), ut scilicet fundatam in ea a PETRO principem terrarum orbis Ecclesiam, *Dollor* quoque gentium præsentia ac sanguine illustraret suo, atque in ipsa Idololatriæ regia, de superstitione triumpharet.

Anno DOMINI LV.

S. PETRI Pontificatus Romani 14.

NERONIS Cæsaris 1. & 2.

Consules (NERO CLAUDIUS AUGUSTUS,
(LUCIUS ANTISTIUS VETUS.

HIS Consulibus desinit prior epocha annorum xxv. Pontificatus S. PETRI in Catalogo Liberiano (b).

Sed, ut ad PAULUM revertamur, Judæi usque adeo fuerant in eum exarcebati, ut vel devotione quadraginta & eo amplius viri in perniciem hominis conjurarint, nihil cibi portionisque se antea capturos jurejurando affirmantes, quam trucidato PAULO, vulneribus cruoreque pavissent oculos. Itaque rem statim ad Pontificem natuque seniores deferunt, rogantque, ut Tribunum ad producendum in concionem PAULUM inducant, hominemque se statim occifuros, pollicentur. Probant facinus illi, & ferali exultant audacia, multoque verborum honore conjuratos laudant. At PAULI ex sorore nepos, egregiæ indolis adolescens, re audita, enunciat infidias PAULO, qui arcessitum Centurionem multis verbis obsecrat, ut adolescentem ad Tribunum ducendum curet; habere aliquid, quod ei nuntiaret. Introductum adolescentem, apprehensum dextera, remotis arbitris, interrogat Tribunus, *quidnam indicare sibi vellet?* Ille infidiarum ordinem aperit, & a qui-

(a) Vide Act. Apost. c. xxiii. lib. 2. de Romano itinere geographice commate 6. usque ad 11.

(b) Vide notam 9. ad Cortesii pag. 82.

AE R AE
Vulgaris
Anno 55.

quibus parantur, edocet, obtestaturque Tribunum, uti dolos averteret, neve pateretur tantum facinus Romanis in castris committi. Tribunus, dimisso perhumaniter adolescente, iussuque cuncta quae acta essent, silentio obvolvere, duos confestim Centuriones ad se vocat: quibus imperat, ut duas centurias, equites galeatos septuaginta, hastatosque ducentos contrahant, & jumenta, in quae impositum PAULUM ad tertiam horam noctis salvum incolumemque ad Antonium Felicem Provinciae Praesidem, Caesaream perducerent: (verebatur enim, ne vita interceptus PAULUS, sibi in crimen atque infamiam vertretur, tamquam pecunia labefactatus fuisset) deditque equitibus ad Praesidem epistolam in eum sensum, quem refert S. Lucas in saepe laudato Actorum Apostolicorum libro (a). Equites noctu PAULUM Antipatridem, postera vero die Caesaream (repetentibus castra cohortibus) ad Felicem perduxerunt, eique Tribuni Claudii Lysiae epistolam reddunt: quam quum ille perlegisset, PAULUM cujus Provinciae esset, rogavit: *U cognoscens quia de Cilicia; audiam te*, inquit, *cum accusatores tui venerint: interim custodiri cum in praetorio Herodis jubet* (b). Quinto post die Ananias Pontifex, gravi moerore animi exulceratus, atrocissimeque in vindictam exardescens, cum manu nobilium Caesaream accessit, cumque eo Tertullus quidam Orator haud spernendae facundiae, qui facta dicendi a Praeside potestate, PAULUM tamquam auctorem seditionis sectae Nazaraeorum, ac Templi Hierosolymitani violatorem, impudentissime accusavit ea oratione, quae habetur in iisdem Apostolorum Actis (c). Subticente Tertullo, a cunctis, qui adstabant Judaeis, confirmantur ab eo prolata accusationum capita. Quibus PAULUS respondere iussus, praesenti animo ac gravi, Judaeorum mendaciis maledictisque occurrit, docendo, se numquam in Caesarem, patriae jura peccasse: confiteri tamen in religione cultuque, sive ut Lucas ait, *secundum sectam, quam (Judaei) dicunt haeresim*, se non negligentem esse, & omni studio Deo inservire, *credens omnibus, quae in Lege & Prophetis scripta sunt*: neque ullam ab se excitatam seditionem, non pollutum templum, non Augustorum nomen offensum, sed Judaeos invidia obcaecatos, & resurrectionis mortuorum mentione gravatos, adeo infecte

(a) Vide Actor. cap. xxiii. a versiculo 12. usque ad 30.
(b) Actor. c. xxiii. a versiculo 31. usque ad 35. sive postremum.
(c) Ibidem cap. xxiv. a comitate 2. ad 8.

AE R AE
Vulgaris
Anno 55.

traculenterque in se coortos esse, assererat (a). His dictis, rejecta ad Lysiae Tribuni adventum Judaeorum querimonia, Felix custodiendum Centurioni PAULUM attribuit, satis requie sive laxamenti dato, *nec quemquam de suis prohibens ministrare ei, ibid. v. 22. & 23.* Interjectis aliquot diebus, cupido hominem incessit audiendi PAULI una cum Drusilla uxore, quae erat Judaea (b). Itaque quum luculenter PAULUS perorasset disputassetque de fide in CHRISTUM JESUM, de justitia & castitate, & de judicio futuro, injecto Felici tremore dimittitur; saepe postea ab eodem accersitus, ac liberaliter tractatus. Enimvero Felix, etsi virtutem PAULI fortasse admiraretur, avaritia ad bene illum pertractandum agebatur: nam grande donum a PAULO sperabat, quem Hierosolymis ingentem pecuniarum vim in pauperes prodigisse cognorat, *Act. xxiv. 26.* Interea Magis quibusdam & seductoribus, earum regionum populos adversus Romanorum Imperium sollicitantibus, gravissima excitatur Caesareae seditio Syros inter atque Judaeos. Hanc armis comprimere conatus Felix, redactis ad internecionem seditionis plerisque, nobiliorum Judaeorum interventu, milites a caede prohibuit (c). Quare delectos utriusque factionis principes viros ad Neronem de jure disceptaturos, & cum his

(a) Vide Actor. cap. xxiv. a versic. 10. ad 21.

(b) Drusilla, cujus his verbis meminit Lucas laudato Actorum capite xxiv. vers. 24. patrem habuit Herodem Agrippam, qui Jacobum neci, & PETRUM carceri tradidit, nec multo post Caesarea ad populum verba faciens, illius a Deo interit; de quo, vide quae diximus superius ad annum xlii. pag. 229. Nata igitur hoc patre Drusilla, femina fuit omnium aetatis sua flagitiosissima. Sexennis adhuc oppignorata Epiphani Comagenorum regi, qui ejus connubii gratia transivit se ad Judaeorum sacra Agrippae sponderat, quum deinceps stare promissis noluisset, sororem suam Drusilla,

nuptum illi tradere Agrippa junior recusaverat, ejusque loco Agrippam regem Emessa substituerat, qui sese circumcissioni subicere non recusaverat. At Felix visam forte mulierem perdit deperiens, ad virum deserendum per Cyprum quemdam Magum Judaeum paucos ante annos perduxerat. Vide Josephum Antiquitat. Jud. lib. xx. cap. 5. Nonnulli tamen Drusillam hanc, cum alia ejusdem nominis femina, quae eidem Felici nupsit, fuitque M. Antonii & Cleopatrae neptis, perperam confundunt. Narrat enim Suetonius in Claudio cap. 28. Felicem reginas tres, regias nempe mulieres, duxisse.
(c) Consule Josephum de Bello Judaico lib. 2. cap. 22.

AERAE
Vulgaris
Anno 55.

his Sacerdotes nonnullos ob levem quandam culpam vincetos ad Urbem mittit. *Felix* vero biennio expleto, accepit successorem *Porcium Festum*. Volens autem gratiam prestare *Judæis Felix*, reliquit *PAULUM* vincetum, prout legitur in *Actis Apost.* cap. XXIV. ver. 27. Felice revocato, principes *Judæorum* Romam ad eum accusandum profecti sunt, dedissetque omnino atrocissimorum scelerum poenas, nisi eum donasset *Nero* precibus *Pallantis* fratris, qui primis *Neroniani* Imperii mensibus ob *Juliae Agrippinae* favorem, autoritate & gratia in *Cæsaris* aula magnopere florebat (a). Nec multo post e gradu dejectus, secundo imperii anno a cura rerum demotus, tertio vero ineunte reus læsæ majestatis factus; quum absolutus esset judicium sententia, hominis innocentia *Neroni* accepta non erat (b). Anno autem quarto idem *Nero* Populæ amore abreptus, *Agrippinam* contemnere incipit tamquam ad *Pallantis* libita provolutam, eaque anno sequenti e medio sublata, anno demum nono, idem *Pallas* nullius criminis prætextu, tantummodo quod immensam pecuniam longa senectute detineret, veneno tollitur, procurante *Tigelino* (c). Sed ad *Felicem* redeo, qui exacto biennio, uti diximus,

(a) *Josephus Antiquitat. Jud. lib. xx. cap. 7.*

(b) *Tacitus Annal. lib. XIII. cap. 14. § 23.*

(c) Vide eundem *Tacitum* lib. XIV. cap. 65. *Johannes* tamen *Pearsonius* in operibus posthumis, ac nominatim in *Annalibus Paulinis* existimat sexto *Neronis* anno, ære vulgaris LX. accusatum Romæ a *Judæis* liberatumque *Felicem Pallantis* opibus; quod *Neroni* nonnisi diu post initium sui Imperii *Pallas* in pretio fuerit, neque post *Agrippinae* cædem ulla *Pallantis* apud *Neronem* offensio memoretur. Sed facile tota hæc *Angli* scriptoris epocha destruitur, modo observetur, *Pallantem* nunquam revera

per se *Neroni* acceptum gratiosumque fuisse, sed gravem potius, precibusque dumtaxat *Agrippinae* quæ tunc libertum maxime amabat, ad magnam potestatem evectum. *Agrippina* (inquit *Tacitus Actor. XIII. 2.*) habebat in partibus *Pallantem* . . . Sed neque *Neroni* infra servos ingenium; & *Pallas* tristi arrogantia modum liberti egressus, tædium sui moverat. Quomodo vero quantum favorit *Pallanti Agrippina*, idem in precedentibus refert. Unde vero quum inciperet *Agrippinam* odio prosequi, quod hoc anno LV. contigit, *Nero* statim *Pallantem* aula ejecit. Qua de re *Tacitus* eodem libro cap. 14. *Nero* infensus iis quibus

AERAE
Vulgaris
Anno 55.

ximus, e Provincia decedens, gratificaturus *Judæis* (quos atroci in se odio exardescere intelligebat, gravesque in Urbe quamprimum sibi futuros accusatores suspicabatur) successori *Porcio Festo* *PAULUM* vincetum reliquit. *Festus* ergo cum venisset in provinciam, post triduum, victimis *Jovi* litatis, nuncupatisque votis, *Cæsarea Hierosolymam* ascendit, nondum spiritibus pacatam, prorsusque ab Romana societate averfam, scissa in seditionem partesque plebe, atque optimatibus infensa, optimatibusque plebem opprimentibus, utriusque iras exasperante militari Romanorum licentia atque avaritia. Audito *Hierosolymis* novi *Præsidis* adventu, statim ad illum fit hominum concursus: pars ruere in servitium & assentionem, pars suis commodis consulere, nemo publicum decus, salutemque civitatis ad excidium properantis respicere: omnes

bus superbia mulieris innitebatur, demovet *Pallantem* cura rerum, queis a *Claudio* impositus, velut arbitrum regni agebat: (incæperat enim *Pallantis* autoritas sub *Claudio Agrippinae* ope). Unde quum *Pallas* a *Nerone* ejectus esset, præceps *Agrippina* ruere in terrorem & minas. Pergit *Tacitus*. Paulo post majestatis accusantur *Pallas* & *Burrhus*; nec tam grata *Pallantis* innocentia, quam gravis superbia fuit. Anno V. *Neronis* *Agrippina* interficitur, neque ulla amplius in *Taciti* *Annalibus* *Pallantis* mentio, donec anno IX. *Neronis* interfecitum dicit. Tantum igitur abest, ut sublata *Agrippina*, causa odii *Pallantis* sublata fuerit, quod *Pearsonius* existimat, ut potius causam gratia *Pallantis* qui *Agrippinae* favore nitebatur, sublata fuisse contendam, præsertim quæ *Tacitus* diligentissimus omnium rerum actionumque *Neronis* scri-

ptor, haud certe neglexisset, mentionem facere *Pallantis* novum favorem adepti, quem paulo ante tamquam *Cæsari* odiosum depinxerat. Quod autem subdit *Pearsonius*, interfecitum fuisse *Pallantem* nullius novæ apud *Neronem* offensiois reum, hoc ipsum contra eum facit. Si enim post *Agrippinae* cædem *Neroni* charus evasisset, non sine gravi offensioe eo se adduci passus esset, ut hominem interfici juberet. Patet igitur *Felicem*, quem accusatum ait *Josephus*, quum adhuc *Pallas* in *Cæsaris* aula gratia & autoritate floretet, ineunte anno secundo *Neronis* accusatum fuisse, vel exeunte primo circa autumnum hujus anni LV. Quare eo tempore *Festus*, uti diximus, in *Judæa* fuit, & statim *PAULUM* audivit, qui proxima hyeme ejusdem anni LV. Romam missus est, quemadmodum mox ostensuri sumus.

AERAE
Vulgaris
Anno 55.

omnes tamen PAULI perniciem anhelare : illum circumfusa Prætori caterva criminibus onerare , deposcereque ad supplicium , & ut Hierosolymam perduceretur deprecari , prehensareque Festum , certi jam de nece illi in itinere inferenda , quum haudquaquam refraxissent animi , dexteræque sceleri assuetæ , nec semel innocentium sanguine cruentatæ , obtorpuissent . At Festus , Cæsareæ PAULUM affervari , dixit : si quid de homine quererentur , eo illis accedendum esse , quo propediem ipse venturus esset . Hoc adverso inexpectatoque responso elusa Judæorum fraus , occluditur tamen pectore dolor , & adulatione , & vindictæ spe lenitus . Sed Festus , octo aut decem non amplius Hierosolymis dies moratus , Cæsaream repetit , subsequente Judæorum turba , peracerbis in ipsa repulsa in PAULUM conjurata . Eum igitur Festus altera die sedens pro tribunali in conspectum produci jubet : vetera crimina Judæi ingerunt , multas & graves causas obicientes , quas non poterant probare , PAULO rationem reddente : quoniam neque in legem Judæorum , neque in templum , neque in Cæsarem quidquam peccasset . Tum Festus aucupaturus popularem auram , quæsitit a PAULO , num Hierosolymam ire , atque illic de obiectis criminibus apud ipsum judicari vellet ? PAULUS , ad Cæsaris tribunal ubi judicandus esset , stare se dixit : Judæis nullam se intulisse injuriam , quod melius ipse intelligeret , si quid in eos peccasset , se quominus morte afficeretur , non recusaturum : sed e contra nullo reperto scelere , neminem esse , qui illorum furori posset dedere . Quamobrem Cæsarem , inquit , appello . Tunc Festus miratus constantiam hominis , de consilii sententia , Cæsarem , inquit , appellasti , ad Cæsarem ibis (a) . Post aliquot dies Agrippa rex & Berenices soror (b) magna

(a) Vide Actor. cap. xxv. a versiculo 1. usque ad 12.

(b) Agrippa parentem habuit Agrippam I. Judææ regem , qui Jacobum neci tradidit , ac PETRUM in carcere coniecit , de quo paulo superius ad annum Domini XLII. pag. 229. Agrippa II. de quo modo , quum in obitu patris imbecillior esset ætate , quam ut Judææ regnum regere valeret ,

Claudii Imperatoris concessione habuit regnum Chalcidias , addito jure custodiendi templi , summisque Sacerdotes admittendi ac removendi . Sed pro regno Chalcidias anno Domini LIII. Trachonitidem obtinuit ejusdem Imperatoris munere , nova deinde accessione ejus ditioni facta per Neronem . Nullum non movit lapidem Agrippa , ut Judæos a consilio de-

AERAE
Vulgaris
Anno 55.

magna cum ostentatione , magnoque rerum apparatu Cæsaream Festi salutandi gratia accedunt . Et cum dies plures ibi demorarentur , Festus regi indicavit de PAULO , narrans quanta invidiæ procella fuisset jactatus innocens ille , quæve illi crimina fuissent obiecta , sed nihil certe sceleris in eo deprehensum , & quomodo ad Cæsarem provocasset ; & ideo non dimitti ab se , cupere tamen , quum nihil haberet , quod ad Cæsarem scriberet de illo , ut ipsi hominem audirent , quo certius aliquid Cæsari significaret . Grata Regibus Festi voluntas fuit , quippe qui non mediocri audiendi hominis desiderio tenebantur , fama , & præconio gentium cognitis PAULI virtutibus . Altera igitur die cum venisset Agrippa & Berenice cum multa ambitione , & introissent in auditorium cum Tribunis , & viris principalibus civitatis , jubente Festo , adductus est PAULUS (a) , qui annuente rege orationem exorsus (b) , beatum se primum dixit , quod apud eum esset verba facturum , qui omnium Judæorum disciplinam , omnia instituta , omnes ritus teneret , eademque sacra veneraretur : deinde ea exposuit , quæ paulo ante de Judæorum obrectationibus , & de causâ æquitate commemoravimus , initio longe petito ab eo tempore , quo primo a JESU e cælo vocatus est . Quæ quum PAULUS concionaretur , magna voce Romanus , insito factu cuncta despiciens , & diris deditus superstitionibus : Insanis , inquit , PAULUS : multa te litteræ ad insaniam convertunt . Paulus

S vero ,

fectionis in Romanos averteret ; sed quum frustra se laborare intelligeret , arma cum Tito sociavit , junctisque copiis Jerosolymæ obsidionem promovit ; vitamque diu post misere urbis excidium prorogavit .

Soror ejus Berenice , primo quidem Herodi regi Chalcidias patruo suo nupsit . Eo fatiis juncto , apud Agrippam fratrem suum , de quo heic , sese recepit . Quum ibi egisset diutius , insaniam , qua sparsus de ejus licentia rumor ipsam fratremque asperserat , evasura , (vid. Juvenalæ satyra v.) Polemoni regi Ponti ad Judæorū sacra trans-

lato , nupsit . Sed virum brevi de- serens , sinistram de se suspitionem magis magisque promovit . Porro hoc anno apud fratrem agebat . Notat Josephus lib. 2. c. 26. adfuisse illum Jerosolymis , qua ad salvandum genus quoddam Nazareatus se contulerat . Ex his Agrippa & Berenicem agnoscat . (a) Vide Actor. cap. xxv. a versiculo 13. usque ad 27. sive postremum .

(b) Legitur hæc PAULI coram Agrippa oratio in eodem sacro Actorum Apostolicorū libro , cap. xxvi. a commate 2. ad 23.

vero, delirare se negat, sed *verba plenissima veritatis, sobrietatis atque prudentiæ eloqui*; nec ea Regem, apud quem verba faceret subterfugere: rogavitque Agrippam num Prophetis fidem haberet? Qua de re nullum apud se dubitationi locum relinqui annuit. Tunc Agrippa ad illum conversus: *In modico suades me (ait) Christianum fieri*. Cui Paulus: *Opto apud Deum & in modico, & in magno, non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his*. Quam constantiam Prætor, Regesque admirati, dimissa concione, summum virum & insolentem iudicant, *potuisseque dimitti Agrippa Festo dixit, si non appellasset ad Cæsarem (a)*. Igitur PAULUS a discessu Regum constituta navigationis die, Julio Augustæ cohortis Centurioni cum reliquis vinculis traditur: qui Adumentina navi vectus, Sydonem oppidum totius Phœniæ longe maximum clarissimumque, applicuit; illectusque PAULI virtute ac comitate, adire & consalutare amicos homini permittit. Quos ad bene sancteque vivendum PAULUS cohortatus, in navem regreditur; quæ Cypro, propter adversos ventos prohibita, prætervectaque Lyciæ Pamphiliæque oras, Lystram, seu potius, ut in Græco legitur textu, Myram Lyciæ oppidum, tenuit: ibique Centurio Alexandrinam navem frumento onustam, cursu Italianam petentem nactus, in eam omnes vinculos traducit. Quumque satis multis diebus tarda navigatione vix Gnidum, quod ventus non fineret, tenuisset, Cretam per Salmonem ad Orientem Cretæ promontorium, præternavigavit Insulam, tenuitque locum qui Boniportus dicitur, Thalassa haud multum distans ab urbe. Ibi PAULUS cohortatur Centurionem nautasque, ne altum petant: prospicere se ingruentem tempestatem, & non dubium capitis rerumque discrimen instare affirmat: sed portus minime ad hiemandum idoneus, spesque in propinquo potiundi Phœnice, Cretæ portu ad Africum eorumque spectante, effecit, ut PAULO fidem abrogarent. Itaque Centurio, explicatis ad auram velis, altum petit; quum subito desistente Austro, incumbenteque Euro Aquilone, tumescere-

(a) Vide Act. cap. xxvi. a versiculo 24, ad 32. sive postremū. In quæ postrema ejusdem capituli verba, rectissime Grotius: Appellatione, inquit, potestas iudicis, a quo appellatum est,

cessare incipit ad absolvendum non minus, quam ad condemnandum; crimina enim integra servanda sunt cognitioni superioris.

mescere mare, attollique undis incoepit, & navis huc illuc jactari, nec silti anchoris aut arte regi; cælum insuper atrox & nubium mole suffusum, crebrisque ignibus fulgens, robore antequam interdum fulmine minax, ingeminare terrores. Ergo squalenti ore, trepidis animis, nulla salutis spe, non confilia, non vires, sed tumultum pavoremque in medium afferre, unusquisque ingemiscere, jactatisque in mare mercibus, & abruptis armamentariis, omnia truci murmure & lamentatione repleri, quum PAULUS in corona ait, Angelum Dei sibi visum, cæloque promissum, incolumibus omnibus, se silti ante Cæsarem oportere. Data in summa desperatione, certoque discrimine homini fides, factusque unicuique animus. Nam tempestas multo antea denuntiata, prævisumque periculum, ipsaque morum sanctitas, divinum apud illos PAULUM effecerant. Hinc Adriaticum in mare (a) illata ventorum procellis navis, spumantibus adhuc undis, veriti nautæ, ne violentia pelagi in scopulos impingerent, quatuor ex puppi jactis anchoris lucem expectare. Quumque densissimis illis tenebris scapha confiderent, & fugere e navi constituerent, PAULUS Centurionem commonefacit, in navi nisi manerent salvos esse non posse. Quare milites, illico scaphæ funibus abscissis, eam obrui passi sunt undis. Adhortator cunctis PAULUS lucis in expectatione adest, non verbis modo, sed cibo languentes fovere, (quorum corpora enervatis animis, ipsaque maris procellarumque atrocitate stomachum ciente, intermortua jacebant) & omnia magni in adversitate viri munia implere. Illucescente demum sole, quum nec continentem cognoscerent, animadvertunt finem quemdam litus habentem, in quem constituebant impellere, si possent, navim. Itaque, sublatis anchoris, mari se committunt, laxatisque gubernaculorum funibus, flante aura, in litus contendunt. Sed quum prope continentem applicarent, hæret navis, & prora fixa immobilis stat, puppi undarum vi eluctante. Quare animadversa milites, sceleratum ex temeritate insitaque crudelitate mutantur consilium, occidendi nexos, ne litore potiti, diffugerent: sed Centurionis prudentia, & erga PAULUM humanitas prohibet facinus. Itaque pars nandi perita,

S 2

(a) Quamvis maris Adriatici men latiori acceptione etiam de mari Siculo & Ionio a veteribus nomen proprie & iuxta communem loquendi sensum, non nisi Veneto mari tribuatur, constat ta-

AERAE
Vulgaris
Anno 55.

AERAE
Vulgaris
Anno 55.

ta, se in mare proiciens, vi lacertorum *evast*, pars tabulis vecta, solum tenet; atque ita omnes incolumes (*erant autem universa anima in novi ducenta septuaginta sex*) terram attigere (a). Chersonesus locus fuit, qui nunc PAULI nomen habet, templumque ejus nomini erectum visitur; cognitumque, *Melitam eam Insulam* nuncupari, a Poetis cultam, inter Siculum Libycumque jacentem mare, milliariisque LX. in circuitum patentem (b).

Anno DOMINI LVI.

S. PETRI Pontificatus Romani 15.
NERONIS Cæsaris 2. & 3.

Consules (QUINTUS VOLUSIUS SATURNINUS,
(PUBLIUS CORNELIUS SCIPIO.

Interea PETRUS Aegypti Africæque urbibus invisus, egregiisque Episcopis commendata gregis cura, quum Claudium Cæsarem, qui Judæos ab Urbe expulerat, fato functum intellexisset, Romam rursus concessit, ibique confirmatis Christiania-

(a) Vid. Act. cap. xxvii. a versiculo 1. ad 44. sive postremum.

(b) Vide Act. xxviii. 1. quo loco Græci quidem Codices cum latinis pluribus ferunt Mytilene, alii Militine, Malitene. S. Hieronymus in libro de nominibus Ebraicis legit Mytilene, & Militene, & in nonnullis ejus epistolarum editionibus est Mytilene, sed novæ ferunt Melita. Erasmus, Cajetanus, alique istud PAULI naufragium consignant ad Melitam Insulam Adriatici, Illyrico adjacentem & quater mille passibus ab Epidauris; eo potissimum argumento, quod Lucas supra cap. xxvii. v. 27. in mari Adriatico sese navigasse scribat. Sed jam animadvertendum est, maris Adriatici nomen non intra suum tantummodo Venetum a veteribus desiniri, sed ad mare Siculum & Jonium prorogari. Insuper ventus Euro-aquilo, qui timorem illis injecit, ne in Africanas sirtes propellerentur, rapere illos debuit ad Melitam Africanam potius, quam in sinum Venetorum. Iter etiam, quod tenuit Apostolus, e Melita solvens, satis demonstrat, ibi de Melita Africana sermonem haberi. Appulit enim Syracusas prius, deinde Rhegium, tandem Puteolos. Denique Alexandrina navis in Melita hibernans, docet rem heic de Melita Illyrica non esse: si enim illi hibernandum in Adriatico fuisset, Epidauri portu quater mille passibus a Melita illa, selegisset.

stianorum animis, alias regiones, ac præcipue extremas Occidentis partes Evangelii luce illustrare constituit. Quamobrem S. Lino Romanam Ecclesiam administrandam tradidit (a), suum scilicet Romæ Vicarium elegit, adeoque ab hoc Consulatu initium annorum duodecim Pontificatus ejusdem Lini, desumitur ab authore Catalogi Liberiani, quamvis revera idem Linus non nisi annum unum & menses aliquot post martyrium Principis Apostolorum, universæ Ecclesiæ præfuerit (b).

At PAULUS ad Melitam; cum sociis, uti anno superiore narravimus, appulsus, non modica humanitate excipitur a barbaris. Hi, minante frigus cælo, instanteque imbre (quippe ea Insula, flantibus Aquilonibus, non tam algores, quam pluvias sentit) dum accensa pyra peregrinos passim reficere conantur; PAULUS magna sarmentorum vi collecta, conjectaque in ignem, vipera oclusa vepribus, torpida algore quum sensisset flammam, egreditur, ejusdemque PAULI manum morsu arripit. Quam ut barbari e manu illius pendentem viderunt, colloqui inter se, plane illum sanie, haud incertaque morte contaminatum esse, quem maris rabiem effugientem Dii non sinerent vivere, communique aura frui, nullamque inesse homini religionem jactare. At PAULUS excusso in ignem serpente, nihil omnino mali sensit, sed barbari tumorem livoremque in corpore expectare, ociosque collapsurum credere. Quod quum diu frustra expectassent, mutata sententia, illum pro Deo habendum esse existimant, Herculem fortasse præcipuum Melitensium numen, (cujus facinorum primum esse, quod immixtos a noverca angues vel in cunis suffocaverit, antiquitas fabulatur), quoniam retundere rabiem, suppressere vim veneni, non nisi cælitus dari crederent. Itaque PAULUS quum multis concionibus eos edoceret, multi salutari lavacro expiantur. Consuetur & CHRISTUM Publius Insula Princeps (c), recipiente illius patre valetudinem

(a) Irenæus lib. 3. adversus hæreses, cap. 3.

(b) Vide notas ad Cortesii Cardinalis lib. 2. de Romano itinere &c. pag. 82.

(c) Non sine maxima veri specie Bochartus & Grotius existimant, Publicum hunc Insulae Præ-

fecturam a Romanis traditū gessisse, nomenque Principis Insulae titulum esse dignitatis. Eum latinorum nonnulli cum Publico Athenarum Episcopo, qui circa ætatem M. Aurelii martyrii obiit, perperam confundunt. Vide Tillemontii nota 64. sup. Saint Paul.

AERÆ
Vulgaris
Anno 56.

nem PAULI precibus atque virtute, quum febre & alvi profluvio (*δυσεντερία* Græci appellant) diu laborasset. Hinc nulla posthac Junoni aut Herculi (quorum vetustissima fana in Insula cernebantur) habita fides: in CHRISTUM mira religio, & ex cælitibus in PAULUM summum studium; illum Insulæ patronum, illum tutelarem habent. Ex eo enim tempore exarmatos veneno serpentes ferunt, & sicut aliis in terris crudescere atque mordere, contra in Melita mitescere, puerorumque manibus atrectari, mulcerique. Et Insulani passim per Europam lapillorum fragmenta, PAULI calcata vestigijs, ad depellenda venena circumferunt. PAULUS Melita in Insula tribus moratus mensibus, insigni fama sanctitatis apud accolæ relicta, conscendit Alexandrinam navim Castoris Pollucisque fratrum præferentem insignia, quæ in Insula hyemarat, solvensque Syracusas devenit. Triduo moratus in oppido, navigavit inde Rhegium in Calabria sitam urbem, Siciliam respectantem, mox Puteolos Campaniæ oppidum Cumis Neapolique interjacens, deseritur. Ergo quum septem diebus Puteolis nostræ religionis hominibus gratificatus, discedisset, tandem Romam accessit, mense Februario, Neronis secundo. At vero in Urbem ut adventare PAULUM nuntia: unum est, effusa piorum turba ad Appii forum, in Setino agro, tresque tabernas, trigesimo tertio lapide ab Urbe discretas, ingenti cum lætitia obviam procedit. Igitur PAULUS ceterique Romam ingressi, reliqui in vinculis a Centurione traditi sunt τῶν σπυρονεδούχων, scilicet Præfecto Prætorio (a), qui tunc unus erat: (anno enim Domini LXII. Neronis VIII. Burho demortuo, duo facti sunt Præfecti Prætorio). PAULO autem permissum est manere sibi cum custodiente se milite (b), datumque illi, ut quidam volunt ad Mariæ in via lata hospitium (c). Interea Apostolus, triduo postquam in Urbem venerat, primos Judæorum accitos (quorum effrenatam in CHRISTI cultores rabiem, mire augescere cognorat, quod sæpe certamine victi fractique a PETRO fuissent) leniter affatur: nequaquam abs se gentem Judæorum accusatum iri, aut se deprecaturum injurias, sibi omni tempore a Judæis allatas, quo-

(a) Victos quidem ex Provinciis, ad Præfectos Prætorio mitti consuevisse, patet ex Trajani litteris ad Plinium, inter ipsius Plinii epistolæ num. 65.

(b) Vide Actor. caput XXXII. a versiculo 7. usque ad 16.

(c) Vide eam, quæ proxime sequitur Monumentorum Appendixem, capite VII.

quorum contradictionibus coactus fuerit appellare Casarem: non ita raptari ultionis cupidine, aut ita iratum sibi animum esse, longeque id alienum a CHRISTI præcepto, ait. Respondit a Judæis, nihil litterarum his de rebus ab Judæa se accepisse; eum tamen propter claritudinem nominis libenter auduros; etsi intelligerent, sectam, quam ipse sequeretur, ubique explodi atque eici. Constituta disputationis die, PAULI oratio cum murmure excipitur. Quamobrem reconditos anni sensus securius apertiusque, quam in Judæa præstiterat, Romæ pandens Apostolus, sub tutela videlicet Imperatoris, & in loco, ubi minima erat Judæorum vis atque auctoritas; quandoquidem, inquit, vos Evangelium admittenti reculas, verito me ad Gentes, juxta spem illis ab antiquis Prophetis olim factam; easque multo quam vos dociliores, me nacturum confido: *Gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. Incrassatum enim erat, (ut est etiam in præsentiarum), cor populi illius, & auribus graviter audiebant, & oculos suos compresserant; ne forte viderent oculis, & auribus audirent, & corde intelligerent, & converterentur, & sanaret eos (a).*

ANNO DOMINI LVII.

S. PETRI Pontificatus Romani 16.

NERONIS Cæsaris 3. & 4.

Consules (NERO CLAUDIUS AUGUSTUS II.
(LUCIUS CALPURNIUS PISO.

Propagante in extremis Occidentalis orbis regionibus Evangelii doctrinam PETRO, in Oriente Impositor quidam saluta: promissit omnibus, qui ipsum sequi vellent in deserto. Quapropter magna facinorosorum hominum collecta manu, & sicariis videlicet, quorum permulti tunc temporis Judæarum, ac præcipue Hierosolymam infestabant, provinciæ statui magnopere perturbasset, ni Porcius Festus militaribus copiis eos omnes statim oppressisset (b). PAULUS autem biennio in suo conducto Romæ moratus, (cujus conductionis pretium non ex alienis laboribus, sed ex suo labore, quantum

(a) Vide Actor. cap. XXVIII. a versiculo 17. usque ad 29.

(b) Vide Josephum Antiquit. Jud. lib. XX. cap. 7.

tum præfens conditio permittebat, parta pecunia solvit (a)) excipiebat in eadem conducta domo quotquot ad se aulendum venirent, *prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de domino Jesu CHRISTO cum omni fiducia, sine prohibitione (b)*: adeo ut vincula illa plurimum ad fidei propagationem intulerint, ejusque nomen celebre apud Neronem, ubi non infrequentes erant Christiani, efficeretur (c). Ibidem versans ille, consuetudinem cum Seneca philosopho Neronis præceptore junxisse fertur, quin & epistolæ quædam mutæ inter eorum circumferebantur, quas agnovisse atque probasse SS. Augustinus *ep. olim 54. nunc 153.* & Hieronymus *de viris illustribus cap. 12.* videntur. Eas tamen omnino periisse estimandum. Nam quæ deinceps PAULI & Senecæ nominibus typorum ope vulgatæ sunt litteræ, adeo illæ quidem ab utriusque ingenio styloque abhorrent, ut a doctissimis Ecclesie Patribus Augustino Hieronymoque probari, ac pro genuinis haberi profecto non potuerint (d).

Anno DOMINI LVIII.

S. PETRI Pontificatus Romani 17.
NERONIS Cæsaris 4. & 5.

Consules (NERO CLAUDIUS AUGUSTUS III.
(VALERIUS MESSALA.

DUM adhuc Apostolorum Princeps in Occidente ætinetur, Festus Romanus in Judæa Proconsul, moritur in Provincia mente Aprilis. At PAULUS, legatione Judæorum ab Hierosolymis nuper adversus se missa, & infeste per Alitarum mimorum actorem, Poppæamque Sabinam apud Principem meretricia procacitate potentissimam, exulcerato Augusti animo, intrepide ipsum Neronem adiisse fertur: a quo etiam quaquam benigne fuerit exceptus, libere tamen per Urbem limis-

(a) Vid. S. Joannis Chryso-
mi homil. LV. in Acta.

(b) His verbis suum Actorum
Apostolicorum librum claudit S.
Lucas capite XXVIII. vers. 30.

(c) Consule ejusdem Pauli epi-
stolam ad Philippenses 1. 12. &
IV. 22.

(d) Consule, si placet, sua de
suppositivis hisce epistolis habentur
Nota 45. ad Cortesii b. 2. de
Romano itinere &c. p. 154.
& seq. nec non Ven. Cal. Baro-
ni Annales ad annum Christi 66.

dimissus est: neque desunt, qui memoriæ prodiderint, Apo-
stolum in Senatu & apud Collegium Pontificum causam
suam gravissime perorasse. Interim PAULUS absentes socios li-
teris cohortari, cælestem gratiam præsentibus impertiri. Sed, AERÆ
Vulgaris
Anno 58.
furdus Judæorum auribus, crescebat in religione gentilium
numerus, confluebantque ad salutiferas baptismatis aquas
externorum greges. Itaque magnum statim in Urbe nomen,
majus per Italiam, implente aures fama, concilianteque be-
nevolentiam, volitare; quisque pius ad Urbem videndi Apo-
stoli studio accedere, defixisque in illum oculis obstupescere;
non alloquio adspectuque satiari. Sublevatæ vinculorum æ-
rumnæ, ac PAULI miseræ inter sævas Principis iras, largi-
tate Philippensium Christianorum, Epaphrodito Legato cum
pecunia missa, simulque Onesiphori, multorumque discipu-
lorum adventu, qui ad Apostolum, tamquam ad tutissimum
portum decurrebant. Sane Epaphroditus adeo sedulam ei
operam navavit, ut propterea periculosissimo contracto mor-
bo, in extremum vitæ discrimen incurreret. Ubi convaluit,
rediit Philippos, acceptamque a PAULO epistolam ad Philip-
penses detulit; ex cujus inscriptione intelligimus Timotheum
tunc Romæ cum Apostolo versatum, eandemque epistolam
hoc anno Domini LVIII. exeunte, sive LIX. ineunte a PAULO
fuisse conscriptam; quum scilicet jam facile perspiceret, se
esse propemodum vinculis liberandum (a). Iisdem tempori-
bus alias ad Philemonem & Colossenses litteras dedit (hæ
omnes singulari Dei Opt. Max. providentia ad nos usque
transmissæ sunt) in quibus ad eos se venturum promittit,
& ut hospitium sibi paretur, petit. Harum autem tum Phi-
lemoni, tum Colossensibus scribendarum Epistolarum, hæc
fuit occasio. Onesimus Philemonis servus, furti in herum
reus, Colossis Phrygiæ se subducens, Romam profugerat,
ubi PAULO occurrens, crimen illi suum detexerat, eodemque
suadente, Christianam fidem amplexus fuerat. Quare homi-
nem cum laudata epistola ad herum remittit, rogatque etiam
atque etiam, ut Onesimo veniam indulgeat (b). Tanti ami-
ci gratia Philemon, Onesimum benevole excepit, fugam fur-
tum-

(a) Vide, si placet, Notam 37.
ad Gregorii Card. Cortesii lib. 2.
de Romano itinere &c. p. 130.

(b) Adfuisse in hisce prioribus
Romanis vinculis Apostolo comi-

tes Epaphram, Aristarchum, Lu-
cam, Demam, & Marcum, ex e-
jusdem epistole ad Philemonem
cap. XI. vers. 23. & 24. constat.

tumque condonans; nec diu post Romam iterum remisit, ut laboranti in vinculis Apostolo inferviret. Sed certior idem PAULUS factus ab Epaphra Colossensium Apostolo, quem socium in vinculis Romæ habebat, tum & per litteras, quas Onesimus Laodicea detulerat, falsos quosdam Apostolos, errores per Ecclesiam Colossensem spargere, quamvis PAULUS Fideles illos neque insitisset, neque vidisset unquam, Epistolam tamen ad eos dedit, qua Colossenses adversus gliscens malum muniret, & Tychicho fidei Dei ministro ac Onesimo, quem iterum Philemoni restituit, ferendam commisit. Iisdem temporibus etiam ad Ephesios litteras dedit, quas tamen Baronius, Estius, Tillemontius, alique, vix uno ante mortem anno, postquam iterum Romam rediit, scriptas statuunt (a). Earum litterarum argumentum sunt potissima fidei mysteria, Redemptionis nempe, justificationis per mortem CHRISTI, gratiæ prædeterminationis, vocationis gentium, duorum populorum in unum corpus sub JESU CHRISTO capite fœdus, ac tandem ejusdem divini capitis super omnes creaturas & spirituales & corporales eminentia.

ANNO DOMINI LIX.

S. PETRI Pontificatus Romani 18.
NERONIS Cæsaris 5. & 6.

Consules { LUCIUS VIBSTANIUS APRONIANUS,
LUCIUS FONTEJUS CAPITO.

Quum igitur PAULUS per biennium in Urbe, Dei verbum in conducta domo cum omni fiducia ac sine prohibitione prædicasset, quemadmodum diximus ad annum LVII. suam tandem obtinuit libertatem, licet qua ratione e vinculis solutus fuerit, irrogataque a Judæis sibi retulerit calumnias memoriæ proditum non sit. Forte tamen accusationis suæ probandæ defectu Judæi, causam apud Neronem urgere ausi non sunt. Post biennium sane in libertatem assertum PAULUM fuisse, liquido constat. Itaque Roma exiit, & in Italiam prope dictam secessit, ubi expectans Timotheum eam scripsit, quæ in canone sacrorum librorum legitur epistolam ad

(a) Vide Calmeti Prolegomena in Commentarium ad eandem epistolam.

ad Ebræos (a). His litteris Fideles Palæstinos, forti ac generoso animo perferendis Judæorum Infidelium persecutionibus comparat. Totus est etiam in vera justitia asserenda, quam non legalium observantia, sed fides & gratia JESU CHRISTI inducunt. Probat etiam vetus sacerdotium, legalesque caeremonias, Sacerdotio JESU CHRISTI, & Religione Chriftiana succedente defuisse. Interea adveniente Thimotheo ab urbe Roma, ex Italia profectus est in Hispaniam, quo iturum se dixerat in epistola ad Romanos, capite xv. vers. 24. *Cum in Hispaniam proficisci cæpero, spero quod præteriens videam vos &c.* Et certe eam regionem vidit, quam S. Clemens Papa I. in priore sua ad Corinthios epistola circa annum Christi xcviij. exarata, PAULI itinera commemorans, appellat τὸ ἑστὶν τῆς ἄρκτου Occidentis terminum (b). Quamvis autem nonnulli freti autoritate Gelasii & Innocentii I. Pontificum Romanorum, numquam revera PAULUM suum in Hispanias eundi consilium exequi potuisse existiment, alii vero, argumentis in utramque partem recitatis, nil certi de tota re statui posse arbitrentur,

(a) De PAULI epistola ad Ebræos consule quæ habentur in Commentario ad secundum Cardinalis Cortesii librum de Romano itinere gestisque Principis Apostolorum, nota 46. pag. 155. & seqq.

(b) At præstat integrum S. Clementis locum ex laudatæ epistolæ §. 5. in medium asserre: Sed missis veteribus exemplis, inquit sanctissimus Petri successor loc. cit. veniamus ad procerimos athletas, & ætatis nostræ generosa exempla sumamus. Propter emulationem atque invidiam, qui Ecclesie erant fideles & justissime columnæ, persecutionem etiam usque ad mortem passi sunt. Accipiamus præ oculis nostris bonos Apostolos. PETRUS ob iniquam emulationem non unum,

aut alterum, sed multos sustulit labores, atque ita Martyr effectus, abiit ad debitum gloriæ locum. PAULUS patientiæ præmium obtinuit, cum catenas septies portasset, virgis casus, ac lapidatus esset: Præco factus in Oriente & Occidente, eximium fidei suæ decus accipit. Cum totum Mundum docuisset justitiam, & τῶν τῆς ἀρκτου ἄρκτου, ET AD OCCIDENTIS TERMINUM VENISSET, ac sub principibus (Nerone scilicet; nam ceteri voce τῆς ἀρκτου, imperatores plures sonet, heic tamen unum Neronem non inusitato loquendi modo designat) martyrium passus esset, ita e mundo migravit, & in locum sanctum abiit, summum patientiæ exemplar effectus.

tur, adeo tamen evidenter Hispanicam quam modo commemoravimus B. Apostoli profectioem, traditio ostendit, ut nihil supra possit. Nam ut Romani Martyrologii, Chronici Adonis, Menologii Græcorum, autoritatem omittam, disertissime id afferunt veteres Ecclesiæ Patres Athanasius (a), Cyrillus Hierosolymitanus (b), Epiphanius (c), Joannes Chrysostomus (d), Theodoretus (e), Hieronymus (f), Gregorius Magnus (g), a quibus nemo prudens discesserit, nisi contraria opi-

AE R AE
Vulgaris
Anno 59.

(a) *Epistol. ad Dracontium*:
„ Studium fuit sancto viro (PAULUS) usque ad Illyricum evangelium predicare, neque se-
„ gnescere, neque omittere, quin
„ Romam iret, & IN HISPANIAS
„ ASCENDERET, ut pro gratiori
„ labore, majore frueretur mer-
„ cede laboris „.

(b) *Cathechesi 17. de Paulo*
„ scribens: „ Ab Hierosolymis,
„ inquit, usque ad Illyricum dis-
„ seminavit Evangelium: qui re-
„ giam quoque Romam institue-
„ bat; & IN HISPANIAM USQUE
„ promptitudinem predicationis
„ extendit „.

(c) *Hæresi 17. „ Paulus (ait)*
„ IN HISPANIAM profectus est:
„ Petrus vero sæpe Pontum &
„ Bithyniam visitavit „.

(d) *Homil. 76. in Mattheum.*
„ Cum igitur, inquit, biennium
„ Romæ exegisset in vinculis
„ (Paulus) tandem dimissus est,
„ deinde IN HISPANIAS PROFE-
„ CTUS, invisit illic Judæos quo-
„ que, ac tunc fortasse Romam
„ reversus est, quando & suppli-
„ cium jussu Neronis pertulit „.
Vid. etiam *Orat. 7. in S. Paulum*, operum edit. Ducæi tom. 8. pag. 59.

(e) *Comment. in cap. 1. epist. ad Philippenses vers. 25.* „ Quæ
„ Actorum nos docuit historia,
„ quod duobus annis primum Ro-
„ mæ per se degit, per se habi-
„ tans in suo conducto: cum au-
„ tem illinc PROPECTUS ESSET
„ IN HISPANIAM, & illis etiam
„ divinum Evangelium tradi-
„ disse, reversus est, & tunc fuit
„ truncatus capite „.

(f) *Comment. in Isaiam cap. XI. ubi de S. Paulo*: „ In Hispa-
„ niam alienigenarum portatus
„ est navibus „.

(g) *Lib. 31. Moralium cap. 22.*
„ Ecce ipse, inquit, quem ad te-
„ stimonium jam sæpe deduxi-
„ mus PAULUS, cum nunc Ju-
„ deam, nunc Corinthum, nunc
„ Ephesum, nunc Romam, nunc
„ HISPANIAS PETERET, ut in
„ peccati morte jacentibus, æter-
„ næ vitæ gratiam annuntiaret;
„ quid se aliud, quam esse AQUI-
„ LAM demonstrabat? „ Vide et-
„ iam, si placet, Martyrologium
„ Romanum ad diem 22. Martii,
„ ubi memoriam Pauli Narbonen-
„ sis Episcopi consignat, quem se-
„ cum PAULUS ducturus in Hispa-
„ niam, Narbonæ reliquit: Ado-
„ nem

opinionis veritas evidentissimis rationibus demonstratur; præfertim quæ ea quæ ex Gelasio apud Gratianum (*causa 12. quest. 2. cap. Beatus*) nec non ex Innocentio I. *in epist. ad Decentium* ab negativæ sententiæ patronis adducta sunt, facillime diluantur. Nam Gelasius profectioem S. PAULI in Hispanias penitus non inficiatur; sed negat dumtaxat susceptum illius peregrinationis consilium tunc ab Apostolo fuisse adimpletum, quando illud exequi decreverat, gravibus primum ærumnis, quas Hierosolymis passus est, deinde carceris angustis, in quo ipso solido biennio eum Nero Romæ detinuit, prohibitus. Innocentius vero I. scribens, Apostolorum neminem, præter PETRUM Hispanias & alias Occidentis Provincias fide CHRISTI imbuisse, PAULUM illa exceptione haudquam complectitur, neque suberat ratio, cur PAULUM exciperet. Ideo autem solius PETRI meminit Innocentius, quod primæ Sedis Episcopus esset, cui cæteræ Ecclesiæ unitatis Catholicæ vinculo, ut Matræ compaginantur (a).

AE R AE
Vulgaris
Anno 59.

Anno DOMINI LX.

S. PETRI Pontificatus Romani 19.
NERONIS Cæsaris 6. & 7.

Consules (NERO CLAUDIUS AUGUSTUS IV.
(COSSIUS CORNELIUS LENTULUS.

IN Occidentalibus regionibus moram adhuc trahente PETRO ad annum usque Domini LXV. PAULUS ex Hispaniis profectus, in Cretam Mediterranei maris Insulam (*Candiam* hodie appellant) navigare constituit. In ea posteaquam aliquandiu prædicasset, quamplurimis Insulæ accolis ad Fidem Christi traductis, Titum discipulum suum, Cretensium Episcopum ordinavit. Quum vero ad Ecclesias de omnibus erudiendas, & ad Episcopos & Sacerdotes ubique constituendos tempus ipsi non suppetere, eundem Titum ibi rebus curandis reliquit, ut quæ ipse non fecerat, ille disponderet & ordinaret, consti-
tue-

nè præterea, qui in Chronico ad annum LIX. testatur S. PAULUM eodem in itinere Trophimum Arelate reliquisse, Viennæ vero Crescentem: Menologium denique Græcorum ad diem 23. Septem-

bris, ubi meminit Xantippes & Polyxena a S. PAULO ad fidem conversarum in Hispania.

(a) Vide Natalem Alexandri, in hist. Ecclesiastica nov. Test. sec. I. Dissertatione XV.

tuereque per civitates Presbyteros, quemadmodum ex iis, quas anno Domini LXII. dedit ad Titum litteris *cap. 1. vers. 5.* colligitur (a). Quibus peractis, in Judæam, uti videtur, cum Timotheo profectus est, id quod ad Ebræos scribens, sponderat (b). Interea PAULUS e Judæa in Asiam regressus (c), Timotheum Ephesum misit, Colossasque e præcipuis Phrygiæ urbibus, non procul a Laodicea totius provinciæ Metropoli, pervenit; atque ita Colossenses, ad quos jam litteras dederat, quosque numquam antea viderat (d), in Philemonis domo exceptus, nunc demum invisit, acceptos sibi homines, quibuscum jamdiu permanere statuerat, ut patet ex commate 22. epistolæ, quam eidem Philemoni, Appie sorori charissimæ, nec non Archippo commilitoni suo peculiariter scripsit anno Domini LVIII. ubi Philemonem sic alloquitur: *Para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras, donari me vobis* (e). Nullam enim sui suæque libertatis & vitæ curam tunc gerebat PAULUS, nisi ob fratrum salutem & institutionem.

(a) Vide paullo inferius ad an. 62. pag. 288.

(b) Vide ejusd. PAULI epistolam ad Ebræos *cap. XIII. vers. 23.* nec non S. Joannis Chrysostomi in eam Prologum.

(c) Vide epist. 2. ad Timotheum *iv. 13.* nec non epist. ad Philemonem *vers. 22.*

(d) Epist. ad Colossen. *cap. 2. vers. 1.* Volo vos scire, qualem sollicitudinem habeam pro vobis, & pro iis, qui sunt Laodiciæ, & quicumque non vide-

runt faciem meam in carne.

(e) Qui censent, hanc ad Philemonem epistolam scriptam esse ab Apostolo quo tempore is secundo in vinculis fuit, negant PAULUM executum esse, quod hoc loco haudquaquam in Asiam revertisse. Nos tamen cum Pearsonio, Calmeto, aliisque Chronologis eruditissimis, scriptam arbitramur anno Domini LVIII. quo tempore PAULUS Romæ vinctus fuit. Vide superius pag. 281.

Anno DOMINI LXI.

S. PETRI Pontificatus Romani 20.
NERONIS Cæsaris 7. & 8.

Consules (CAJUS CÆSONIUS PETUS,
CAJUS PETRONIUS TURPILIANUS.

Recreatis præsentia Apostoli Colossensium animis, ac præsertim Philemonis domo, in qua paratum hospitium invenit, in Macedoniam PAULUS iterum reverti decrevit, Timotheo Ephesi permanere jussit; quemadmodum patet ex prima, quam ad eum scripsit anno proxime sequenti epistola, ubi capite 1. vers. 3. legitur: *Sicut rogavi te, ut remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam, ut denuntiarem quibusdam, ne aliter docerent.* Quum enim antea ter tantummodo in Macedoniam profectus sit Apostolus, annis nimirum æræ vulgaris L. LIII. & LIV. in nulla ex tribus profectioibus illis, jussit Timotheum Ephesi permanere. Non in prima: tunc enim Timotheum secum assumpsit: non in secunda: nam ante eam profectioem Timotheum miserat in Macedoniam: non demum in tertia, in qua eundem Timotheum in itinere comitem habuisse constat (a). Mox priusquam Asiam relinqueret, Hymenæum & Alexandrum, qui bonam conscientiam repellentes circa fidem naufragaverant, tradidit Satanz, hoc est anathemate percussos, ab Ecclesiæ auxiliis precibusque & JESU CHRISTI patrocinio exclusit (b), quo facto in Macedoniam profectus, præ-

(a) Vide superius pag. 270.

(b) Consule ejusdem PAULI epistolam primam ad Timotheum *cap. 1. vers. 20.* Ephesus fortasse civis erat Hymenæus, qui primis PAULI suasionibus vitas fidei manus dedit: at deinde lapsus est in illorum errorem, qui resurrectionem futuram negantes, hanc jam præclam afferbant, 2. ad Timoth. *cap. II. vers. 17.* adeoque inania esse commenta, quæ de mortuorum resurrectione, futu-

rage vita dicebantur. Qui fuerit perditus hujus hominis exitus, ignoratur: illud solummodo compertum est, hunc, anno LXIV. quo PAULUS eandem alteram ad Timotheum dedit epistolam, adhuc in errore versatum una cum alio Ephesio nomine Phileto. Censet S. Augustinus *hom. 19. in Joan.* Hymenæi errorem in eo positum, quod aliam esse negaret resurrectionem, præterquam animæ ex peccato ad gratiam per fidem &

Et

præstitæ promissionis memor, ad Philippenſes divertit. Nam ad eos triennio ante in prioribus vinculis Roma ſcribens: *Et hoc confidens ſcio, (inquit cap. i. v. 25.) quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum veſtrum, & gaudium ſpei dei: ut gratulatio veſtra abundet in Chriſto Jeſu in me, & per meum adventum iterum ad vos. Et rurfus ejuſdem epiſtolæ cap. 2. verſ. 24. ait: Confido autem in domino, quoniam & ipſe veniam ad vos cito.*

AE R A E
Vulgaris
Anno 61.

ANNO DOMINI LXII.

S. PETRI Pontificatus Romani 21.
NERONIS Cæſaris 8. & 9.

Consules (PUBLIUS MARIUS CELSUS,
(LUCIUS ASINIUS GALLUS.

Quum igitur PAULUS in Macedoniæ provincia apud Philippenſes, ut modo diximus, verſaretur, primam ſuam ad Timotheum epiſtolam dedit (a), in qua & communia Episcoporum munera, & peculiaria ipſius proſequitur; lectionem commendat; eundemque Timotheum hortatus, ut modico vini hauſtu ſtomachi vitio fuccurrat, de *Hymæneo & Alexandro* a ſe anno proxime elapſo, excommunicatione inuſtis, certiorum illum facit.

Post aliquid temporis ad Titum, quem anno Domini LX. in Cretæ inſula reliquiſſe jam diximus, litteras ſcripſit, quum Philippis diſcedere ac Nicopolim proficiſci cogitaret, ſecumque haberet Arteman & Tythicum; quemadmodum patet ex S. Chryſoſtomo in prooemio, nec non ex Theophilacto. Por-

ro

Baptiſmum revocata. Alexander idem ille fuiſſe creditur faber ærarius, de quo PAULUS in 2. ad Timotheum IV. 14. qui gravem illi moleſtiam Roma poſtea in ſecundis vinculis peperit anno Domini LXIV. Vide inferius.

(a) Quamvis in Commentario ad lib. 2. Gregorii Cardinalis Corneſii de Romano itinere geſtiſſe que Principis Apoſtolorum, pag. 129. & 148. duas, que ex-

tant PAULI ad Timotheum epiſtolæ annis æræ vulgaris LIII. & LVIII. doctiſſimi Onuphrii Panvini ſententiam ſequari, ſcriptas eſſe ſtatuerimus: melius tamen de rebus ad Apoſtolum pertinentibus hiſce conſcribendis Annalibus edoſti, non veremur palinodiam canere, priorumque ad Timotheum epiſtolam ad hunc annum Domini LXII. poſteriore vero ad annum LXV. referre.

ro in illis litteris Titum venire Nicopolim jubens, munera Episcopi, dotesque ad pastorale officium adimplendum requisitas, Apostolus proſequitur, monetque, ut contumacibus perſuadendoque hominibus in faciem reſiſtat, adjectis inſuper ad omnia hominum genera deducenda ſapientiffimis præceptis. Interea Nicopolim in Epiro urbem ad Ambraciæ finem ingreſſus, hyemem in ea tranſire conſtituit, quemadmodum ex Donnæo p. 544. conicit Pearſonius in operibus poſthumis. Chryſoſtomus tamen, Theodoretus, aliique ex veteribus exiſtimant, Nicopolim, ubi S. PAULUS hoc anno hyemavit, non Epiri, ſed Thraciæ urbem eſſe, in ſinibus Macedoniæ & ad amnem Neſſum ſitam, quibus adhæret Henricus Savilius, ut pote de re ſibi comperta, & urbe vicina loquentibus. Quamquam autem revera S. Chryſoſtomus eas homelias habuerit Antiochiæ, quæ longe a Thracia diſſita eſt, ut obſervavit Haleſius, Conſtantinopolitanæ tamen civitatis Episcopus fuit.

AE R A E
Vulgaris
Anno 62.

ANNO DOMINI LXIII.

S. PETRI Pontificatus Romani 22.
NERONIS Cæſaris 9. & 10.

Consules (CAJUS MEMMIUS REGULUS,
(LUCIUS VERGINIUS RUFUS.

Transacta ab Apoſtolo, ut modo animadvertimus, Nicopoli ſive Epiri, ſive Thraciæ urbe, anni proxime elapſi hyeme, Corinthum celeberrimam Achajæ civitatem iterum petere ſtatuit: ex qua haud multo poſt decedens, Eraſtum ibi reliquit (a). Sic enim monet Timotheum PAULUS in ſecunda ad eum epiſtola anno LXIV. exeunte conſcripta, (cap. IV. verſ. 20.) *Eraſtus remanſit Corinthi.* Quæ ſane monitio ſcribi non potuit ad Timotheum in prioribus vinculis. Quorſum enim de Eraſto Corinthi relicto, Timotheum tunc admoneret, qui cum ipſo PAULO fuerat eo tempore, quo

T

Corin-

(a) Eraſtus ante conversionem nunc Corinthi remanſerit, aut præſectus fuiſſe creditur ærario quid illi deinceps contigerit, non videtur Apoſtolo in epiſt. ad Romanos cap. XVI. v. 23. eumque Eraſto in Macedoniam miſiſſe. Cur

(R)

Corinthi mansisse Erastus præsupponitur? Apostolus igitur Corintho egressus, in Asiam tendens, quum Troadem Phrygiæ seu Mysiæ urbem ad Hellespontum venisset, *penulam* ibi, *libros*, & *membranas* nonnullas apud Carpum hospitem suum reliquit, cujus Carpi alibi mentio non fit (a). Ineptum est autem vel cogitare, prout etiam observavit Pearsonius in *Analibus Paulinis*, Paulum ante hæc tempora, *penulam*, *libros*, atque *membranas* Troade reliquisse, quum tot secum haberet comites, & collectas Hierosolymam perferendas, & navem utique conduceret. Hinc Ephesum ad Timotheum se contulit (b), ac deinde Miletum, maritimam Joniæ urbem Epheso proximam, ubi Trophimum ægotantem reliquit, ut monet eundem Timotheum in secunda ad eum epistola cap. iv. vers. 20. (c). Neque enim spectare potest tempus illud, quo Miletum fuit, antequam Romam missus est, quum constet ex *Actor. xxi. 9.* Trophimum tunc temporis una cum ipso PAULO Hierosolymam venisse: quod etiam viri clarissimi Pearsonius, Fromondus, Tillemontius, Calmetus observare non omiserunt.

Anno

(a) Vide secundam, quam superius laudavimus ad Timotheum epistolam cap. iv. vers. 13. ubi hæc habentur: Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maxime autem membranas. Porro Carpum e LXX. discipulis unum ponunt Græci, & PAULI ministrum in prædicatione evangelica, epistolarumque missione. Beræ Episcopum faciunt, at cujus Beræ, non tradunt. Innumera illi tum superstiti, tum mortuo prodigia tribuunt, cuique officio colunt ad d. vii. Kal. Junii; Latini vero in Martyrologiis ad diem III. Id. Octobris consignant. De penula autem, libris, & membranis, quas apud eum Troade se reliquisse PAULUS testatur, consule qua doctè eruditèque congestit cl. vir Augustinus Calmet in

Comment. ad hunc locum.

(b) Vide Augustini Calmet Comment. in epist. 2. ad Timotheum cap. i. v. 4.

(c) De Trophimo, consule que habentur superius ad annum LIV. pag. 260. Pro Mileto Baronius, Erpenius, Grotius, Beza, aliique Arabicam versionem sequuti, legunt loc. cit. Melitam Insulam, ad quam eiecium fuisse naufragum Apostolum, narravimus ad annum 55. pag. 276. ex Actis XVIII. 1. Mavrit Eslius Miletum in Creta Insula. At totum hoc eruditissimorum hominum discrimen, quæ admodum egregie ostendit Calmetus in Comment. falsa opinione nititur, nimirum hanc epistolam Roma scriptam fuisse post primam iteri Apostoli ad Urbem, quum revera post secundam aliquot deinceps annis data fuerit.

ANNO DOMINI LXIV.

S. PETRI Pontificatus Romani 23.
NERONIS Cæsaris 10. & 11.

Consules (CAJUS LEGANIUS BASSUS,
MARCUS LICINIUS CRASSUS.)

PAULUS igitur Miletum, ut modo diximus, Trophimo valetudinis curandæ gratia relicto, Romam demum, facta sibi a Deo martyrii obtinendi certissima spe, iterum proficiscitur, ubi haud multo post execrabilis illa Christianorum persecutio orta est, authore Nerone (a). Ex recepta traditione narrat S. Chrysostomus (b), Apostolum salutatum ivisse Pincernam & Concubinam Neronis, eo scilicet consilio, ut CHRISTI fidem utrique persuaderet. Neque spe frustratus, pellicem fide initiavit (c). Qua re Imperator, foeminam illam perditissime deperiens, offensus, PAULUM in carcerem conici iussit. Sane impius Cæsar in infanda quæque prorumpens, ingenti passim nobilium numero neci tradito, atque ipsa Agrippina matre apud Bajas e medio sublata, vastatisque provinciis, Urbem tandem hoc anno diripi, & ad XIV. Kal. Sextiles universam fere incendio absumi mandaverat, ne tanta immanitas in mortales dumtaxat grassaretur (d). Tales, infandi partus, infaustæque monstro datæ lucis poenas altrix patria luit. Sed Nero, sumpta hinc crudescendi libidine, quum se jam in omnium odium venisse intelligeret, abolendo de incensa civitate rumori, in Christianos crimen coniciens, qua-

T 2

sitif-

(a) De prima persecutione Neroniana, que non solum in Christianos Romæ, sed & adversus omnes Christianos ubique per Romanum degentes Imperium magnopere sevit, consule Tertullianum in Apologetico cap. 5. Eusebium in hist. Eccl. lib. 2. cap. 25. aliisque veteres Ecclesiæ scriptores a doctissimo viro Ant. Pagio in Critica Baroniana laudatos.

(b) Vid. S. Jo. Chrysostomi Ho-

mil. 46. in Acta, ejusdemque opus adversus vituperatores vitæ Monasticæ conscriptum, lib. 1. c. 4.

(c) Acta SS. Petri & Pauli ex Græcis translata, a Lippomano & Surio ad diem 29. Junii edita, habent Sanctissimos Apostolos Christiana fide imbuisse duas Neronis pellices, quæ deinceps pudice vivere statuerunt.

(d) Vide notas ad Cortesii lib. 2. de Romano itinere, &c. p. 59.

fitissimis hac de causa poenis eos affici iussit (a). Itaque pars in crucem agi, pars capite multari, pars flammis torreri, pars bestiarum dentibus laniari. At PAULUS in carcerem detrusus, & arcta custodia detentus, non ut antea in domo conducta omnibus nota, versatur: (erant enim priora ejus vincula ante hanc primam persecutionem in Prætorio celebrata). Quare Onesiphorus ex Asia, ubi multum Ecclesiæ inservierat, Romam profectus, non nisi postquam sollicitè quaesivisset, invenit eum (b).

Interea PETRUS ex Occidentalibus regionibus ad Urbem reversus, multas habuit cum Simone disputationes tam ante Neronem, quam ante populum: & dum diutius alterca-

(a) Tacitus lib. xv. Annalium cap. 40. Videbatur Nero contendere Urbis novæ & cognomento suo appellanda gloriam querere, ideoque incendium iussisse narrat. Ergo abolendo rumori (prosequitur ejusdem libri cap. 44.) Nero subdidit reos, & quaesivissimis poenis affecit, quos per flagitia invidiosos vulgus CHRISTIANOS appellabat. Primo correpti qui fitebantur, donec indicio eorum multitudo ingens, haud perinde in crimine incendii, quam odio humani generis convicti sunt. Et percussibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammam: atque ubi desisset dies, in usum nocturni luminis urebantur. Unde quamquam adversus fontes, & novissima exempla meritos, miseratio oriebatur, tamquam non utilitate publica, sed in servitium unius absumerentur. Vide etiã Subpitiũ Severũ in hist. sac.

(b) Vide ejusdem PAULI epistolam 2. ad Timotheum cap. 1. vers. 16. & seqq. ubi hæc habentur. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpe me refrigeravit, & catenam meam non erubuit: sed cum Romam venisset, sollicitè me quaesivit & invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die (supremi nempe judicii). Ex quibus verbis manifeste patet, quum PAULUS hæc scriberet, Onesiphorum in vivis non fuisse, quod non ipsi Onesiphoro, sed illius familia salutem dicat. Id se verum sit (prout verum esse ipse etiam Grotius fatetur) invictum habemus orationis pro mortuis argumentum. Ceterum Onesiphorum martyrio sanctum asserit Baronius, illumque Græci festâ die venerantur 11. Kal. Maii, & 11. Id. Decembris, atque e LXX. discipulis unum ponunt. Ado vero aliique latini VIII. Id. Septembris colunt. Vid. Calmetum in Comment. ad loc. cit.

rentur, Simon tandem divino nutu interemptus est (a). Enim vero Magus ille mira calliditate, & variis gentium moribus edoctus, Cæsaris ac Romanorum procerum ingenia rimatus, ita eos adulatione ac præstigiis in sui amorem admirationemque converterat, ut tamquam delapsus e concilio Deorum hominem, intuerentur. Quamobrem advocato in concionem populo, permittente Nerone, luculentam orationem exorsus ait, se multis & gravissimis Galilæorum (sic enim Christianos vocitabat) Injuriis offensum, nullam posthac tuendi Romani orbis, conservandæque Urbis curam suscepturum, sed fordescentibus sibi terris, in cælum evoluturum, calcata siderum pulchritudine, & penetralibus Olympi ad æternam quietem: Proinde statuturum diem locumque, quando id faciendum esset, stupente populo, & ipso Cæsare Simonem supra cælestia reputante. Statuitur igitur simul dies locusque: theatrum nonnulli; Capitolium aliis, ad id electum referunt; seu propter celsitudinem Capitolini clivi, seu propter loci nobilitatem. Interim Magus jaclantia prætumidus, Capitolina in culmina ascendit, expansisque lacertis, se præcipitem dedit, & secare auras, sequè altius cælum versus sustollere incœpit. Sed PETRUS tempus adesse ratus, quo CHRISTI Dei magnitudo ostenderetur, & magica scelera cunctis patefcerent, ac nemo in posterum divinos sibi honores atrogaret, in preces effusus: Jubeo vos, inquit, ministros inferos, qui Simonem per auras vehitis, nomine JESU CHRISTI filii Dei vivi, Simonem in terras deicere: quum subito malis spiritibus in fugam actis, Magus pondere suo præceps in terram cadens, toto contractus corpore, non statim quidem, sed ad Brundam translatus, ignominia & dolore extimulante, ex alta porticu sese deiciens, misere interiit. Porro Brunda locus creditur Romæ situs; Romæ etenim Magum obiisse plures Antiquorum asserunt. Simone hoc pacto e vivis exempto, percussus Nero, amici casum indigne ferens, quum se quoque illa victoria victum spretumque crederet, exoptatam jamdiu in Apostolos occasionem arripit, simul & ut crematæ patriæ, & funestorum ignium infamiam, (quemadmodum superius animadvertimus), a se averteret, acriori in Christianos odio exurgere cœpit. Quamobrem prehendi homines,

(a) Consule, si placet, notas ad eam, quæ proxime sequitur Montesei lib. 1. de Romano itinere & pag. 18. & 30. nec non eam, quæ proxime sequitur Montesei lib. 1. de Romano itinere & pag. 348. & seqq.

vinculosque Mamertinum in carcerem detrudi, atque ante tribunal statui jubet. Sane PAULUM Romæ e carcere in discrimen vitæ a Nerone fuisse vocatum, habuisseque Apologiam sive defensionem suam, vel sui: (quod in prioribus vinculis factum non est, ubi habuit tantum defensionem & confirmationem Evangelii adversus Judæos) colligitur ex sæpe laudata epistola 2. ad Timotheum, cap. IV. vers. 16. & 17. In prima mea defensione, inquit, nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. Dominus autem mihi assistit, & confortavit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes: & liberatus sum de ore Leonis. In ea certe defensione tantum fuit & PAULI, & suorum discipulorum periculum, ut omnes qui amicitia & gratia Apostolo opem ferre potuissent, sævissimi Imperatoris iram veriti, eum desererent, ac nemo illi adesset (a). Sed ereptus est ex ore Leonis, Neronis scilicet, ut omnes passim cum veteres, tum recentiores interpretes nemine repugnante exponunt, si unum Pearsonium excipias, qui in *Annalibus Paulinis* secunda Apostoli vincula ad annum Christi LXXVII. referens, per Leonem, Helium Cæsarianum intelligit, cui Nero eo anno in Græciam petens, Urbis & Italiæ Imperium reliquerat. At PAULO ab ore Leonis divinitus erepto, Alexander ararius, idem fortasse de quo in Actis XIX. 33. & in prima ad Timotheum epistola I. 20. multa mala ostendit, & vehementer obstitit sermonibus ejus (b).

(a) Theodoretus, Menochius, de iis loqui Apostolum, quæ nunc aliique, quæ superius attulimus per sibi acciderunt? Vide Hom. ex altera ad Timotheum epistola IV. S. Joannis Chrysostomi in eadem Apostoli verba, de priore PAULI dem epistolam, ubi PAULUM eo itinere Romano, quum is ad Cæsarem provocasset, interpretantur. At quis non intelligit, de ram Nerone tenentis vinculum Sanctus Doctor mire describit.

(b) Vide epistolam 2. ad Timotheum cap. IV. vers. 14. & 15.

ANNO DOMINI LXV.

S. PETRI Pontificatus Romani 24.
NERONIS Cæsaris II. & 12.

Consules (AULUS LICINIUS NERVA SILIANUS,
MARCUS VESTINIUS ATTICUS.

IGitur Apostoli in Mamertinum carcerem, ad ima Capitoline arcis defossam, Neronis jussu, ut diximus, conjecti, traditique in custodiam Paulino clarissimo viro sub duorum ductu Tribunorum Processi & Martiniani, præsentis animo mortem expectabant: sed ambo Tribuni Apostolorum concionibus ad Christi religionem traducti, expiatique sacra unda, quæ repente ex imis humi visceribus eruperat, haud veriti Cæsaris immanitatem, eos incolumes dimiserunt (a). Quamobrem piorum turba PETRUM circumfusâ orare, obsecrareque, ut fuga salutem consulere, neque cruciatibus, ac morte sua Neronis feritatem satiare. Quod si ipse vitam nihili faceret, & cælesti desiderio teneretur, respiceret saltem tironum lacrymas ac solitudinem, quorum infirmi imbellesque animi tot in fluctibus tempestatum, & instanti periculorum mole nutarent. His vocibus PETRUS passionis, ut Ambrosius ait, magnopere cupidus, quum diu multumque repugnasset, cessit tandem fratrum pertinaciæ. Itaque fausta omnibus precatus, collucentibus stellis, ad vastum noctis silentium ab Urbe proficiscitur: quumque haud multo interjecto itineris spatio, Capenam extra portam processisset, CHRISTUM JESUM obvium habuit; illum vero quoniam tenderet interrogans, respondentem audit: Vado Romam iterum crucifigi (b). Horum verborum sensum illico assequutus PETRUS, mortem sibi pro Dei gloria quam primum obeundam intellexit. Quare regressus in Urbem, reque fratribus nuntiata, secundam

(a) Consule, si placet eam, quæ proxime sequitur Appendicem Monumentorum cap. IX. ubi de Ecclesia S. Petri in carcere.

(b) Vide S. Ambrosium serm. 68. Origenem tom. 2. operum GL. pag. 118. & 293. S. Gregorium Magnum sermone 8. in Psal. CI. nec non eam quæ proxime sequitur Monumentorum Appendicem cap. XII. in quo de sacello S. Mariæ de Plantis, sive ad transitum, vulgo Domine quo vadis? pag. 353.

ad Ebræos Christi Fideles dedit epistolam (a), in qua ad eam fortasse, quam modo commemoravimus visionem alludens: *Certus quod velox est* (inquit cap. 1. vers. 14.) *depositio tabernaculi mei, secundum quod & dominus noster JESUS CHRISTUS significavit mihi*; luculentissime his verbis ostendens, quam pa-

(a) Profecto hanc secundam epistolam hoc anno Domini LXX. Romæ a PETRO scriptam, cum Tillenontio, Cabneto, aliisque recentioribus criticis existimamus. Quamvis enim neque carceris, neque vinculorum meminerit; nihilominus postquam is Roma fugiens, ut Neronis persecutionem vitaret, in CHRISTUM sibi occurrentem incidit, eam dedisse verosimilimum arbitratur. Porro his litteris Apostolorum Princeps proximam sui mortem prænuntiatis, Fideles, quos ad fidem adduxerat etiam atque etiam monet, ut tradita ab Apostolis doctrinæ adhaereant, bonorum nempe operum exercitio, nihil curantes ea, quæ a pravos doctoribus (nempe a sectatoribus Simonis Magi, ut vulgo creditur) jactabantur. PAULI Apostoli epistolam meminuit, easque laudibus prosequutus; addit ab indoctis nonnullis in prævium detorqueri. De hujus epistolæ auctoritate ab aliquibus olim dubitatum fuisse, colligitur ex Origine in Jo. p. 88. Didymo comment. in hanc epist. Hieronymo de viris illustr. aliisque. Verum canonica, quam obvinet auctoritatis, tot atque adeo illustrata per semetipsam argumenta præfert, ut supervacaneum

nunc sit uti in re minime dubia, testibus non necessariis. Stili sane varietatem a D. Hieronymo animadversam, e qua Grotius eâ PETRO adimendi argumenta depromit, critici peritissimi vix advertunt; cujus etiam discrepantiæ causam idem S. Doctor in varios interpretes refert: duæ epistolæ, inquit, quæ feruntur PETRI, stilo inter se & caractere discrepant, structuraque verborum, ex quo intelligimus pro diversitate rerum, diversis eum usum interpretibus. Modo enim Marcum, modo Glauciam interpretem adhibebat, Clemente Alexandrino teste, Stromat. lib. 7. pag. 764. Marcus autem PETRI comes erat, quum primam hinc scripsit epistolam; Roma vero aberat, quum hanc alteram dedit. Quod ad illud Grotii, eam nempe post Jerusalem excidium a Simone Hierosolymitano esse accaratam, nihil utique est, cur serio refutetur, quum validis nullis argumentis innitatur. Loci quos Grotius in veteribus MSS. investigari cupiebat, in iis omnibus, quæ diligentissime Millius consuluit, expresse afferuntur. Vid. Calmeti Prolegom. in Comment. ad eandem epistolam.

rum vitam amaret, dum ait, corpus suum eo loci sibi esse, quo tentorium est viatori, quod vespere expansum, mane colligitur; habetur, non amatur, facile deseritur, cum labore gestatur; optatur domus & patria; quoque propinquior est meta, eo citius tentorium relinquitur. Cato major apud Giceronem de senectute: *Ex vita ista discedo tanquam ex hospitio; commorandi enim natura diversorium nobis, non habitandi dedit* (a). Itaque Apostolorum Princeps, sentiens diem mortis sibi imminere, Clementem Episcopum consecravit, eique suam Cathedralam, hoc est Ecclesiam omnem regendam commisit (b). Iisdem temporibus PAULUS ex ore Leonis, ut diximus, ereptus, dedit alteram ad Timotheum epistolam (eam veluti ultimas Apostoli tabulas respicit S. Chryostomus homil. 9.) & quidem Romæ, ut ex ejusdem epistolæ cap. 1. vers. 17. colligitur, & in vineulis, (*ibid. vers. 8. & cap. 2. vers. 9.*) posterioribus scilicet (c). Nam Timotheus ipse PAULO Romæ aderat in prioribus, & cum eo ad Philippenfes, Philemonem, Colossenses & Ephesios litteras dedit anno Domini LVIII. in quibus se brevi vinculis liberatum iri, Apostolus significavit. In hac autem idem Timotheo absenti significat, *cap. 14. vers. 6. se jam delibari, & tempus resolutionis suæ instare*, imminere nimirum mactationis suæ tempus, ceu victimæ libationibus perfusæ, & falsis frugibus, quibus victima statim ante mactationem inspergi solebat (d). *Et liberabit me,* (prosequi-

(a) Hinc apposite Cabmetus in Comment. ad 2. Petri epist. 1. 13. Exilium, inquit, est mundus, iter vita, cælum patria, corpus tentorium, sub quo sumus usque dum æternam sedem assequimur. Scimus, ait D. Paulus in 2. ad Corinthios V. 1. 4. quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, ædificationem a Deo habemus, domum non manufactam, æ-

ternam in cælis... Et qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati, &c.

(b) Vide notas ad Cortesii lib. 2. de Romano itinere gestisque Principis Apostolorum, pag. 83.

(c) Vide quæ de hac epistola habentur superius ad annum æræ vulgaris LXXII. in subiecta adnotatione, pag. 288.

(d) Virgilius Aenæid. lib. 2. de Sinone:

Jamque dies infanda aderat, mihi sacra parari,
Et falsæ fruges, & circum tempora vittæ.

Vide etiam Homer. Iliam. A. v. ges libationesque victimarum capiti ante mactationem, tota est Ant-

sequitur ejusdem capituli vers. 18.) Dominus, non a vinculis, sed ab omni opere malo, & saluum faciet in regnum suum caeleste.

AE R A E
Vulgaris
Anno 65.

At PETRUS PAULUSQUE ab Ethnicis iterum comprehensi, una eademque hujus anni die, 11. scilicet Kal. Julii, qua eorum Natale celebrat Ecclesia, Neronis jussu, gloriosissimo martyrio coronantur (a). Quum enim editis quibusdam miraculis, (ut Lactantii seu Lucii Cæcilius verbis ex capite secundo operis de mortibus persecutorum desumptis, utamur) qua virtute ipsius Dei data sibi ab eo potestate faciebant, convertissent multos ad justitiam, Deoque templum fidei ac stabile collocassent; (Ecclesiam nimirum, inquit Baluzius ad hunc locum; quæ est verum Dei templum, quod non in parietibus est, sed in corde ac fide hominum, qui credunt in eum ac vocantur fideles, ut ait idem Lactantius in libro quarto divinarum institutionum cap. 14.) re demum ad Neronem delata, quum animadverteret, non modo Romæ, sed ubique (b) quotidie

Antiquitate notissimus. Statius, Thebaidos lib. IV.

Jamque ardua ferre,
Signari capita, & frugum libamine puro,
In vulnus cecidere greges.

Apud Ebræos, mactata jam vi-

lima libationibus aspergebantur.

Apud Græcos vero & Romanos

duo libationum genera in usu e-

rant; alias enim præmittebant

immolationibus consuetis, alias

post immolationem hostiæ, quarum

primæ erant ex hordeo non fra-

cto, aliæ ex sale inter cornua ho-

stiæ asperso. Secundæ tunc fie-

bant, quum immolata jam victi-

ma corvo nudata, in frustra con-

scissa erat; tunc enim super ini-

ciabatur farina, statimque victi-

ma igni dabatur. Consul: Tur-

nebum Advers. lib. 7. cap. 13. &

Cabnetum in Comment. in episto-

lam ad Philippenses cap. 2. v. 17.

(a) Consule, si placet, quæ de

anno martyrii SS. Apostolorum

diximus in notis ad eundem se-

cundum Cortesii Cardinalis libræ,

pag. 88. & seqq. Quod autem uno

eodemque die ambo Apostoli unius

tyranni tolleraverim sententiam,

testantur S. Dionysius Corinthio-

rum Episcopus apud Eusebium

lib. XI. cap. 25. ipsemet Eusebius

in Chronico, S. Epiphanius hæ-

resi XXVII. S. Hieronymus in Cat-

al. viror. illustrium, S. Asterius

hom. 8. Concilium Romanum sub

Gelasio, aliique primorum seculo-

rum Patres, quorum testimonia

passim in eodem Cortesiano opere

adducuntur.

(b) Hæc itaque persecutio,

non localis, sed universalis

fuit, ut recte concludit doctissi-

mus Pagius in critica Baroniana

ad

magnam multitudinem desicere a cultu Idolorum, & ad religionem novam, damnata vetustate transire, ut erat execrabilis ac nocens tyrannus prosilivit ad excidendum caeleste templum, delendamque justitiam, & primus omnium persecutus est Dei servos, PETRUM cruci affixit, & PAULUM interfecit; PETRUM scilicet tamquam alienigenam ac barbarum, prius fustibus cæsum, in crucem agi, PAULUM vero Romanum civem, capite plecti iussit. Quare Apostolorum Princeps in Janiculum, Naumachia, deorsum juxta annem positæ imminentem, ductus (a), ministros rogasse fertur, ut inverso se corpore in crucem agerent, ne servus Principi æquaretur. His libenter parere carnifices. Quamobrem multa de cruce concionatus Ecclesia, (PAULO eodem die ad Salvias aquas 11. ab Urbe lapide diffitas, ferro occidente) in domino feliciter expiravit. Nec multo post ambo præfulgenti corona nobilitati, junctis complicatisque dextris Romam intrare visi sunt, ut quam viventes non obtinuerant, corporum vinculis relaxati, obtererent, & in obsequium Fidei subjugarent, quo facilius, pulsus procul superstitionibus, disjectisque inanum Deorum simulacris, universus terrarum Orbis humilitati Crucis superba colla submitteret. Inclyta profecto ac summopere fortunata Roma, quæ tantorum Apostolorum Magisterio edocta, ac sanguine justisque sacra, illorum auspiciis ac patrocinio tuta confedis, tantisque olim pressa ærumnis, prope ad occasum prolabens, invicta, illorum virtute permanes, hostibus tremenda: Oceanique transgressa undas, ad Antipodas etiam, quos tuorum non viderant arma Cæsarum, feliciora Religionis imperia ac jura extendisti. » Isti enim, (inquit æternæ memoriæ Pontifex Benedictus XIV. in Constitutione de die natali Beatorum Apostolorum PETRI & PAULI Romæ solemnenni-

AE R A E
Vulgaris
Anno 65.

ad annum LXIV. §. 4. adversus Henricum Dodwellium, qui in Dissertatione undecima Cypriana, agnoscit quidem ingentem multitudinem in persecutione Neroniana passam, sed eorum tantum Christianorum, qui Romæ versabantur. Vide quæ diximus adnotavimusque superius in his nostris Annalibus ad eum-

dem annum LXIV. pag. 292. nec non eruditam cl. viri Antonii Saudini dissertationem de martyrum multitudine in præmervis Christianorum persecutionibus.

(a) Vide quæ proxime sequitur Monumentorum Appendicem c. x. p. 344. ubi de Ecclesia S. Petri in Monte aureo.

lemniter celebrando), sunt Romanæ Urbis Patres, ve-
 rique conditores, qui eam regnis cælestibus adscribendam
 melioribus auspiciis, & fortunatioribus initiis condiderunt;
 non illi, quorum manibus cognato sanguine pollutis pri-
 ma moenium fundamenta locata sunt, e quibus is, qui
 ei nomen dedit, fraterna cæde fœdatam, facinorosis ho-
 minibus scelerum impunitate promissa, habitandam con-
 cessit. At vero isti e tenebris Idololatriæ ad fidei lumen
 evocata, Evangelica veritate imbutam, Christianis orna-
 tam virtutibus, & ad cæli sublimitatem erectam, pretio-
 so sanguine suo consecrarunt, & sacris Corporum suorum
 Sepulcris adversus furentium hæresum insidias, & tremen-
 tis infernalis hostis impetus, tanquam duobus firmissimis
 munivere propugnaculis. Beatus autem Apostolus PETRUS,
 Sacerdotali Sede Romam translata, quum privilegium po-
 testatis a CHRISTO Domino acceptæ ad omnes suos trans-
 mittat hæredes, supremi culminis prærogativam quodam
 modo cum ea communicavit, adeo ut per Beati PETRI Ca-
 thedræ, Princeps, & Caput Orbis feret, & in immen-
 sum Religione divina ejus cresceret dignitas, ejus latius
 quam dominatione terrena per totum Orbem protende-
 tur auctoritas. Quare etiam in Sanctorum solemnitatibus com-
 mune univerforum fidelium deceat esse gaudium, quum
 ob fidei unitatem in acceptis a Deo per servos suos bene-
 ficiis indiscreta sit omnium utilitas, tamen Natalis Apосто-
 lorum PETRI & PAULI Festivitas, præter illam reverentiam,
 quam toto terrarum Orbe promeruit, speciali & propria
 Romanæ Urbis exultatione veneranda est, ut ubi præci-
 puorum Apostolorum glorificatus est exitus, ibi in die mar-
 tyrii eorum sit lætitiæ principatus. Vivit adhuc (prose-
 quitur doctissimus Pontifex loc. cit.) in mente hominum,
 & nulla unquam delebit oblivio, vetus memoria & recor-
 datio, quam merito, & quanto per totum Orbem, sed præ-
 cipue in hac Alma Urbe nostra, fuerit a primis Ecclesiæ
 sæculis celebri cultu & splendida solemnitate Natalis dies
 Beatorum Apostolorum celebratus. Siquidem ea die tradi-
 tum est, Romanos Pontifices Prædecessores nostros primum
 in Basilica Beati PETRI in Vaticano, deinde in altera Apo-
 stoli PAULI via Ostiensi, Sacrum immortalis Deo in hono-
 rem Principis Apostolorum fecisse, & Romanum Populum
 frequentissimo cœtu, & celebri concursu, utramque Basili-
 cam, sacras Apostolorum Reliquias veneraturum, invise-

re solitum; immo ad eandem solemnem diem ex diversis
 Orbis partibus, innumerabilem populi multitudinem, lin-
 guis, moribus, & regionibus discretam, venerationis tamen
 erga Beatos Apostolorum cineres, & triumphalem Natalis
 eorum memoriam concordi obsequio sociatam, confluere
 consuevisse; Episcopos etiam, aliosque sacros Antistites, sub-
 limes Regiasque Personas, ad eandem solemnitatem con-
 venire solitos fuisse, supplicesque se, suasque coronas ad pe-
 des Piscatoris, & ad Scenofactoris monumentum, adstanti-
 bus ducibus, & Præfectis militum, profernere. Hæc
 Benedictus PP. XIV. in Constitutione superius memora-
 ta. Sed, ut ad rem revertamur, Corpus Beati PETRI a Mar-
 cello Apulejoque fratribus, magna veneratione & piis lacry-
 mis decoratum, multoque unguentorum delibutum odore,
 in Vaticano, haud procul via Triumphali, ad Neronianos
 hortos, circumque sepelitur: ubi, Constantino Magno impe-
 rante ingens illi Templum construitur, quod deinde a recen-
 tioribus Pontificibus, veteri structura fatiscente, stupenda ope-
 ris mole renovatum, ad eam jam amplitudinem pervenit,
 ut nihil terrarum Orbis augustius atque magnificentius vi-
 derit. Sancti vero PAULI corpus, Lucina Senatorii ordinis
 matrona honorificentissime suo in prædio, via Ostiensi, tu-
 mulasse dicitur, quo in loco magnificentissimum illi quoque
 templum erigitur (a). Enim vero tradit S. Gregorius Magnus
 scri-

(a) In hac autem vetustissima
 Beati Apostoli PAULI Basilica via
 Ostiensi, secunda intra Octavam
 Natalis Apostolorum die, juxta
 memoratam Benedicti PP. XIV.
 Constitutionem, Missarum sole-
 mnia in Pontificali celebran-
 tur, presentibus Episcopis Pon-
 tificio Solio assistentibus. In ea
 enim (inquit laudatus Pontifex
 loc. cit.) celebris est utriusque
 Apostoli memoria, sacræque
 Reliquiæ servantur, & veteri
 instituto solemniter eadem die
 Beati Apostoli PAULI commemo-
 ratio recolitur, qui si adhuc
 vivens in terris, adeo Roma-
 nos diligebat, ut sine intermis-
 sione memoriam eorum in suis
 orationibus faceret, vehemen-
 terque cuperet eos videre, &
 ad eos confirmandos aliquid
 spiritualis gratiæ impertiri;
 quanto magis sperandum est,
 quod modo Beatus in cælis pro
 Alumnis suis Deum orare non
 cesset, suamque apem humili-
 ter postulantis offerre non re-
 cuset, ut in illa cælesti confir-
 mentur doctrina, in qua eos
 ore suo, per quod Christus lo-
 quebatur, erudit.

AERAE
Vulgaris
Anno 65.

scribens ad Constantinam Augustam *lib. iv. epist. 30.* Asiaticos quosdam haud multo post Apostolorum martyrium pietate erga suos adductos, ac tanto Italiae bono tantaeque felicitati invidentes, sacratissima eorum corpora furtivissime, detectosque concurrentibus ad arina indigenis, percussos, in puteum quandam ad Catacumbas (duobus circiter passuum millibus extra triumphalem portam locus hic est) deiecit. Quare in primitivis sepulcris statim a Romanis reposita, deindeque a S. Callisto Papa anno aerae vulgaris cccx. vii. Kal. Martii iterum ad Catacumbas Heliogabalo imperante translata (quandoquidem impius Caesar, & Vaticana monumenta ad Elephantorum quadrigas agitandas solo aequare, & omnium Religionum ac praesertim Christianae Venerabilia, in profanam sui Idoli aedem inferre decreverat) quum per annos xxx. menses quatuor, totidemque dies ibidem lautissent; Beatus demum Cornelius Pontifex Maximus anno Christi ccl. die vi. vel iiii. Kal. Julii, in locis recondidit, eorum adhuc praesentia celeberrimis (a), quemadmodum multorum veterum Scriptorum testimoniis ostendere conati sumus in ea quae proxime sequitur *Monumentorum Appendice*, capite xiii. Utriusque autem Apostoli Capita, ex nobili ac celebri loco, in Basilica S. Laurentii ad Sancta Sanctorum recondita, ab Urbani V. temporibus, Laterano in Templo summo cultu ac religione servantur (b).

liquis vero Ecclesiis aliqua Apostolorum memoria aut prerogativa insignitis, in quibus per totam Octavam singulis diebus, voluit Benedictus Pontifex Missarum solemniam persolvere, concinente ac psallente schola Cantorum, aliisque Pontificiae Capellae Ministris inservientibus, egimus singillatim in ea quae proxime sequitur *Monumentorum Appendice*, capitibus 4. 6. 7. 8. 9. & 10.

(a) Tradit Pearsonius in *Annalibus Cypriaticis ad ann. 258. §. 2.* ex Indiculo de positionis Mar-

tyrum, S. Sixtum PP. II. PETRI & PAULI Apostolorum corpora ad Catacumbas translatisse, magis in dies saviente persecutionis ardore, ut ibi stationes tutius haberi possent. Longe tamen hac in re doctissimum Anglum a vero aberrare, demonstravimus satis, ut opinor, diligenter, in ejusdem *Appendicis capite xiii.*

(b) Vide eandem *Appendicem Monumentorum*, cap. iv. pag. 324. & seqq.

ELEN-

ELENCHUS

SIVE SUMMA

CAPITUM OMNIUM

APPENDICIS MONUMENTORUM

Proxime subsequentis.

CAPUT I.

DE nonnullis a D. PETRO Roma gestis in genere. pag. 308.

CAPUT II.

De Altare Confessionis in Basilica Vaticana, 310.

CAPUT III.

De Cathedra lignea S. PETRI, 312.

CAPUT IV.

De Capitibus SS. Apostolorum PETRI & PAULI in Basilica Lateranensi servatis, 324.

CAPUT V.

De Ecclesia S. Prisca in Monte Aventino, 333.

CAPUT VI.

De Ecclesia S. Pudencianae, 334.

CAPUT

AERAE
Vulgaris
Anno 65.

scribens ad Constantinam Augustam *lib. iv. epist. 30.* Asiaticos quosdam haud multo post Apostolorum martyrium pietate erga suos adductos, ac tanto Italiae bono tantaeque felicitati invidentes, sacratissima eorum corpora furtivissime, detectosque concurrentibus ad arina indigenis, percussos, in puteum quandam ad Catacumbas (duobus circiter passuum millibus extra triumphalem portam locus hic est) deiecit. Quare in primitivis sepulcris statim a Romanis reposita, deindeque a S. Callisto Papa anno aerae vulgaris cccx. vii. Kal. Martii iterum ad Catacumbas Heliogabalo imperante translata (quandoquidem impius Caesar, & Vaticana monumenta ad Elephantorum quadrigas agitandas solo aequare, & omnium Religionum ac praesertim Christianae Venerabilia, in profanam sui Idoli aedem inferre decreverat) quum per annos xxx. menses quatuor, totidemque dies ibidem lautissent; Beatus demum Cornelius Pontifex Maximus anno Christi ccl. die vi. vel iii. Kal. Julii, in locis recondidit, eorum adhuc praesentia celeberrimis (a), quemadmodum multorum veterum Scriptorum testimoniis ostendere conati sumus in ea quae proxime sequitur *Monumentorum Appendice*, capite xiii. Utriusque autem Apostoli Capita, ex nobili ac celebri loco, in Basilica S. Laurentii ad Sancta Sanctorum recondita, ab Urbani V. temporibus, Laterano in Templo summo cultu ac religione servantur (b).

liquis vero Ecclesiis aliqua Apostolorum memoria aut prerogativa insignitis, in quibus per totam Octavam singulis diebus, voluit Benedictus Pontifex Missarum solemniam persolvere, concinente ac psallente schola Cantorum, aliisque Pontificiae Capellae Ministris inservientibus, egimus singillatim in ea quae proxime sequitur *Monumentorum Appendice*, capitibus 4. 6. 7. 8. 9. & 10.

(a) Tradit Pearsonius in *Annalibus Cypriaticis ad ann. 258. §. 2. ex Indiculo de positionis Mar-*

tyrum, S. Sixtum PP. II. PETRI & PAULI Apostolorum corpora ad Catacumbas translatisse, magis in dies saviente persecutionis ardore, ut ibi stationes tutius haberi possent. Longe tamen hac in re doctissimum Anglum a vero aberrare, demonstravimus satis, ut opinor, diligenter, in ejusdem *Appendicis capite xiii.*

(b) Vide eandem *Appendicem Monumentorum*, cap. iv. pag. 324. & seqq.

ELEN-

ELENCHUS

SIVE SUMMA

CAPITUM OMNIUM

APPENDICIS MONUMENTORUM

Proxime subsequentis.

CAPUT I.

DE nonnullis a D. PETRO Roma gestis in genere. pag. 308.

CAPUT II.

De Altare Confessionis in Basilica Vaticana, 310.

CAPUT III.

De Cathedra lignea S. PETRI, 312.

CAPUT IV.

De Capitibus SS. Apostolorum PETRI & PAULI in Basilica Lateranensi servatis, 324.

CAPUT V.

De Ecclesia S. Priscæ in Monte Aventino, 333.

CAPUT VI.

De Ecclesia S. Pudencianæ, 334.

CAPUT

CAPUT VII.

De Ecclesia S. Mariæ in Via lata. 339.

CAPUT VIII.

De Ecclesia S. PETRI ad Vincula. 340.

CAPUT IX.

De Ecclesia S. PETRI in Carcere. 340.

CAPUT X.

De Ecclesia S. PETRI in Monte aureo. 344.

CAPUT XI.

De Ecclesia S. Mariæ nova, seu S. Franciscæ Romanæ in Campo Boario. 348.

CAPUT XII.

De Sacello Domine quo vadis? sive S. Mariæ de Plantis. 353.

CAPUT XIII.

De Cæmeteriis aliqua Sanctorum Apostolorum memoria insignitis, deque translatione Corporum BB. PETRI & PAULI ad Catacumbas. 359.

CAPUT XIV.

De antiquissimis quibusdam SS. PETRI & PAULI imaginibus. 383.

APPEN-

APPENDIX MONUMENTORUM
DE GESTIS CULTUQUE
B. PETRI IN URBE.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.



NON dubito fore plerosque, qui meum in colligendis hisce monumentis laborem & studium, tamquam leve atque inane nostra præfertim ætate, irridebunt; Sanctissimorumque Apostolorum personis indignum judicabunt; quum permulta de SS. PETRO & PAULO in hanc Appendicem retulisse nos legent, quæ peculiaribus quibusdam traditionibus tantum innixa, nullo certæ indubitataque fidei testimonio possunt comprobari. Sed hi erunt fortasse, qui Ecclesiasticæ historiæ, Theologicarumque disciplinarum expertes, antiquiores & communi sapientum piorumque virorum suffragio receptas opiniones contemnere, carpere, suspectas reddere, honori sibi præcipue ducunt, ac de omnibus se dubitare simulantes, in Sanctorum Patrum doctrinam & eruditionem censoriam virgam pro libidine exercent, & sanctiores communioreque traditiones tamquam aniles fabulas rident, eosque interim, qui ex adverso stant, veluti criticæ artis ignaros, & non acris iudicii homines haud minus temere, quam superbe despiciunt. Neque is ego sum, qui omnes hujus Appendicis partes, tamquam e purissimis fontibus desumptas, pro exploratarum verissimarumque rerum collectione, obtrudere Lectoribus velim. Quin immo multa ex illis esse non diffiteor, a minus probatæ fidei authoribus profecta, de quibus an vera sint, suspicari magnopere liceat. Sed hæc leviter potius attingere malui, ac prout ab aliis accepimus referre, quam ullum de eorum veritate falsitateve proferre iudicium. Quis enim ignorat, fabulas quas decimo circiter Ecclesiæ

V
secu-

seculo superstitione indoctorum hominum pietas divulgavit, non solum quæ verosimilia videntur, sed nonnulla etiam, quæ verissima fuerint, adeo suspecta reddidisse, ut audeat nequeant propugnari? Quapropter Romana Apostolorum Principis *traphœa*, doctissimi amicissimique Præfulis Thomæ Augustini Ricchini Sacri Palatii Apostolici Magistri hortatu, ex Italico Francisci Mariæ Turrigii opusculo (a), excerpte coactus; quæ antiquioribus testimoniis inniti videbantur monumenta selegi, eaque in decem & quatuor sequentia capita divisi, multa consulto præmittens; quum tot ad Principis Apostolorum res gestas cultumque pertinentes, tum Romæ, tum etiam in variis Italiæ urbibus, circumferantur traditiones, ut si quis omnes colligere vellet, vix ingenti *in folio*, ut ajunt, volumine contineri possent.

Longam tenuit Metaphrastes seriem urbium & provinciarum, quas Petrum Episcopis suis donasse, quum Romam versus iret, & hinc reverteretur Jerosolymas, audacter comminiscitur. Uno verbo, si Græco homini fides habenda foret, omnes Syriæ & Asiæ minoris provincias PETRUS edocuisse, nec non Macedoniam, & Græciam, & Hispaniam, & Africam, & Ægyptum, & ipsos denique toto divisos orbe Britannos. Verum hæc meliore Scriptore indigent ac Metaphrastes, ut sapiens credat. Quod pro certo esse habendum videtur, illud est, non solum Palæstinam, Antiochiam, Romam, non solum Asiæ, Bithyniam, Pontum, Galatiam, & Cappadociam, sed alias quoque multas urbes atque provincias a PETRO divinam legem edoctas fuisse: & quidem id honoris contigisse Corinthiis, auctor est Dionysius in epist. ad Romanos apud Eusebium *lib. 2. hist. Eccl. cap. 25.* Agapitus varios Episcopos in Oriente a PETRO institutos commemorat *tom. v. Concilior. Labbei*; Innocentius I. Ecclesias in omni Italia, Gallia, Hispania, Africa, atque insulis interjacentibus positas, PETRI aut successorum ejus cura exortas fuisse scribit *in epist. 1. ad Decentium*; & forte de Carthaginensi Ecclesia ita sentit acerrimus unitatis vindex Cyprianus, *epist. 45. ad Cornelium*, quum Ecclesiam Romanam, quam Catholicam appellat, illius *radicem & matricem*

(a) I sacri Trofei Romani del trionfante Principe degli Apostoli San Pietro Gloriosissimo, di Francesco Maria Torrigio Romano. In Roma per Francesco Moneta 1644. in 12.

tricem vocat; & de Ecclesiis Numidiæ testari videtur S. Gregorius M. ubi earum Episcopis scribit *lib. 1. ep. 75.* „ Petriis etenim per Hilarium Chartularium nostrum a beatæ memoriæ prædecessore nostro, ut omnes vobis retro temporum consuetudines servarentur, quas a Beati PETRI Apostolorum ordinationum initiis hætenus vetustas longa servavit „.

Multæ præterea etiam sunt urbes, quæ aut ipsum D. PETRUM olim excepisse, aut a PETRI discipulis, quum Romæ esset, ad se missis, Christianam fidem edoctas fuisse, populari quadam traditione sibi suadent: & patrum nostrorum memoria Franciscus Frosinus Pisanus Archiepiscopus, & Franciscus Orlandus, qui posthumam Frosini Dissertationem edidit *lib. 3. par. 2. vol. 2. operis*, cui titulus *Orbis sacer & profanus*, mordicus defendere non dubitant, non solum S. PETRUM Neapoli solventem, ad Pisanum littus ventorum vi delatum fuisse, sed etiam Pisanos adhuc servare lapidem, ubi ille rem divinam fecit, & duas rubri coloris maculas, quæ in eo lapide conspiciuntur, guttas esse sanguinis e naribus S. Clementis in eum delapsas. Sed hæc & alia hujuscemodi tacere malui, quam longas instituere disputationes, & repere in tenebris remotissimæ antiquitatis, ubi certam lucem incassum plerumque quæras.

Quod vero ad Ecclesias a sanctissimis viris Petri discipulis fundatas pertinet, etli non diffiteor magnopere venerandas esse veteres cujuscumque Ecclesiæ traditiones, neque dubitandum esse D. Petrum discipulos suos misisse nunc huc nunc illuc, ut late Christi elucesceret fides; tot tamen atque adeo frequentes in Italia præsertim sunt urbes, quæ a S. PETRI discipulis Christianam Religionem didicisse gloriantur, ut suspicari summopere liceat, non defuisse, qui vanitate quadam urbes suas a S. PETRO donatas Episcopo voluerint.

Ravennates Apollinarem ad se Roma missum a PETRO jactant, S. Barnabam Mediolanenses, S. Marcum Aquilejenses, S. Prodocimum Patavini, S. Euprepium Veronenses, & Papa Gregorius VII. a Petro & Paulo Romæ ultimum vitæ annum degentibus, Hispaniam septem donatam fuisse Episcopis docet; Torquato scilicet, Ctesiphonte, Secundo, Indale-

dalezio, Cæcilio, Hefichio, & Eufragio, quorum primus Ufuardo teste *in martyrologio Id. Maii*, multis exantlatis laboribus mortem oppetiit Acci, alter Vergi, tertius Abulæ, quartus Urci, quintus Eliberri, Sextus Carthesæ, ultimus Eliturgi. Lemovicenses etiam Martialem suum a PETRO accepisse volunt, Frontonem Petragoricenses, Pancratium & Peregrinum Siculi, Romanum Nepesini, Syrum Papienses, Patram Pennenses, S. Herculanium Perusini, Britium Spole-tani, Epaphroditum Tarracinenfes, Aspergum Neapolitani, Patrobam Puteolani, Priscum Capuani, Marcum Galilæum Atinenses, Cletum Rubenses, Justinum Sipontini, Photinum Beneventani, Sabinum Abellinenses, Amasianum Tarentini, Perinum Pisani, Paulinum Lucenses, Romulum Fesulani, Volaterrani, Pistorienses, Brixienfes, & Bergomenfes: ad summum vix ulla est antiqua præsertim Italia civitas, quæ non aliquem S. Petri discipulum veluti primum suæ Ecclesiæ Episcopum colat ac veneretur. Verum & hæc quoque aliis discutienda libentissime relinquimus, & quod ad finitimam Romæ Tusciam spectat, de *primis Florentinorum Apostolis* Romulo, Paulino, & Frontino, accurate copioseque disputavit, vir apprime doctus Petrus Franciscus Fogginius *in exercitatione* xiv. egregii sui operis *de Romano Divi Petri itinere & Episcopatu* anno 1741. in lucem editi.

CAPUT I.

De nonnullis a D. Petro Romæ gestis in genere.

ANtequam de monumentis ad gesta cultumque Principis Apostolorum in Urbe pertinentibus, singillatim sermonem instituam, non inopportunum esse cenleo, & alia quædam *in genere*, leviterque perstringere, quæ ab eodem D. Petro gesta esse Romæ, non levis est fama. Et primo, quod S. Apostolus uxorem duxerit, dubitandi locum non relinquunt Evangelistæ, qui Petri socrus meminerunt, Lucas *cap. iv. vers. 38.* Matthæus *cap. viii. vers. 14.* &c. Ex veteri autem traditione addit Clemens Alexandrinus apud Eusebium *hist lib. 4. cap. 24.* Martyrii gloriam adeptam eam esse, sanctissimumque conjugem suum ad pugnam habuisse exhortato-

rem;

rem: quod quidem Romæ contigisse, etsi traditio diserte non docet, probabile tamen imprimis est, quum eo loci potissimum sævierit Neronis immanitas, & diutius degerit vir Sanctissimus, quem ut sororem eam circumducere consuevisse, haud foret ineptum suspicari. Utrum vero filios ex ea susceperit, uti quorundam scriptorum sententia est, nullo probari nequit certo monumento; etsi probabile id quoque fieri potest ejusdem Clementis Alexandrini testimonio, qui veluti rem aliquam satis notam narraret, ait: Πέτρος μὲν γὰρ καὶ Φίλιππος ἐπαυδοῦσάντο: *Petrus enim & Philippus filios procrearunt.* Martyrologia Kal. Jun. Petronillam quandam commemorant, quam & martyrem & PETRI filiam dicunt: sed saniores critici, non natura, Apostoli filiam fuisse volunt, sed spirituali adoptione, ut etiam Marcum PETRUS *filium suum* vocat epistola 1. Sanctæ Petronillæ historiam Acta SS. Nerei & Achillei pluribus prosequuntur, & a PETRO paralytis morbo liberatam volunt: sed narrationi haud facile, ut puto assentietur qui noverit, paralyticam filiam a PETRO valerudini restitutam fuisse, in apocryphis scriptis a Manichæis receptis invenisse scriptum, sanctum Augustinum.

Restat ut de PETRI colloquio Romæ cum Philone habito, aliquid subjungamus. Non desunt profecto, qui fictitium judicent: verumtamen quum ex eo solum id probent, quod sub Claudio PETRUM Romam non fuisse crediderint, nihili eorum facimus auctoritatem. Eusebius *hist. Eccles. libro 2. cap. 15.* Hieronymus *in Catal. cap. xi.* aliique ut certum illud tradunt, nec viri doctissimi, mendacii temere insimulandi. Illud affirmare non ausim, quod addit Photius *in Biblioth. codice 105.* Philonem scilicet Christianis etiam sacris initiatum fuisse, & ab his dolore quodam & iracundia tandem descivisse. Antiquorum silentium, Photii mala fides nemini ignota deterrent. Sanctus Hieronymus luculenter asserit, se inter Ecclesiasticos scriptores Philonem recensuisse hac una de causa, quod in nostrorum laude versatus sit, Hæc olim satis communis persuasio, & constans insuper fama, quod non solum cum PETRO Romæ collocutus fuerit, sed etiam quod PETRI amicitiam coluerit, Photianæ narrationi ansam præbuisse videtur.

Sed jam ad ipsa SS. Apostolorum Romana monumenta singillatim enumeranda accedamus, sive potius (ut Caii

dalezio, Cæcilio, Hefichio, & Eufragio, quorum primus Ufuardo teste *in martyrologio Id. Maii*, multis exantlatis laboribus mortem oppetiit Acci, alter Vergi, tertius Abulæ, quartus Urci, quintus Eliberri, Sextus Carthesæ, ultimus Eliturgi. Lemovicenses etiam Martialem suum a PETRO accepisse volunt, Frontonem Petragoricenses, Pancratium & Peregrinum Siculi, Romanum Nepesini, Syrum Papienses, Patram Pennenses, S. Herculanium Perusini, Britium Spoletani, Epaphroditum Tarracinenfes, Aspergum Neapolitani, Patrobam Puteolani, Priscum Capuani, Marcum Galilæum Atinenses, Cletum Rubenses, Iustinum Sipontini, Photinum Beneventani, Sabinum Abellinenses, Amasianum Tarentini, Perinum Pisani, Paulinum Lucenses, Romulum Fesulani, Volaterrani, Pistorienses, Brixienfes, & Bergomenfes: ad summum vix ulla est antiqua præsertim Italia civitas, quæ non aliquem S. Petri discipulum veluti primum suæ Ecclesiæ Episcopum colat ac veneretur. Verum & hæc quoque aliis discutienda libentissime relinquimus, & quod ad finitimam Romæ Tusciam spectat, de *primis Florentinorum Apostolis* Romulo, Paulino, & Frontino, accurate copioseque disputavit, vir apprime doctus Petrus Franciscus Fogginius *in exercitatione* xiv. egregii sui operis *de Romano Divi Petri itinere & Episcopatu* anno 1741. in lucem editi.

CAPUT I.

De nonnullis a D. Petro Romæ gestis in genere.

ANtequam de monumentis ad gesta cultumque Principis Apostolorum in Urbe pertinentibus, singillatim sermonem instituam, non inopportunum esse cenleo, & alia quædam *in genere*, leviterque perstringere, quæ ab eodem D. Petro gesta esse Romæ, non levis est fama. Et primo, quod S. Apostolus uxorem duxerit, dubitandi locum non relinquunt Evangelistæ, qui Petri socrus meminerunt, Lucas *cap. iv. vers. 38.* Matthæus *cap. viii. vers. 14.* &c. Ex veteri autem traditione addit Clemens Alexandrinus apud Eusebium *hist lib. 4. cap. 24.* Martyrii gloriam adeptam eam esse, sanctissimumque conjugem suum ad pugnam habuisse exhortato-

rem;

rem: quod quidem Romæ contigisse, etsi traditio diserte non docet, probabile tamen imprimis est, quum eo loci potissimum sævierit Neronis immanitas, & diutius degerit vir Sanctissimus, quem ut sororem eam circumducere consuevisse, haud foret ineptum suspicari. Utrum vero filios ex ea suscepit, uti quorundam scriptorum sententia est, nullo probari nequit certo monumento; etsi probabile id quoque fieri potest ejusdem Clementis Alexandrini testimonio, qui veluti rem aliquam satis notam narraret, ait: Πέτρος μὲν γὰρ καὶ Φίλιππος ἐπαυδοῦσάντο: *Petrus enim & Philippus filios procrearunt.* Martyrologia Kal. Jun. Petronillam quandam commemorant, quam & martyrem & PETRI filiam dicunt: sed saniores critici, non natura, Apostoli filiam fuisse volunt, sed spirituali adoptione, ut etiam Marcum PETRUS *filium suum* vocat epistola 1. Sanctæ Petronillæ historiam Acta SS. Nerei & Achillei pluribus prosequuntur, & a PETRO paralytis morbo liberatam volunt: sed narrationi haud facile, ut puto assentietur qui noverit, paralyticam filiam a PETRO valerudini restitutam fuisse, in apocryphis scriptis a Manichæis receptis invenisse scriptum, sanctum Augustinum.

Restat ut de PETRI colloquio Romæ cum Philone habito, aliquid subjungamus. Non desunt profecto, qui fictitium judicent: verumtamen quum ex eo solum id probent, quod sub Claudio PETRUM Romam non fuisse crediderint, nihili eorum facimus auctoritatem. Eusebius *hist. Eccles. libro 2. cap. 15.* Hieronymus *in Catal. cap. xi.* aliique ut certum illud tradunt, nec viri doctissimi, mendacii temere insimulandi. Illud affirmare non ausim, quod addit Photius *in Biblioth. codice 105.* Philonem scilicet Christianis etiam sacris initiatum fuisse, & ab his dolore quodam & iracundia tandem descivisse. Antiquorum silentium, Photii mala fides nemini ignota deterrent. Sanctus Hieronymus luculenter asserit, se inter Ecclesiasticos scriptores Philonem recensuisse hac una de causa, quod in nostrorum laude versatus sit, Hæc olim satis communis persuasio, & constans insuper fama, quod non solum cum PETRO Romæ collocutus fuerit, sed etiam quod PETRI amicitiam coluerit, Photianæ narrationi ansam præbuisse videtur.

Sed jam ad ipsa SS. Apostolorum Romana monumenta singillatim enumeranda accedamus, sive potius (ut Caii

secundi Ecclesie seculi scriptoris utar verbis) eorum , qui istam Ecclesiam suo sermone & virtute stabiliverunt , trophaea perspicue ostendamus , atque explicemus .

CAPUT II.

De Altare Confessionis in Basilica Vaticana .

Confessionis S. Petri nomine vocatur locus ille sub Altare majore Basilicae Vaticanae , in quo venerandum Principis Apostolorum Corpus conditum est . De hac Confessione , etiam multa accurate collegerit Conradus Janningus Jesuita in Commentario , quem de eadem Basilica singulisque ejus partibus conscripsit ediditque in *Actis Sanctorum mensis Junii tom. 7. (a)* , nonnulla tamen veterum Scriptorum testimonia ad eandem Confessionem pertinentia haec ex Turrigio referre , non inopportunitate existimavi .

Acta quae sub Lini Papae nomine circumferuntur , haec habent „ Cum in Cruce sic affixus (Petrus) martyrium consummasset , a Marcello Presbytero ejus corpus curatum aromatibusque conditum magnificentissime more regio , ne dum Judaeo , traditur sepultura „ . Liber autem Pontificalis : „ Sepultus est Petrus in via Aurelia in templo Apollinis (juxta locum ubi crucifixus est) juxta Palatium Neronianum in Vaticano , juxta territorium triumphale „ . Quare in lectionario vetustissimo Bibliothecae Vaticanae ante annos fere mille exarato legitur : „ PETRUS reddidit spiritum &c. Marcellus non expectata alicujus sententia propriis manibus deposuit corpus ejus & lavit de vino optimo , de myrrha etiam & mastica & aloe , & stacte & folio cum aromatibus eum ex omni parte „ lini-

(a) Notandum, eundem Janningum loc. cit. duo MSS. opuscula edidisse, ex quibus plura decerpit Franciscus Maria Turrigius in laudato opere de *Sacris trophaeis Romanis*, quo nos praecipue utimur in hac monumentorum Appendice contexenda. Exhibet autem primum opusculum *Petri Manlii* seu

Manlii historiam sacram, videlicet antiquae Basilicae Vaticanae cum praefatione ad Alexandrum III. Pont. Max. collectam ex antiquis monumentis sub medio saeculi XII. In altero opusculo continentur *Mapheus Vegii* Laudensis libri quatuor de rebus antiquis memorabilibus S. Petri, Romae compositi anno 1457.

„ linivit , melle quoque optimo replevit sarcophagum , atque in corpus ejus sarcophago conditum collocavit „ . Et in Breviario Romano sub die XVIII Novembris habetur , quod „ inprimis semper fuit insignis ea Vaticani pars , quam S. Petri Confessionem appellant , &c. Locum Principis Apostolorum sepulchro consecratum , summa religione ac pietate venerabantur „ . De hac Vaticani parte cecinit Prudentius , dum ait .

„ Dividit ossa duum Tiberis sacer ex utraque ripa
„ Inter sacrata dum fluit sepulchra .
„ Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptum
„ Canens oliva & murmurans fluente .

Profecto S. Maximus Episcopus , in serm. primo de D. PETRO , rationem reddens quare Christus Dominus voluerit corpora SS. Apostolorum Romae requiescere , subdit . „ Hi vero Beatissimi PETRUS & PAULUS , qui Sacramentum caelestis Regni uno spiritu praedicantes , sub unius passione diei doctrinam suam pio sanguine & morte fortissima consecrarunt , qui etiam tamquam Ecclesiarum omnium Principes facti , dispensatione caelesti Romam petentes sacratissima sua corpora in illius urbis arce conderent , quae totius orbis obtinuerat principatum , quantum potentiam virtutis suae Christus ostendens , ubi mundus caput habebat Imperii , ibi regni sui Principes collocaret „ . Demum de Altare Confessionis S. Petri haec habet Tiberius Alpharanus Vaticanae Basilicae clericus Beneficiatus in suo libro MS. de eadem Basilica . „ Quod quidem Altare nullus unquam summorum Pontificum ausus est aperire , vel proprio loco remove , scientes antiquissimam venerandamque PETRI Sedem insimul & sepulchrum extitisse , &c. „ Et paulo infra : „ In hoc loco ante Constantinum B. PETRI confessio , Ecclesia sive Oratorium , PETRIQ. prima in Urbe Sedes , & successorum ejus erat , in quam Christiani omnes ad divina audienda , & sacrosancta percipienda conveniebant „ . Sed de PETRI veneranda Confessione jam satis . Qui enim plura de ea scire desiderat , praeter laudatum Janningii Commentarium de Basilica S. PETRI tom. VII. *Actor. mensis Junii* , adeat Onuphrii Panvini , Marci Attilii Serrani , & Joannis Severani libros de *septem Urbis Ecclesiis* , Pompejum item Ugonium de *stationi-*

vionibus Romanis, nec non Philippum Bonannium in *hist. templi Vaticani* Romæ edita an. 1696. & 1700.

CAPUT III.

De Cathedra lignea S. PETRI.

Cathedram ligneam, quæ in Basilica Vaticana servatur & colitur, eam ipsam esse, in qua Princeps Apostolorum PETRUS sedit, quum primum Romæ gentibus Evangelium prædicaret, & summi Pontificis munia obiret, Franciscus Maria Phoebeus elapso seculo ostendere conatus est, peculiari dissertatione de *eiusdem Cathedrae identitate, deque antiquitate & præstantia solemnitate Cathedrae Romanæ* in lucem edita anno 1666. & Alexandri VII. Pontificis Maximi, qui nuper eandem S. PETRI Cathedram magnificentissimo ac plane admirabili æneo opere decorandam exornandamque curaverat, nomini merito inscripta. Porro de eadem Cathedra ante Phœbeum egerat Franciscus Maria Turrigius in vernaculo opere de *Sacris trophæis* cap. XXI. pag. 117. in quo ejusdem lignæ Cathedrae formam ære incisam expressit, quemadmodum postea tum a laudato Phœbeo, tum etiam a Bollandi sociis tom. V. Sanctorum mensis Junii de eadem Cathedra differentibus in *Analectis de SS. Petro & Paulo*, factum est.

Refert hæc Cathedra juxta Phœbeum l.c. illius generis sellam, quæ apud Romanos *Curulis* dicebatur (a), eamque varia

(a) A curru, inquit Ildorus lib. 20. cap. 31., *curules* nominata, in quibus magistratus majores (hoc est Ediles, Prætores, & Consules) jura reddebant, & C. Bassius apud Aul. Gellium lib. 3. cap. 18. *Senatores*, dicit, in veterum ætate, qui curulem Magistratum gessissent, curru solitos, in *Cuviam* vobi honoris gratia, in qua sella esset, supra quam considerent, qua ob eam causam curulis appellaretur. Hæc vero obiter notan-

dum, apud Romanos, teste Plutarcho in Marii vita, duos Edilium ordines fuisse, quorum alter sella, quæ curvos haberet pedes, utebatur, in qua sedens jus dicebat, huicque Magistratus nomen & dignitas competebat; inferiorem alterum, quem popularem, ut Rosinus asserit *Antiquitatum Romanarum* lib. 7. cap. 24. vocare consueverant. Olim autem magno in honore hujusmodi sellas fuisse, nemo est adeo antiquarum rerum hospes ac pe-

varia eburnea signa adornant, & icunculæ antiqui operis; & licet hujus formæ Sellas curribus imponi mos esset, interdum tamen a sellariis, idest sellarum bajulis, humeris sublimes portabantur, ut scribit Procopius de bello Wandalico lib. 2. ubi loquens de Belisario triumphum agente: *Belisarius, inquit, Curuli sella humeris captivorum invehctus est.* Porro hujusmodi curulibus sellis gestatoriis, non solum ethnici Pontifices Maximi apud veteres Romanos utebantur, sed etiam antiquiores religionis Christianæ Pontifices, ut bene colligitur tum ex compluribus locis ordinis Romani, tum etiam ex Joanne Stephano *de levat. seu portat. Summi Pontificis*, qui eas vocat *sellas curules Pontificias*, atque ab antiquioribus acceptas esse significat, & in Ecclesiam Romanam olim invehctas: unde Lipponus in vita S. Bernardi lib. 2. cap. 1. „ Qui in parte Catholica erant, inquit, electum „ suum (Innocentium III.) solemniter ordinatum collocarunt „ in Cathedra, & per loca illa, in quibus stationes habent „ ex antiqua consuetudine Romani Pontifices, circumduxere „ Conveniebat proinde PETRO supremo Christianæ Religionis Antistiti illam adhibere a Fidelibus sibi (ut par est credere) Religionis causa delatam.

Et sane, nemo ignorat, vel a primis Ecclesiæ temporibus in more positum fuisse apud Christianos, ut Episcopos, quum e vivis excederent una cum suis Cathedris sepelirent, quas Cathedras, paullo post (Apostolorum Christi præsertim) e tenebris in lucem erutas, ita colerent, ut successores Episcopi quum primum ad illas assumerentur in eis sedere consueverint (a), „ Sane & Jacobi illius Cathedris imposita, ad sepulturam

ac peregrinus, qui ignoret. Quod Ovidio, qui lib. 4. de *Ponto Elegia* 9. cecinit. etiam signis celarentur, patet ex

Signa quoque in sella nossem formata curuli

Et totum Numida sculptile dentis opus. Et iterum.

Conspicuum signis cum premet altus ebur.

Quæ tamen optime convenire thedris imposita, ad sepulturam variis ex ebone signis & icunculis offerri consuevisse, refert Phœbeus pag. v. laudata dissertationis ex quodam Michaelis Leonici sacrarum Cæremoniarum magistri MS. opere servato in Biblioth. Barbe-

(a) Quin immo eorundem Episcoporum cadavera iisdem Ca-

MS. opere servato in Biblioth. Barbe-

vionibus Romanis, nec non Philippum Bonannium in *hist. templi Vaticani* Romæ edita an. 1696. & 1700.

CAPUT III.

De Cathedra lignea S. PETRI.

Cathedram ligneam, quæ in Basilica Vaticana servatur & colitur, eam ipsam esse, in qua Princeps Apostolorum PETRUS sedit, quum primum Romæ gentibus Evangelium prædicaret, & summi Pontificis munia obiret, Franciscus Maria Phoebeus elapso seculo ostendere conatus est, peculiari dissertatione de *eiusdem Cathedrae identitate, deque antiquitate & præstantia solemnitate Cathedrae Romanæ* in lucem edita anno 1666. & Alexandri VII. Pontificis Maximi, qui nuper eandem S. PETRI Cathedram magnificentissimo ac plane admirabili æneo opere decorandam exornandamque curaverat, nomini merito inscripta. Porro de eadem Cathedra ante Phœbeum egerat Franciscus Maria Turrigius in vernaculo opere de *Sacris trophæis* cap. XXI. pag. 117. in quo ejusdem lignæ Cathedrae formam ære incisam expressit, quemadmodum postea tum a laudato Phœbeo, tum etiam a Bollandi sociis tom. V. Sanctorum mensis Junii de eadem Cathedra differentibus in *Analectis de SS. Petro & Paulo*, factum est.

Refert hæc Cathedra juxta Phœbeum l.c. illius generis sellam, quæ apud Romanos *Curulis* dicebatur (a), eamque varia

(a) A curru, inquit Ildorus lib. 20. cap. 31., *curules* nominata, in quibus magistratus majores (hoc est Ediles, Prætores, & Consules) jura reddebant, & C. Bassius apud Aul. Gellium lib. 3. cap. 18. *Senatores*, dicit, in veterum ætate, qui curulem Magistratum gessissent, curru solitos, in *Cuviam* vobi honoris gratia, in qua sella esset, supra quam considerent, qua ob eam causam curulis appellaretur. Hæc vero obiter notan-

dum, apud Romanos, teste Plutarcho in Marii vita, duos Edilium ordines fuisse, quorum alter sella, quæ curvos haberet pedes, utebatur, in qua sedens jus dicebat, huicque Magistratus nomen & dignitas competebat; inferiorem alterum, quem popularem, ut Rosinus asserit *Antiquitatum Romanarum* lib. 7. cap. 24. vocare consueverant. Olim autem magno in honore hujusmodi sellas fuisse, nemo est adeo antiquarum rerum hospes ac pe-

varia eburnea signa adornant, & icunculæ antiqui operis; & licet hujus formæ Sellas curribus imponi mos esset, interdum tamen a sellariis, idest sellarum bajulis, humeris sublimes portabantur, ut scribit Procopius de bello Wandalico lib. 2. ubi loquens de Belisario triumphum agente: *Belisarius, inquit, Curuli sella humeris captivorum invehctus est.* Porro hujusmodi curulibus sellis gestatoriis, non solum ethnici Pontifices Maximi apud veteres Romanos utebantur, sed etiam antiquiores religionis Christianæ Pontifices, ut bene colligitur tum ex compluribus locis ordinis Romani, tum etiam ex Joanne Stephano de *levat. seu portat. Summi Pontificis*, qui eas vocat *sellas curules Pontificias*, atque ab antiquioribus acceptas esse significat, & in Ecclesiam Romanam olim invehctas: unde Lipponus in vita S. Bernardi lib. 2. cap. 1. „ Qui in parte Catholica erant, inquit, electum „ suum (Innocentium III.) solemniter ordinatum collocarunt „ in Cathedra, & per loca illa, in quibus stationes habent „ ex antiqua consuetudine Romani Pontifices, circumduxere „ Conveniebat proinde PETRO supremo Christianæ Religionis Antistiti illam adhibere a Fidelibus sibi (ut par est credere) Religionis causa delatam.

Et sane, nemo ignorat, vel a primis Ecclesiæ temporibus in more positum fuisse apud Christianos, ut Episcopos, quum e vivis excederent una cum suis Cathedris sepelirent, quas Cathedras, paullo post (Apostolorum Christi præsertim) e tenebris in lucem erutas, ita colerent, ut successores Episcopi quum primum ad illas assumerentur in eis sedere consueverint (a), „ Sane & Jacobi illius Cathedris imposita, ad sepulturam

ac peregrinus, qui ignoret. Quod Ovidio, qui lib. 4. de *Ponto Elegia* 9. cecinit. etiam signis celarentur, patet ex

Signa quoque in sella nossem formata curuli

Et totum Numida sculptile dentis opus. Et iterum.

Conspicuum signis cum premet altus ebur.

Quæ tamen optime convenire thedris imposita, ad sepulturam variis ex ebone signis & icunculis offerri consuevisse, refert Phœbeus pag. v. laudata dissertationis ex quodam Michaelis Leonici sacrarum Cæremoniarum magistri MS. opere servato in Biblioth. Barbe-

(a) Quin immo eorundem Episcoporum cadavera iisdem Ca-

MS. opere servato in Biblioth. Barbe-

„ thedram (inquit Eusebius lib.7. *Eccl. hist. cap.19.* juxta-
 „ editionem Valesii) qui primus Hierosolymorum Episco-
 „ pus ab ipso Servatore & ab Apostolis est constitutus, &
 „ quem fratrem Domini cognominatum fuisse, divina te-
 „ stantur volumina, ad nostra usque tempora conservatam,
 „ fratres illius Ecclesie jam inde a majoribus magna pro-
 „ sequuntur reverentia. Porro idem Eusebius *lib.7. cap.32.*
 „ viros recensens, qui sua ætate floruerunt, refert Hermo-
 „ nem post Zabidam Apostolicam Cathedram Hierosolymis
 „ obtinuisse, *quæ, inquit, illic etiam num servatur.* In quem
 „ locum doctissimus Valesius notat, ex Actis Passionis S. Mar-
 „ ci, etiam Alexandria ejusdem Marci Cathedram diutissime
 „ fuisse servatam.

Neque solum Jacobi & Marci, ut in suis ad citatum Eu-
 „ sepii locum adnotationibus idem Valesius observat *pag.319.*
 „ sed & omnium fere Apostolorum Cathedras in iis quas fun-
 „ daverunt Ecclesiis, religiosissime servatas fuisse, arguit ex
 „ hisce

Barberina, in quo testatur Roma-
 „ nam Petri cathedram præ ceteris
 „ venerandam prope ejus corpus olim
 „ conditam, indeque erutam fuisse.
 „ Hinc Paulus Arringhius *Romæ sub-
 „ terraneæ lib.1. c.25. n.6.* observat:
 „ quod „ sacerdotalium vestium sive
 „ Pontificalium appellatione, non
 „ ipsa tantum importari videntur,
 „ sed cetera quoque orna-
 „ mentorum genera, quæ ordini-
 „ bus congruunt, ut Calix, Crux,
 „ Annulus, Baculus pastoralis,
 „ cum quibus singulis Pontificie,
 „ Cathedre vel tituli insigniis,
 „ Episcopus complures tumulo il-
 „ latis fuisse legimus „. Et sane
 „ de Cathedra ipsa lignea, hujusmodi
 „ sepeliendi usum accipiendum esse,
 „ comprobari videtur posse factis Ste-
 „ phani Papæ, quod ex Actis mar-
 „ tyrum acceptum, Baronius his
 „ verbis enarrat ad an.260. n.4. *Se-
 „ pelierunt corpus ejus cum ipsa sede
 „ sanguine aspersa in eadem crypta,*

*in loco, ubi dicitur Cæmeterium Ca-
 „ lixti.* Idemque Card. Baronius eum-
 „ dem sepeliendi Cathedras cum ca-
 „ daveribus Episcoporum morem,
 „ comprobat exemplo Petri Episcopi
 „ Alexandrini, quod ex actis mar-
 „ tyrii ejusdem Sancti ab Anastasio
 „ Bibliothecario e Græco in latinum
 „ conversis desumptum, sequentibus
 „ plane verbis refert ad annum 310.
 „ *Eumdem sic indutum (Petrum Ale-
 „ xandrinum) Sacerdotalibus vestibus
 „ perinde ac viventem in Sede San-
 „ cti Marci collocant, indeque sub-
 „ latum, humeris venerandum cor-
 „ pus gestantes, triumphali pompa pro-
 „ cedunt, habentes in manibus vi-
 „ ctrices palmas, ardentesque ceyros,
 „ thuribulaque odoribus incensis fu-
 „ mantia, sacrosque victorie hymnos
 „ concinentes ad locum perveniunt,
 „ ubi Cæmeterium a se constructum
 „ erat, ibique eum honorificentissi-
 „ me, ex more delibaturum unguentis,
 „ sepultura mandarunt.*

hisce Tertulliani verbis in libro de *prescript. hæretic. cap.36.*
*Percurre Ecclesias Apostolicas, apud quas IPSE ADHUC CA-
 „ THEDRE APOSTOLORUM suis locis præsent, apud quas ipse
 „ authentica litteræ eorum recitantur (a).* Consueverunt enim
 „ majores tanti memores beneficii, (ut ait Ven. Cardinalis
 „ Baronius ad annum 45.) quod Apostolica prædicatione e
 „ tenebris, quibus erant offusi, ad lucem plane divinam eve-
 „ rti essent; etiam ipsas sedes ligneas, quibus Apostoli inse-
 „ disserunt, summa omnium diligentia custoditas, veneratione
 „ prosequi.

„ Quid igitur mirum (inquit laudatus Baronius in
 „ notis ad Martyrologium Romanum die 15. Januarii) quod
 „ afferretur hætenus in Basilica Vaticana ipsa Cathedra
 „ lignea, in qua olim Romæ Petrus sedisse perhibetur? Si
 „ enim Sedes ipsa lignea, Cathedra Jacobi Apostoli, Hie-
 „ rosolymitani Episcopi, post tot tantaque Judaici populi
 „ naufragia, post illud pavendum Hierosolymorum excidium,
 „ servata nihilominus est integra usque ad tempora Con-
 „ stantini Magni Imperatoris, ut scribit Eusebius *hist. lib.7.
 „ cap.15.* quam & successores Episcopi decenti honore cu-
 „ stoditam sunt venerati, quid tam mirum Apostolorum
 „ verticis Cathedram, pari saltem fuisse diligentia confer-
 „ vatam „? Porro eadem de Romana Principis Apostolorum
 „ Cathedra ante Baronium scripserat doctissimus Augu-
 „ stiniani Ordinis Alumnus Onuphrius Panvinius in opere *MS.
 „ de rebus antiquis, memorabilibus, & præstantibus Basilica
 „ S. Petri,* sequentibus plane verbis. „ Eusebius Cæsariensis
 „ Episcopus antiquissimus historię Ecclesiasticę author,
 „ lib.7. cap.15. author est, S. Jacobi minoris, Apostoli, qui
 „ primus in terris Episcopus ab Apostolis Hierosolymis est
 „ electus, Cathedram Episcopalem usque ad sua tempora
 „ Hierosolymis conservatam fuisse, atque in ea sedisse
 „ omnes

(a) Hinc Phœbeus l. c. Rigal-
 „ tium coarguit, quod laudatus a Ter-
 „ tulliano Cathedras Apostolorum,
 „ pro principalibus Ecclesiis ab Apo-
 „ stolis constitutis, interpretetur;
 „ quasi Tertullianus, tautologiam
 „ commiserit, dicendo: *Percurre Ec-
 „ clesias Apostolicas, apud quas ipse
 „ adhuc Ecclesie Apostolorum suis lo-*

cis præsent. De ipsis ergo *Cathe-
 „ dris materialibus,* (subdit Phœ-
 „ beus) *procul dubio loquitur Ter-
 „ tullianus; unde & illa loca, in
 „ quibus eadem erectæ erant, Deo di-
 „ cata, Cathedralium nomen sortita
 „ sunt, prout reliquæ Ecclesie, qui-
 „ bus Episcopalis Cathedra affixa est,
 „ Cathedrales nuncupantur.*

omnes Episcopos, qui usque ad id temporis Sedis illius Sacerdotium sortiti essent; eamque servatam fuisse scribit cum ingenti studio & magna veneratione velut a majoribus traditam memoriam sanctitatis, obtentu vel vetustatis, vel primæ Sacerdotii sanctificationis. Quod si S. Jacobi Cathedra per quadringentos annos Hierosolymis conservata fuit, quid prohibet, Petri quoque Cathedram vetustissimæ antiquitatis significationem repræsentantem, ad nostra usque tempora perdurasse? Quæ hæctenus in Basilica Vaticana summo studio, ac veneratione colitur & osculatur; servatur vero Cathedra ipsa, in qua primus omnium sedit Episcopus Petrus; deinde qui ei successerunt in ea ipsa, in qua Petri successores permanisse credendum est, cum Cathedra ipsa ibidem perpetuo fuerit.

Quum autem antiqua traditione acceperimus a Pudente Senatore S. PETRUM Romam primo venientem domi in Exquilis exceptum, in qua probabile est, Apostolum sacras habuisse Synaxes, Romanosque fidei mysteriis imbuisse, quemadmodum Antiochiæ in domo Theophili fecisse, gravissimi a Phoebeo laudati pag. xvii. memoriz prodiderunt; hinc nonnulli satis probabili ratione coniiciunt, PETRI Cathedram, quam colimus in Basilica Vaticana, ab eodem Pudente Senatore, PETRO fuisse oblatam, ut in ea sedens Pontificia obiret munia, Romanosque Christi Religionem doceret. Constat enim ex variis Sacrorum Evangeliorum locis, ac nominatim ex Luca capite iv. Joannis viii. Marci xii. Matthæi xxviii. in more positum fuisse apud antiquos, ut fidei magistri sedendo, perdocerent discipulos, quod etiam observavit S. Hieronymus in commentariis, & Hieronymo antiquior Tertullianus cap. 36. de prescript. & Apostoli ubi locus erat commodus, in Cathedris sedentes evangelizare solebant, ut notant Sacra Scripturæ interpretes cum multis in locis, tum præsertim ad illud Matthæi xxiii. Super Catedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei &c. Quapropter rationi & dignitati summi Ecclesiæ Pontificis atque Magistri, quam PETRUS gerebat consentaneum fuisse existimant, ut eo modo, quo prius Antiochiæ Cathedram in domo Theophili dum conventus ageret, Antiochenosque erudiret, adhibuisse fertur, eodem postea Romæ

Romæ Cathedra uteretur in domo Pudentis, quum ibi conciones haberet, & Romanos Christiana imbueret religione.

His præmissis, ad Cathedræ Vaticanæ formam revertamur (a). Diximus superius illiusmodi generis sella n eam referre, quæ curulis a Romanis vocabatur, gestatoriam tamen, (quemadmodum constat ex ferreis manubiis quæ in dextero præsertim Cathedræ latere adhuc apparent) quarum fellarum usum Claudio imperante primum in Urbem vel investum esse vel frequentatum Svetonii, Seneca, Corneli Taciti aliorumque veterum scriptorum testimonio ostendit Justus Lipsius lib. i. elector. cap. 19. Ad hæc eandem cathedram variis signis ex ebore cæclatis exornari observavimus, quorum nonnulla Herculis profani apud antiquos numinis monstrorumque domitoris icunculas a Christianæ religionis ac Petri sanctitate prorsus alienas præferentia, de ipsius Cathedræ identitate dubitandi ansam aliquibus præbuerunt. At ipsamet falsi numinis monstra domantis imagines, sive ab initio ipsi Cathedræ affixas, sive postea ornamenti causa adjectas, antiquitatis indicia esse, recte observat laudatus Phœbeus in citata Dissertatione pag. xxxi. ubi præterea pluribus ostendit, easdem imagines divinam PETRI nobis repræsentare virtutem, qui Herculis instar, falsorum deorum monstra (Roma siquidem, magno Leone teste ferm. i. de SS. Apostolis PETRO & PAULO, sylva erat frementium bestiarum, cum Apostolus ad illam pervenit) miraculis & doctrina ceu ar-

mis

(a) Franciscus Maria Turrigius hoc. cit. ita ejusdem Cathedræ formam magnitudinemque describit. D'avanti è larga palmi quattro, e alta tre e mezzo; dai lati larga poco più di due palmi, e mezzo; di dietro con l'appoggio palmi sei: è fatta a colonne & archetti tutta di legno; dette colonne sono alte un palmo e due oncie, e l'archetti due palmi e mezzo; dinanzi sono novi intagliate dieciodotto historie d'avorio con finissima esquisitezza lavorate con lavorini sottilissimi di ottone; intorno

sono di bassorilievo molte figure rette d'avorio; nell'appoggio è grossa quattro dita; e perchè per l'antichità andava mancando, fu cinta di cingoli di ferro e di alcuni legni. Notandum tamen Turrigium licet accuratissime omnia per se investigaverit atque descriperit, in eo tamen deceptum esse, quod illa ornamenta quæ ex aurichalco constare putavit, ex purissimo auro revera sint; quod Alexandri vii. jussu a viris peritis compertum sua ætate fuisse, testatur Phœbeus pag. lxx. laudata dissertationis.

mis cælestibus usus, felicissime consecit; iisque debellatis victor insidens, de superata gentilitate, & calcata superstitione, media in Urbis luce Christi servatoris trophæa erexit. Idolorum igitur monstra in lignea Petri Cathedra expressa, in eaque vel ornatus gratia superaddita, vel antiquitatis argumento relicta, nullam profecto Christianis hominibus venerationem conciliabant, sed Principis Apostolorum fortitudinem, resque adversus inaniam simulacra deorum eorumque cultores præclare fortiterque gestas, ad vivum spectantium oculis representabant. Extant Romæ innumera ad rem probandam antiquitatis monumenta. Quot enim reperiuntur urnæ Jovis, Apollinis, Veneris aliisque hujus generis calcata imaginibus, quas sacris martyrum cineribus & offibus continendis majorum nostrorum religio consecravit? Quot magnificæ Basilicæ, in quibus adhuc apparent Romanæ superstitionis vestigia (a)? Quid plura? Illam ipsam ex ære statuam antiquissimam S. PETRI, quam cernimus in Basi-

(a) In Ecclesia S. Andreae in Esquilino Catabarbarâ olim dictâ, Simplificium Papam, quum illam Deo dicavit, Dianam ejusque venerationes multo opere in pariete expressas, intactas reliquisse, tradit Anastasius Bibliothecarius in ejusdem S. Simplificii vita. In Sanctæ Agathæ Gothorum Ecclesia sub Viminali, Dianæ & Pacis Deæ e cœmento visebantur imagines. In via Nomentana templum est B. Constantiæ Constantini Imperatoris filiz ab Alexandro IV. an. 1216. consecratum, olim Baccho dicatum, in quo tumba porphyretica cum genis uvas calcantibus incisa summo artificio spectatur. In pariete S. Mariæ Rotundæ caput Cybelis matris Deorum cernitur: hoc ipsum templum Pantheon olim dictum, Bonifacius IV. (teste Anastasio in ejus vita, & Card. Baronio ad an. 607. num. 1.) rite expiatum Beatæ Dei Genitrici, Sanctisque omni-

bus martyribus nuncupavit, nec delevit Marci Agrippæ nomen, quod cubitalibus scriptum litteris, in ipsius Templi fronte adhuc legitur. Nec, quod magis mirere, Adrianus Primus Divi Antonini, & Divæ Faustine femina perditissimæ nomina & memoriam justit expungi a fronte templi S. Laurentii in Miranda nominati in foro Boario, quum templum illud in martyris memoriam Deo consecravit. Tandem in celeberrimis Urbis plateis in immensam assurgunt altitudinem Obelisci & vastæ molis Cochlides columnæ; hæc Trajani & Antonini Ethnicorum Imperatorum nominibus ac gestis, illi monstruosis imaginibus & jeroglyphicis Aegyptiorum superstitionem indicantibus insigniti, quos tamen vel Sanctissimæ Crucis particulæ, vel simulacra Apostolorum Petri & Pauli in fastigio erecta muniunt atque coronant.

Basilica Vaticana, quæque porrectum ad fidelium oscula pedem habet, Jovis Capitolini simulacrum fuisse, scriptores nonnulli affirmarunt, ut ostendit Franciscus Maria Turrigius in Appendice laudati operis de *sacris trophæis Romanis*; nec quidquam falsi numinis, cui olim dicata fuerat, nomen & memoria officit, quominus D. Petro jam sacra, vero a Fidelibus ritu colatur, ut optime innuit Ennodius Episcopus Ticinensis in libro *Apolog.* quem anno 503. adversus impugnantes IV. Synodum a Symmacho Papa Romæ habitam, conscripsit, sequentibus plane verbis: „ Ecce jam „ Christo propitio, ad novas fornaces simulacra redierunt; „ ecce jam de obsoleta superstitione usus vester accipit, „ quod lætetur, dum de veteri tonante, nova merito vascula præparantur „.

Sed jam veterum scriptorum testimonia de ipsa Vaticana Cathedra, ex laudata Francisci Mariæ Phoebei Dissertatione, proferamus.

Agmen ducat Optatus Milevitanus seculi IV. scriptor: (nam Tertulliani, qui annos centum sexaginta ante Optatum floruit, perinsigne testimonium ex libro de *prescript. hæretic.* superius attulimus atque explicavimus). Hic lib. 2. contra Parmenianum hæc habet. „ Vestræ Cathedræ vos „ originem reddite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam „ vindicare: sed & habere vos in urbe Roma partem aliquam dicitis. Ramus est vestri erroris portentus de mendacio, non de radice veritatis. Denique si Macrobio dicatur, ubi illic sedeat, numquid potest dicere in Cathedra Petri? quam nescio si vel oculis novit, & ad cujus memoriam non accedit, quasi Schismaticus contra Apostolum faciens, qui ait in memoriis sanctorum communicantes. Ecce præsentès sunt ibi duorum memoriarum Apostolorum, dicite, si ad has ingredi potuit, ita ut obtulerit illic, ubi sanctorum memorias esse constat. Sane Optatum hæc loqui de lignea Cathedra S. PETRI quæ oculis præsens obiicitur, manifeste patet; nisi forte dicere velimus pro Cathedra intellexisse Basilicam ipsam Vaticanam, quam tamen memoriam appellavit (quemadmodum olim vocabantur Ecclesiæ ut pote in memoriam sanctorum extructæ) contradistinctam a Cathedra S. Petri, sive quasi eam continentem.

Eo-

Eodem seculo iv. labente floruit Ennodius Episcopus Ticinensis. Is ad calcem libri Apologetici quem superius laudavimus; mundi, inquit, caput Romam per vestras intentiones esse prostratam, & nutricem Pontificii Cathedram quasi ultimum videre sedile despectam. Et paullo post: Ecce nunc ad gestatoriam sellam Apostolicae Confessionis uda mittunt limina candidatos, & uberibus gaudio exauctore fetibus, collata Dei beneficio dona geminantur. Nemini dubium est de materiali Petri Cathedra Ennodium loqui. Quid enim per uda limina, nisi extrema sacri Baptisterii madida labia, vel supremos gradus Vaticanæ fontis, in quo tunc baptizandi immergi solebant, author intelligit? Candidatos verò quos, nisi nuper aqua baptismatis ablutos, appellat? quos Christo renatos illico ad venerandam Petri Cathedram sistentes præ gaudio, mittere consueverant, ut præstita ab illis humili subiectione magistræ veritatis, dona in Baptismate nuper ipsis collata, Dei ipsius beneficio geminarentur. Nec sane potuisset Ennodius elegantius Cathedram Vaticanam paucis delineare, quam eam appellando sellam gestatoriam Apostolicæ confessionis. Illa etenim e loco Vaticanæ Confessionis olim effossa, teste Michaele Leonico in Cod. MS. Bibliothecæ Barberinæ, ad usum gestatoris sellæ procul dubio affabre facta cernitur, habens in utroque latere duplicia manubria ferrea, hastis portatilibus immitendis apposita, ut superius animadvertimus pag. 317. Præterea ex illius etiam verbis colligitur fuisse ligneam, ideoque portatilem; quum vetustis illis Ecclesiæ temporibus Cathedras uni certo affixas loco ex marmore erigi consuevisse, pateat ex Sedibus plerisque, quæ in antiquissimis Romæ Coemeteriis & cryptis cernuntur: & si ab Urbe discedere velimus, prope Agenum in Gallia visitur adhuc Sancti Caprasii Pontificalis Cathedra in grandi excisa lapide sub hiatu sepulturæ cuiusdam, in qua solitus erat Pastor, oves ad se persecutionis metu fugientes, Sacramentorum ac doctrinæ pabulo recreare, ut refert Saussayus in supplemento Martyrologii Gallicani ad diem v. Idus Junias. Ritus vero mittendi Neophitos recens baptizatos ad venerandam PETRI Cathedram, quasi ab ea fidei veritatem quaesituros, plane antiquissimum esse ex sequentibus Sancti Leonis Papæ I. verbis eruitur, in *Sermone secundo de sua assumptione*.

assumptione, ubi: „ Quoniam (inquit) Petrus, qui in propria Sede vivit, & præsidet, præstat quærentibus, fidei veritatem „.

Quæ autem primis Ecclesiæ temporibus erga Petri Cathedram pietas emicuit ac veneratio, ut modo demonstratum est, eandem subsequens seculis magnopere viguisse, ostendunt quæ de facellis a Joanne VII. & Adriano I. (quorum primus anno Domini 705. secundus anno 772. summum Pontificatum iniit) in veteri Basilica Vaticana erectis, memoriæ prodidit Jacobus Grimaldus in *Catal. MS. Sacrar. reliq.* in tabulario ejusdem Basilicæ servato. Nam in Joannis VII. facello, tessellato opere extitisse ait delineatas Cathedras Hierosolymitanam, Antiochenam, & Romanam, imagine Petri Hierosolymis, Antiochiæ, & Romæ Evangelium prædicantis expressas, & Adrianum I. „ non longe ab ara „ SS. Leonum in dextero Templi brachio in honorem S. Adriani martyris, sacellum construxisse tradit, in quo (loco „ ad hoc decentissime fabricato) prædictam Beati Petri „ Cathedram populi devotioni venerandam exposuit, in „ eoque custodiri mandavit, ut Maphæus Vegius memoriæ „ prodidit, atque in dicto B. Adriani I. oratorio, suo tempore asservari scribit „. At Vegius a Grimaldo laudatus, nihil aliud dicit libro 4. de rebus antiq. memor. Basilicæ S. Petri, nisi sua ætate (scripsit autem Vegius Nicolao V. Pont. Max. anno circiter 1450.) „ in ipso altari S. Adriani factum fuisse egregium ornatum, ubi collocata „ est Cathedra, super quam sedere Beatus Petrus, dum solemnia ageret, consueverat „. Narratur autem apud Severanum de VII. Urbis ecclesiis pag. 152. & seq. in Joannis Caballini lib. 1. legi: „ quod sedente Alexandro IV. S. Petri „ lignea Cathedra exorto forte incendio, & omnia circum „ circa late depascente, in mediis flammis divina, ut credimus, virtute illæsa permanserit „.

Constat præterea ex Anastasio in vitis summorum Pontificum Leonis II. Pauli I. Gregorii III. Sergii II. Benedicti III. Nicolai I. Adriani II. aliorumque, qui a seculo VII. ad seculum XII. floruerunt, jam a primis Ecclesiæ temporibus in more positum fuisse apud Romanos Pontifices, idque canam consuetudinem, ut ejusdem Anastasii verbis utar, demonstrare „, ut is in quem sacerdotes & Clerus conven-

„ nissent, in Patriarchium Lateranense duceretur, & ibi
 „ in folio Pontificio sublimatus, cum pedum beatorum osculo
 „ a Proceribus & populo Pontifex Romanus acclamaretur:
 „ proximo autem die Dominico Manto Pontificali indutus,
 „ ad Ecclesiam S. Petri cum hymnis & canticis equitaret,
 „ ubi in APOSTOLICA SACRATISSIMA PETRI CATHEDRA col-
 „ locatus, recitata super eum collecta ab Episcopo Hostiensi
 „ ex institutione S. Marci Papæ, pallio Pontificali indueretur,
 „ ac ita Urbis & Orbis Pontifex constitutus, Missarum so-
 „ lemnia ageret. Verum quum in Basilica Vaticana se-
 „ queretur electio, electus illico manto Pontificali decoratus,
 „ & in Cathedra Sancti Petri collocatus, Pontifex inauguraba-
 „ tur; mox primo pariter dominico die Pallium, vel nisi ante
 „ esset Episcopus, Consecrationis munus suscipiebat. Hisce cæ-
 „ remoniis tandem accessere Coronationis solemnia, de quibus
 „ primum Anastasius meminit in electione Nicolai I. anno 858.
 „ celebrata.

Restat, ut de Romanæ Cathedræ festo Pauli IV. consti-
 „ tutione 13. quæ incipit *Ineffabilis*, viii. Idus Januarii anni 1558.
 „ edita, non tam instituto, quam renovato, aliquid breviter
 „ subjungamus. Quamquam vetustissima nonnulla martyro-
 „ logia & Kalendaria festum Cathedræ Petri indicentia, nec Ro-
 „ mam nec Antiochiam memorent; non exinde tamen sequi
 „ Romanæ & Antiochenæ Cathedræ festa minus antiqua esse,
 „ observavimus nota 9. ad Cortesii librum 1. de *Romano itin.*
 „ D. Petri pag. 22. Cathedræ enim Romanæ meminerunt Bedæ,
 „ Adonis, & Ufuardi Martyrologia, nec non antiquum Ro-
 „ manum a Baronio laudatum in *notis ad martyr. Rom. sub*
 „ die 18. Jan. & Gellonense quoddam Karoli Magni tempore
 „ exaratum apud Mabillonium *lib. 2. de Liturgia Gallicana*
 „ pag. 121. & vetus Lucense, Antuerpiense, Corbejense, omnia
 „ tandem melioris notæ Martyrologia Hieronymiana, & per-
 „ vetustum Breviarium, quod erat apud Cardinalem Sirle-
 „ tum, & ex quo Baronius l. c. sequentem orationem descri-
 „ psit; „ Omnipotens sempiterne Deus, qui ineffabili Sacra-
 „ mento Apostolo tuo Petro Principatum Romanæ urbis
 „ tribuisti, unde se evangelica veritas per tota regna dif-
 „ funderet; præsta, quæsumus, ut quod in orbem terra-
 „ rum ejus prædicatione manavit, universitas Christiana
 „ devotionis sequatur. Catedræ autem Antiochenæ men-
 „ tio

tio habetur in martyrologio Ufuardi, in vetere Lucensi a
 Francisco Maria Florentinio edito, in Antuerpiensi, in
 Corbejensi, aliisque pluribus apud Bollandum ad diem 22. Fe-
 bruarii (a). Quin immo quoad illa spectat Kalendaria & Mar-
 tyrologia, (de quibus cl. Fogginius *exerc. IX. pag. 263.*) ubi Ca-
 thedræ Petri festum recolitur, nullo peculiaris Cathedræ no-
 mine adjecto; quum peculiare recolendæ Cathedræ nomen
 nec ipsa aliquando expriment Lectionaria & Missalia mi-
 nus antiqua, a Josepho Maria Caro Romæ in lucem edita
 an. 1691. fortasse existimatum fuit, satis innui utriusque Ca-
 thedræ nomen ab ipso, quo recensebantur die, Romanæ a
 xv. Kal. Febr. Antiochenæ vero ab viii. Kal. Martii, quos
 præter dies, alium sane nusquam Cathedræ Petri festo dica-
 tum fuisse legimus. Porro hisce diebus celebratas fuisse Pe-
 tri Cathedras, quod illis ipsis primum federit Romæ, &

X 2

An-

(a) Petrus de Natalibus in *Ca-*
zalogo MS. Sanct. cap. 95. exarato
 circa annum Christi 1470. rationem
 reddere cupiens, cur prætermissa
 propria Romanæ Cathedræ celebri-
 tate ad diem xv. Kal. Februarii,
 interdum retenta fuerit Antiochenæ
 Cathedræ solemnitas, asserit, quod
 quavis B. Petri in Urbe Roma fue-
 rit Sedes principalior, illa tamen
 (Antiochena scilicet) celebrius agi-
 tur, quia fuit tempore prior & ho-
 norificentius posterior. Robertus autem
 Bellarminus Cardinalis *lib. 2. de Ro-*
man. Pont. cap. 6. Solemnitas Cate-
 dræ Antiochenæ (inquit) vetustissima
 est, ut patet ex sermonibus S. Au-
 gustini de Cathedra Petri, nec non
 ex Martyrologiis Bedæ, Ufuardi, &
 Adonis Trevirensis, & toto in orbe
 Christiano celebratur, & quidem ho-
 norificentius, quam festus dies Cate-
 dræ Romanæ, qui nuper a Paulo IV.
 institutus est; & nusquam a populo
 more festorum dierum colitur, cum
 festus dies Cathedræ Antiochenæ, non
 tantum a Clero, sed etiam a plebe
 multis in locis servetur. Iterum

paulo post: *Ea solemnitas (Ca-*
thedræ Antiochenæ) antiquior &
celebrior, quam Cathedræ Romanæ.
 At quis ignorat in universo Orbe ac
 præsertim in Gallia & in Hispania
 Festum Romanæ Cathedræ num-
 quam omisum fuisse; Romæque
 etiam olim celebrari consuevisse,
 nec intermissum, nisi quum per ali-
 quod temporis spatium una cum
 festo alterius Cathedræ celebratum
 est; tandem Paulum IV. restaura-
 torem, non institutorem hujus ce-
 lebritatis extitisse? Quare non im-
 merito Phœbeus in *Dissertat. de*
antiquitate & præstantia Cathedræ
Romanæ pag. cxxxii. memoratam
 Bellarmini sententiam redarguit.
 Neque enim tanti momenti est prio-
 ritas temporis, quam in ordine ad
 erectionem Sedis tantum admitti-
 mus, ut majorem auctoritatem di-
 gnitatemque Cathedræ Antiochenæ
 concillet, quum hæc Romana mul-
 tis aliis titulis superet & compen-
 set, quos necesse non est hoc loco com-
 memorare.

sis Ecclesie Presbyter Beneficiatus in libello, quum de capitibus Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in sacrosancta Lateranensi Basilica asservatis, Romæ in lucem edidit anno 1673. In eo opusculo præter graphicam Statuarum ar-

gen-
 ,, Amen. Indiæti one VIII. mensis
 ,, Aprilis die Martis 16. In præ-
 ,, sentia mei Notarii & quamplu-
 ,, rium Notariorum, & testium
 ,, Reverendissimi in Christo Patres
 ,, & Domini, Domini Franciscus
 ,, de Tebaldescis tit. S. Sabina Pres-
 ,, byter, Petrus S. Mariæ Novæ
 ,, Diaconus, & Raynaldus de Ur-
 ,, sinis S. Hadriani Diaconus, &
 ,, S. R. E. Cardinales, & Ven. ac
 ,, Rev. Pater, & Dominus, Do-
 ,, minus Jacobus de Mutis Episco-
 ,, pus Aretinus Domini nostri Papæ
 ,, in Urbe Vicarius, personaliter
 ,, existente in Cappella S. Laurentii,
 ,, quæ dicitur Basilica ad Sancta
 ,, Sanctorum de Urbe, dixe-
 ,, runt, & protestati fuerunt, præ-
 ,, sentibus, & intellig. magnifico
 ,, viro D. Bernardo Corradi de
 ,, Monaldensibus de Urbe Vetere
 ,, Almæ Urbis Senatore, Nobilibus
 ,, viris Nicolao Valentini de Re-
 ,, gione Montium, Nicolao Tor-
 ,, donerii de regione S. Angeli, &
 ,, Cincio Meliosi de regione Trans-
 ,, tiberim Conservatoribus Cameræ
 ,, Urbis, & Romani populi, No-
 ,, bilibus viris Gofmato Fer. de
 ,, regione Montium, Alexio Pauli
 ,, Henrici de regione Trivii, Joanne
 ,, Ferrario de regione Campi
 ,, Martis, Nicolao Pauli Danielis
 ,, de regione Pontis, Andræ Magni
 ,, de regione Parionis, Thoma
 ,, dello Muto de regione Arenulæ,
 ,, Nicolao Saulli de regione S. Eu-
 ,, stachii, Romulo Joannis Muti
 ,, de regione Pineæ, Rentio Joan-

nis Brendæ de regione Campi-
 ,, telli, me Antonio Laurentii
 ,, Stephauelli Notario de regione
 ,, S. Angeli, Ceccolino Joannis
 ,, Mennæ de regione Ripæ, & So-
 ,, tio Rotuli Calis. de regione Trans-
 ,, tiberim XIII. Capitibus regio-
 ,, num Urbis, & quampluribus
 ,, Presbyteris, qui de mandato San-
 ,, ctissimi in Christo Patris, & Do-
 ,, mini, Domini Urbani Papæ V.
 ,, aperuerunt & aperti mandarunt.
 ,, ac fecerunt sub altari dictæ Cap-
 ,, pellæ, & ipsa aperta exinde ex-
 ,, traxerunt *Capita Beatorum Apo-
 ,, stolorum Petri & Pauli*, ac re-
 ,, moverunt exinde & translatave-
 ,, runt in certis aliis figuris noviter
 ,, ordinatis de mandato dicti D.N.
 ,, Papæ solemniter ornatis, qua-
 ,, rum una est figura S. Petri Apo-
 ,, stoli, & alia est figura S. Pauli
 ,, Apostoli, & ita aperiendo ostia
 ,, dicti altaris cum nostris clavibus
 ,, reverenter, inventa fuerunt intus
 ,, & extracta duæ capsellæ argen-
 ,, tæ, in quarum una erat scri-
 ,, ptum *SANCTUS PETRUS*, & in
 ,, alia *SANCTUS PAULUS* sigillatæ
 ,, sigillis dicti Domini de Ursinis,
 ,, & Venerabilis D. Viterbiensis
 ,, Cardinalis, & Domini Blaschi
 ,, olim Senatoris Urbis, & ipsas
 ,, capsas apertas & duplicatas inve-
 ,, nerunt, & in eis semotis, in-
 ,, venta fuerunt ossa cum dentibus,
 ,, & illas reliquias posuerunt, &
 ,, posita sunt in quodam alio vaso
 ,, argenteo Sindone rubeo invo-
 ,, luta, videlicet semotis illis San-
 ,, ctis

gentearum, in quibus supradicta veneranda capita recondu-
 tur descriptionem ex Italico MS. Urbani Millini commen-
 tario, qui in Bibliotheca Cardinalis de Maximis servabatur
 Variorum tom. v. pag. 33. desumptam (a), multa pie erudite-

X 4

que

,, Si Petri ab illis Sancti Pauli, &
 ,, demum ostia dicti Altaris cum
 ,, aliis reliquiis intus clausa fue-
 ,, runt, & sunt, prout inventa
 ,, jam fuerunt, &c. Actum Romæ
 ,, in dicta cappella presentibus iis
 ,, testibus, videlicet, Venerabil.
 ,, Viris Domino Stephano Palatii
 ,, Canonico S. Mariæ Majoris,
 ,, Domino Theobaldo de Thebal-
 ,, descis Canonico Basilicæ S. Petri,
 ,, D. Laurentio Egidii Canonico
 ,, Ecclesie Lateranensis, Magnifico
 ,, viro Raynaldo Urbi de filiis
 ,, Urbi, D. Gometio Milite, Joanne
 ,, de Cintiis Cancellario Ur-
 ,, bis, D. Petro Scattinato Cano-
 ,, nico dictæ Basilicæ S. Petri, Nuc-
 ,, cio Gibelli Fredo de Canale,
 ,, Lecco Cole de Tebaldescis, Lel-
 ,, lo Methaleni, Rainono Christo-
 ,, phori Rainonis Mar. Urbis, D. Bar-
 ,, tholomæo Cionis de Pistorio &c.
 ,, Eadem die & eodem instanti,
 ,, & præfente populo Romano, di-
 ,, ctis testibus, & multis aliis, &
 ,, maxime Domino Laurentio Do-
 ,, mini Petri Occidemenuo Causi-
 ,, dico, Palotio Domini Angeli de
 ,, Fuscis de Berta de regione Mon-
 ,, tium, & Nuccio Rentii Joannis
 ,, Sisti Notarii de regione S. Ange-
 ,, li, &c. in præsentia multorum
 ,, Notariorum & mei Notarii &c.
 ,, Supradicti Domini Cardinales, &
 ,, Vicarius Papæ *supradicta duo Ca-
 ,, pita Sanctorum Petri & Pauli*,
 ,, præfente populo Romano, & aliis
 ,, supradictis Officialibus, posue-
 ,, runt & recondiderunt caput vi-

delicet S. Petri in figura, quæ
 apparet facta de Sancto Petro so-
 lemniter ornata, & caput S. Pauli
 in alia figura, quæ est figura
 S. Pauli, & ipsa omnia clausa
 fuerunt in capitibus dictarum fi-
 gurarum; & sigillata sigillis di-
 ctorum Cardinalium, & dictorum
 Conservatorum &c. & demum re-
 condita sunt prædicta in Ecclesia
 Lateranensi sub arcu Salvatoris
 super Altare majus dictæ Ec-
 clesie &c.

(a) Millini verba hæc sunt a
 Sorefino descripta pag. 33. opusculi
 superius laudati. Ricordo che
 Mercoledì 22. Dicembre 1649. si
 entrò dentro al Tabernacolo, là
 dove stanno le teste delli Santissi-
 mi Apostoli Pietro e Paolo, Mon-
 signore Vicegerente come man-
 dato da Nostro Signore: li Si-
 gnori Canonici Gio: Battista del-
 la Molara, e Mario de Fabbii, &
 io insieme con Balduino Blavier
 Fiammingo Orefce, & D. Dome-
 nico Cherubini da Pescia pulitor
 di gioje & d'oro &c. Primiera-
 mente si aprirono le quattro
 chiavature che ferrano li cate-
 naeci dello sportellino di ferro
 della ferrata dorata, le chiavi
 delle quali una ne tiene il Mag-
 giordomo di Nostro Signore, una
 li Conservatori del Popolo Ro-
 mano, una li Canonici, e la
 quarta li Guardiani. Entrati den-
 tro si trovò gran quantità di pol-
 vere &c. S'alzò la tatarattà di
 mezzo solita di aprirsi, e si vid-
 do

que congeffit idem Sorefinus ad antiquitatem cultus SS. Capitibus ab antiquissimis temporibus praestiti pertinentia: ex quibus quoad Pontifices Urbani Quinti praedecessores, sequentia colliguntur monumenta.

Cencius Camerarius, is qui postea Summus Pontifex Honorii Tertii nomine fuit, in suo Rituali anno Domini 1192. exarato, quo Caëstinus Tertius Christianam rempublicam administrabat, summorum Pontificum in sacratissima Apostolorum Capita obsequium & cultum testatur cap. 14. „ Sexta vero hora (scilicet feria vi. in Parasceve)

„ Papa

„ dero quelle SS. Teste piene di „ quale sono guarnite di preziosissimi
„ polvere &c. A man dritta sta la „ sime gioie &c. (*sequitur gemmarum
„ Testa di S. Paolo tutta d'argento „ accurata descriptio*) sotto
„ dorato, mezza figura del natu- „ una medaglia d'argento vi sono
„ rale con un manto, le fasce del „ intagliate l'infraferitte lettere

CEDIT APOSTOLICUS PRINCEPS TIBI PAULI, VOCARIS

NAM DEXTRAE NATVS VAS TVEA CLARA DEO.

„ Nella man dritta tiene una „ d'Urbano V. l'altra con due chia-
„ spada d'argento fatta come alla „ vi con il regno. Nel primo giro
„ Damascena, e vi sono scritte in „ sotto il manto vi è una balaustra.
„ lettere dorate SANCTVS PAVLVS. „ ta traforata in quadrangolo a fog-
„ A mano manca un officio d'argen- „ gia di mostacciolo, sotto vi sono
„ to smaltato, con due armi, una „ l'infraferitte lettere di smalto.

VRBANVS PP. V. FECIT FIERI HOC OPVS AD HONOREM

BEATI PVLI ANNO DOMINI MCCCLXIX.

„ Nell'ultimo recinto vi sono di „ mi del detto Papa, & arme con
„ smalto finissimo alcuni quadretti „ le chiavi, e regno &c. Sotto
„ rappresentanti la vita & morte „ vi sono l'infraferitte lettere di
„ di S. Paolo tramezzati con ar- „ smalto.

CAROLVS DEI GRATIA REX FRANCORVM, QVI CORONATVS EVIT

ANNO DOMINI MCCCLXIV.

DONAVIT PRAESENS LILIVM AD HONOREM CAPITIS S. PAULI

QVOD EST IN PECTORE EIVS.

„ La testa di S. Paolo, oltre „ ta Testa, dietro vi è un diadema
„ l'esser dorata, ha la faccia & il „ grande tutto smaltato di verde
„ collo di color di carne, barba „ co. stelle di oro attorno pieno
„ bionda lunga, calvo in testa con „ di gioje, dietro detto diadema è
„ un ciuffetto di capelli verso la „ foderato, ed alzandosi la fodera
„ fronte, più in dietro verso la „ vi è un lucchetto, che deve aprir-
„ mezza testa vi è un ferretto in- „ re con una chiave per aprir-
„ castrato in modo di poter alzare, „ re da questa parte la fanta
„ quando si apre per vedere la fan- „ testa.

S. Pie

„ Papa intrat cum omnibus Cardinalibus Basilicam S. Lau-
„ rentii, ubi facta oratione, accedit ad Altare: eo aperto,
„ extrahit inde Capita Apostolorum Petri & Pauli, & duas
„ Cruces, quæ omnia postquam D. Papa cum Cardinalibus
„ osculatus fuerit, reponit ibidem, & accepta una cruce, &
„ iterum sigillato Altari, unus Presbyterorum Cardinalium
„ crucem accipit, & sic vadunt usque ad Ecclesiam Latera-
„ nensem &c. Et capite 27. „ In festo exaltationis S. Crucis de
„ mane D. Papa cum Cardinalibus intrat Basilicam S. Lau-
„ rentii, ubi extrahens Reliquias Apostolorum Petri & Pauli,
„ lignum S. Crucis; porrigit ea Cardinalibus deferenda ad
„ Ecclesiam S. Sylvestri &c.

Innocentius III. ad summum Pontificatum anno Domini 1198. euectus, infra secundum ex tribus Altaribus ipsius Basilicæ ad Sancta Sanctorum in æneis armariis pretiosissima Apostolorum Capita reclusit, quemadmodum ostendunt duo illius ætatis æneæ laminæ adhuc in eisdem Altaris medio servatæ, in quibus non modo anaglypta eadem capita cum nominibus incisa repræsentantur, sed præterea ad calcem Imaginis D. Pauli legitur

HOC OPVS FIERI FECIT

DOMINVS INNOCENTIVS

PP. III.

Hono-

„ S. Pietro sta a mano manca „ tutto di perle piccole con tre co-
„ dell' istessa grandezza e fattura „ rone nel regno &c. (*Sequitur
„ vestito alla Pontificale con un re- „ enim gemmarum descriptio*) sotto
„ gno in testa, il fondo del quale è „ l'infraferitte Inscrizioni.

ERIGAT VT PROPRIAM SEDEM TVA PETRE REDIBIT

HVC VATICANA PASTOR AB ARCE PETRI.

„ Il secondo giro simile all'altro „ di S. Paolo con l'altro di smalto

VRBANVS PAPA V. FECIT FIERI HOC OPVS

AD HONOREM CAPITIS BEATI PETRI

ANNO DOMINI MCCCLXIX.

„ Nel giro simile all' altro di „ dice S. PETRVS. Dalle bande vi
„ S. Paolo, nel mezzo vi è la cro- „ è scritto. *Hoc opus fecit Joannes
„ cissione di S. Pietro, a mano „ Borsoli de Senis aurifaber, sotto
„ manca la navicella, e quando „ la cornice con i maniglioni co-
„ Nostro Signore gli dà le chiavi, „ me l'altre. La faccia di S. Pietro
„ a mano dritta la caduta di Simon „ come quella di S. Paolo; ma la
„ Mago, e così di mano in mano „ barba riccia, bianca, tondetta,
„ seguita la sua vita, e di sotto „ con un poco di zazzaretta nelli
„ l'istesso letto CAROLVS &c. solo „ capelli ricci &c.*

Honorius etiam Tertius paullo superius laudatus anno salutis 1217. nudis pedibus processionaliter e Basilica Lateranensi ad S. Mariæ Majoris pro Christianorum principum concordia imploranda, processit quemadmodum colligitur ex ejusdem Pontificis epist. ad Archiep. Arboremensem apud Raynaldum in Annalibus, in qua epistola hæc leguntur. „ Sane cum ad nostram pervenit notitiam, illos (Regem Hungariæ, nec non duces Austriæ & Moraviæ) terram prædictam (Babiloniæ) intrasse, animam nostram effudimus coram Deo, illum pro eis in lacrymarum affluentia deprecantes. Et quia de meritorum nostrorum qualitate diffidimus, tam Clerum, quam populum Urbis convocavimus in Basilica Salvatoris, atque inde ad venerandam gloriosæ matris ejus Ecclesiam, prælatibus Capitibus Beatorum Apostolorum Petri & Pauli pedibus nudis processionaliter ivimus, ut præfatis Jesu Christi Athletis, ejusque Genatricis obtentu, supernum impetremus auxilium, ad quod nostra non sufficere merita sciebamur „.

Gregorius Nonus anno 1239. Friderico II. Italiam devastante, Romamque inimico animo properante, convocatis Clero & populo una cum Cardinalium Collegio, nudis pedibus ipsemet sacra Apostolorum Capita detulit e Laterano ab Basilicam S. Petri, ubi ambonem ascendens eadem populo non sine lacrymarum ubertate commostrans, Romanos Cives ad deficientium paratos, in sui favorem commiserationemque convertit, quemadmodum præter Platinam in ejusdem Gregorii vita, aliosque recentiores, testatur Nicolaus Processus Beneficiatus Lateranensis in Codice miscellaneo Ms. Bibliothecæ Vaticanæ, Urbano V. Pontifice, exarato, ubi compendiosa SS. Capita relatio legitur, qua præcipue usus est Sorefinus in laudato de iisdem Capitibus opusculo contexendo.

Nicolaus tandem Tertius, anno Domini 1277. ad summi Sacerdotii dignitatem evectus, „ Basilica ipsa ad Sancta Sanctorum vetustate collapsa (sunt verba ipsius Nicolai Processi loc. cit.) ipsemet sanctissima Capita Apostolorum ad Lateranensem Basilicam cum Custodibus asservari mandavit, donec funditus dicta Basilica ad Sancta Sanctorum, renovaretur, qua reedificata, palam astante Curia tota ac populo Romano, sanctissima Capita prædicta suis manibus,

„ nibus cum Cardinalibus, sub Altari ejusdem Basilicæ ad Sancta Sanctorum reverenter reposuit „.

A quo autem & quo tempore laudata pretiosissima Capita primum in memorato Oratorio ad Sancta Sanctorum fuerint recondita, deficientibus monumentis, difficile est affirmare. Marcus Attilius Serranus, Millinus, aliique recentiores a S. Silvestro Papa. id factum fuisse existimant, quem ferunt Sanctorum Apostolorum Corpora ipsorum Basilicis divisisse anno Domini 319. Sane Nicolaus Processus de S. Silvestro loquens in miscellaneo laudato Codice: „ Hoc præcipuum perfecit (inquit) ut super lapidem porphyreticum ossa dictorum Apostolorum divisa, & portiones in Basilicis ipsorum nominibus dicatis reposuit, retentis capitibus in æde habitationis suæ Laterani: ubi, diu asservata, usque ad Sergium Primum, in Basilicam Theodori primò super Sedem Pontificiam vulgo SUB APOSTOLIS dictam, mox in Basilicam S. Laurentii translata fuere „. Quod autem revera tempore Sergii Primi, qui anno salutis 687. Summus Pontifex factus est, prædicta capita in Basilica Theodori asservarentur, colligi videtur posse ex sequentibus Anastasii Bibliothecarii verbis in ejusdem Sergii vita. Tunc Papa Sergius egressus foris Basilicam Theodori, apertis januis sedens, SUB APOSTOLIS omnes suscepit &c. Quare Onuphrius Panvinius in opere Ms. de Basilica, Baptisterio & Patriarchio Lateranensi, observat ex iisdem Anastasii verbis intelligi „ In eadem Theodori Basilica Apostolorum „ aliquot reliquias, forte Capita fuisse „. Et quamvis postea scribat, se existimare, quod Capita Apostolorum eo loci illo tempore fuisse, ex ipso Bibliothecarii loco non ita facile erui possit; nihilominus denuo de eodem Anastasii textu sermonem habens, iterum se Apostolorum Reliquias vel Capita intelligere profiteretur, cujus rei minime dubitat Cardinalis Rasponus in opere de Basilica & Patriarchio Lateranensi lib. 4. cap. 19. Quando vero a Theodori Basilica in aliam Sancti Laurentii ad Sancta Sanctorum prædicta Apostolorum Capita translata fuerint, omnino ignoratur. Colligitur tamen ex Codice pergameno in Archivo Lateranensi servato (apud Sorefinum pag. 68. dicti opusculi), quem Joannes quidam Diaconus Lateranensis ex alio multo antiquiore, immo ob nimiam vetustatem jam caduco Codice exscripsit Alexandro III. Pon-

Pontifice Maximo, sive XII. Ecclesie seculo, in secundo ex tribus Altaribus Oratorii sive Basilice ad Sancta Sanctorum eadem Apostolorum Capita servata fuisse: quæ sacra pignora, ut narrat Nicolaus Proceffi loc. cit. „ Anno 1308. (tertio „ nonas Maii) dum ignis totam Ecclesiam Lateranensem „ incenderet illæsa & incontaminata permanserunt, Cle- „ mente V. in sede Avenionensi sedente „: quod etiam ex ejusdem Clementis V. Bulla colligitur apud Ciacconium tom. 1. col. 849. & Bzovium in continuat. Annalium Ecclesiasticorum Baronii tom. 14. fol. 113.

Ex quibus omnibus aliisque monumentis a Sorefino collectis in opusculo sæpe laudato, manifeste patet, antiquissimam constantemque traditionem esse, quod Capita SS. Apostolorum Petri & Pauli in Basilica Lateranensi serventur. Et quamvis seculo XIII. Isabella S. Ludovici IX. Regis Francorum germana soror, cui temere a Grecis caput Pauli Episcopi Constantipolitani (ut nonnulli existimant) pro illo D. Pauli Apostoli fuit oblatum, de eorumdem sacrorum Capitem Romæ servatorum, *identitate*, ut ajunt, suspicionem aliquam habuisse videatur, eadem tamen regia mulier Clementis IV. Pontificis Maximi hortatu, facile græcorum hominum imposturis atque mendaciis, vetustissimum Romanæ Ecclesie consensum prætulit, quemadmodum testatur Nicolaus Proceffus fol. 30. prædicti MS. Codicis Vaticani his plane verbis. „ Clemens Quartus Isabellam Reginam Francorum (Regis Francorum sororem dicere debuit) de identitate „ prædictorum capitum dubitantem, ex Græcorum quorundam malitia, qui caput Pauli Episcopi Constantipolitani pro Capite S. Pauli obtulerunt, sua Papali epistola confirmavit „. Quare non inopportunitate existimavimus si ipsius Clementis IV. Epistolam anno 1268. datam, prout eam Sorisfinus ex Archivo Secreto Vaticano exscripsit, in nota subjecta lectorum oculis subiiceremus (a).

CA-

(a) „ Dilectæ filie in Christo „ nobili mulieri Isabellæ, charissimi in Christo filii nostri Illustris Regis Francorum Germanæ. „ Scias filia Apostolorum Capita Romæ indubitanter haberi,

„ quæ sel. record. Gregorius Papa „ Nonus Prædecessor noster de Sanctis Sanctorum suis manibus extrahens, Romano populo patienter exhibuit, & in locum suum restituit cum debita reverentia

CAPUT V.

De Ecclesia S. Priscæ in Monte Aventino.

Quamquam Tibridis aquis fere plerumque usum esse Sanctum Petrum, quum Romanorum aliquem sacro donare vellet baptismo verosimillimum sit, pluries tamen in Aventino monte ad Faunorum fontes, in loco scilicet, in quo vetustissima S. Priscæ Ecclesia ædificata est, id muneris functum esse S. Apostolum, & Card. Baronius in notis ad martyrolog. Rom. sub die 18. Januarii, & Jo. Severanus in lib. de septem urbis Ecclesiis pag. 377. ex veteri traditione testantur. Profecto Romanorum monumentorum contextentes historiam, sacrum vas, quo Petrus utebatur in ministrando baptisinate, adhuc servari scribunt in eadem Ecclesia, ad cujus altare majus sequentia Carmina Callixti PP. III. jussu, marmoris incusculpta reperiuntur.

Montis Aventini nunc facta est gloria major,
Unius veri Religione Dei.

Præcipue ob Priscæ, quod cernis nobile templum

Quod priscum merito par sibi nomen habet.

Nam Petrus id coluit, populos dum sæpe doceret,

Dum faceret magno sacraque sæpe Deo.

Dum quos Faunorum Fontis deceperat error,

Hic melius sacra purificaret aqua.

Quare Eadmerus libro secundo de vita S. Anselmi; „ Romæ erat (inquit) Oratorium nominatæ martyris Priscæ, in quo Beatissimus Apostolorum Princeps Petrus Al-

tare

„ rentia præsentibus & scientibus „ universis. Quod si forsitan Caput Beati Pauli Apostoli apud te esse putas, depone conscientiam ne fallaris, ne ponas scandalum matri tuæ Romanæ Ecclesie, quæ deceptionem hujusmodi non posset æquanimiter tollerare. Si vero Græci aliquo tempore se illud habere dixerint, ne mireris: nam odio Latinos habentes, facile tibi formaverunt menda-

„ cium, qui de fide mentiri Catholica, quod est majus, minime dubitarunt. Bene igitur facies, si quod habes, dilecto filio nostro Simoni tituli S. Cæcilie Presbytero Cardinali Apostolicæ Sedis Legato; nomine nostro reddideris, nobis perinde mittendum, ne si ad alias manus devenerit; possit inde cum erroris periculo scandalum suscitari. Dat. Viterb. 14. Kal. Maii an. 4.

„tare sacravit „. De hoc autem altare loqui videtur Innocentius Papa III. scribens ad Amelinum Abbatem his plane verbis: „ Ipsamque B. Priscæ Ecclesiam Vindocinensi „ Monasterio de speciali gratia restituumus, hoc adhibito „ moderamine, ut si forte nos aut successores nostri Presbyteros Cardinales ad ejus titulum duxerimus promovendos, pro ea maxime causa, ut super Altare B. Petri consuetum agant officium &c. „ Tandem in Actis Visitationis hujus Ecclesiæ anno 1626. jussu Urbani VIII. institutæ, sequens reperitur epigraphæ. „ Ecclesiam S. Priscæ excitarunt temporibus S. Petri Aquila & Priscilla sanctissimi „ conjuges, &c. Est Altare sub invocatione ejusdem S. Priscæ, & S. Petri eam baptizantis, &c. Adest fons baptismalis vetustus, in quo (ut ex traditione asseritur) fuit baptizata S. Priscæ „.

CAPUT VI.

De Ecclesia S. Pudentianæ.

IN hac Ecclesia tertia die infra octavam diei natalis SS. Apostolorum Petri & Pauli, fieri consuevit solemne in Pontificalibus sacrum, intervenientibus Protonotariis Apostolicæ Sedis ex numero Participantium, juxta memoratam Constitutionem Benedicti PP. XIV. quæ incipit *Admirabilis*: „ Nam perhibent hoc loco (inquit laudatus Pontifex §. 5. citatæ constitutionis) fuisse domum Pudentis Senatoris, „ apud quem, cum primum Romam advenit, hospitatus „ est Princeps Apostolorum Petrus, qui in eadem domo „ verbum Dei gentibus annunciavit, sacras habuit Synaxes, „ sacrum pluries fecit, & sacramenta Christi administravit; „ adeo ut in ea jacta sint quodammodo prima Romanæ Ecclesiæ fundamenta, omnium aliarum Ecclesiarum matris „ & magistræ, quam superbæ inferorum portæ non vincunt „. Memoratæ traditionis sequentia in eadem Ecclesia, lapidea monumenta leguntur a Turrigio relata loc. cit. „ In hac sancta antiquissima Ecclesia tituli S. Pastoris a S. Pio „ Papa dedicata olim Domo S. Pudentis Senatoris & hospitio SS. Apostolorum, tria millia Beatorum Martyrum „ corpora requiescunt, quæ SS. Virgines Pudentiana & Præ- „ xedes

„ xedes suis manibus sepeliebant „. Et ad dexterum tribunalatus „. In hac æde S. Pudentianæ fuit primum hospitium S. Petri Principis Apostolorum, quo fideles sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum Christiano ritu sumpturi accedebant „. Et prope altare S. Petri: „ In hoc altare S. Petrus pro vivis & defunctis ad augendam fidelium „ devotionem corpus, & sanguinem Domini offerebat, & „ est altare privilegiatum pro suffragiis defunctorum „. Hinc doctissimus Panvinius in libro de VII. Urbis Ecclesiis „ In hac Ecclesia (inquit) parte dextera est vetustissimum sacellum musivo opere decoratum a quodam Maximo viro „ illustri conditum, in quo vulgo S. Petrum primam in „ Urbe Missam celebrasse traditur „. Et Cardinalis Baronius in notis ad Romanum martyrolog. ad diem XIX. Maii „. Majorum firma traditione præscriptum est, Domum Pudentis Romæ fuisse primum hospitium S. Petri Principis Apostolorum, illicque primum Christianos convenisse ad „ Synaxim, coactam Ecclesiam, vetustissimumque omnium „ titulum Pudentis nomine appellatum, qui item & *Pastoris* dictus reperitur. Hodie vulgo Ecclesia S. Pudentianæ „ nuncupatur „. Idem Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi 44. „ Ceterum, ubi Petrus Evangelium „ prædicans, Gentilibus Romanis innotuit, non amplius „ apud Judæos permissus est agere, sed a Pudente Senatore, qui Christo credit in domum suam exceptus est, quæ erat „ in Viminali, ubi postea Titulus est erectus, *Pastoris* nomine nuncupatus „. Eadem habet ad annos 57. & 59. „ Hinc in Actis visitationis ejusdem Ecclesiæ an. 1627. jussu Urbani VIII. institutæ, legitur: „ In Ecclesia S. Pudentianæ in loco dicto Vicus Patritius, est Altare S. Petro dicatum, & est ibi mensa lignea, super qua Apostolorum Principem celebrasse, antiqua est & accepta traditio &c. Fuit hic domus Pudentis Senatoris Romani, „ qui excepit Petrum, & a Christianis cœperunt fieri sacre Synaxes &c. „ Quare Petrus de Natalibus lib. v. cap. 14. „ Hic Pudens (inquit) a B. Petro Apostolo doctus fuit, „ qui domum suam in Ecclesiam ædificavit „. Jonnes vero Baptista Paulianus lib. II. de Jubilæo: „ Magnum Religionis „ fundamentum monstrat Ecclesia antiqua fundata a S. Pudentiana Virgine & nobili, in loco domus suæ, in qua „ B. Pe-

„tare sacravit „. De hoc autem altare loqui videtur Innocentius Papa III. scribens ad Amelinum Abbatem his plane verbis: „ Ipsamque B. Priscæ Ecclesiam Vindocinensi „ Monasterio de speciali gratia restituumus, hoc adhibito „ moderamine, ut si forte nos aut successores nostri Presbyteros Cardinales ad ejus titulum duxerimus promovendos, pro ea maxime causa, ut super Altare B. Petri consuetum agant officium &c. „ Tandem in Actis Visitationis hujus Ecclesiæ anno 1626. jussu Urbani VIII. institutæ, sequens reperitur epigraphæ. „ Ecclesiam S. Priscæ excitarunt temporibus S. Petri Aquila & Priscilla sanctissimi „ conjuges, &c. Est Altare sub invocatione ejusdem S. Priscæ, & S. Petri eam baptizantis, &c. Adest fons baptismalis vetustus, in quo (ut ex traditione asseritur) fuit baptizata S. Priscæ „.

CAPUT VI.

De Ecclesia S. Pudentianæ.

IN hac Ecclesia tertia die infra octavam diei natalis SS. Apostolorum Petri & Pauli, fieri consuevit solemne in Pontificalibus sacrum, intervenientibus Protonotariis Apostolicæ Sedis ex numero Participantium, juxta memoratam Constitutionem Benedicti PP. XIV. quæ incipit *Admirabilis*: „ Nam perhibent hoc loco (inquit laudatus Pontifex §. 5. citatæ constitutionis) fuisse domum Pudentis Senatoris, „ apud quem, cum primum Romam advenit, hospitatus „ est Princeps Apostolorum Petrus, qui in eadem domo „ verbum Dei gentibus annunciavit, sacras habuit Synaxes, „ sacrum pluries fecit, & sacramenta Christi administravit; „ adeo ut in ea facta sint quodammodo prima Romanæ Ecclesiæ fundamenta, omnium aliarum Ecclesiarum matris „ & magistræ, quam superbæ inferorum portæ non vincunt „. Memoratæ traditionis sequentia in eadem Ecclesia, lapidea monumenta leguntur a Turrigio relata loc. cit. „ In hac sancta antiquissima Ecclesia tituli S. Pastoris a S. Pio „ Papa dedicata olim Domo S. Pudentis Senatoris & hospitio SS. Apostolorum, tria millia Beatorum Martyrum „ corpora requiescunt, quæ SS. Virgines Pudentiana & Præ-

„ xedes

„ xedes suis manibus sepeliebant „. Et ad dexterum tribunalatus „. In hac æde S. Pudentianæ fuit primum hospitium S. Petri Principis Apostolorum, quo fideles sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum Christiano ritu sumpturi accedebant „. Et prope altare S. Petri: „ In hoc altare S. Petrus pro vivis & defunctis ad augendam fidelium „ devotionem corpus, & sanguinem Domini offerebat, & „ est altare privilegiatum pro suffragiis defunctorum „. Hinc doctissimus Panvinius in libro de VII. Urbis Ecclesiis „ In hac Ecclesia (inquit) parte dextera est vetustissimum sacellum musivo opere decoratum a quodam Maximo viro „ illustri conditum, in quo vulgo S. Petrum primam in „ Urbe Missam celebrasse traditur „. Et Cardinalis Baronius in notis ad Romanum martyrolog. ad diem XIX. Maii „. Majorum firma traditione præscriptum est, Domum Pudentis Romæ fuisse primum hospitium S. Petri Principis „ Apostolorum, illicque primum Christianos convenisse ad „ Synaxim, coactam Ecclesiam, vetustissimumque omnium „ titulum Pudentis nomine appellatum, qui item & *Pastoris* „ dictus reperitur. Hodie vulgo Ecclesia S. Pudentianæ „ nuncupatur „. Idem Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi 44. „ Ceterum, ubi Petrus Evangelium „ prædicans, Gentilibus Romanis innotuit, non amplius „ apud Judæos permissus est agere, sed a Pudente Senatore, qui „ Christo credit in domum suam exceptus est, quæ erat „ in Viminali, ubi postea Titulus est erectus, *Pastoris* nomine nuncupatus „. Eadem habet ad annos 57. & 59. „ Hinc in Actis visitationis ejusdem Ecclesiæ an. 1627. jussu Urbani VIII. institutæ, legitur: „ In Ecclesia S. Pudentianæ in loco dicto Vicus Patritius, est Altare S. Petro dicatum, & est ibi mensa lignea, super qua Apostolorum Principem celebrasse, antiqua est & accepta traditio &c. Fuit hic domus Pudentis Senatoris Romani, „ qui excepit Petrum, & a Christianis cœperunt fieri sacre Synaxes &c. „ Quare Petrus de Natalibus lib. v. cap. 14. „ Hic Pudens (inquit) a B. Petro Apostolo doctus fuit, „ qui domum suam in Ecclesiam ædificavit „. Jonnes vero Baptista Paulianus lib. II. de Jubilæo: „ Magnum Religionis „ fundamentum monstrat Ecclesia antiqua fundata a S. Pudentiana Virgine & nobili, in loco domus suæ, in qua „ B. Pe-

„ B. Petrus habitavit, & sacra peregit, & Clemens successor
 „ Indulgentiam concessit, & ultra tria millia SS. Corporum
 „ & Martyrum sepulta sunt &c., Et Joannes Henricus Mer-
 „ curii Italici cognomento notus: „ Suppedirat (inquit) idem
 „ templum adversus hæreticos nostros argumentum, qui
 „ D. Petrum Apostolum Romæ fuisse inficias eunt: fuit pro-
 „ fecto & hocce in loco hospitatus; sacrosanctum Missæ sa-
 „ crificium (quod apud eos in usu honoreque nullo est)
 „ celebravit, quin extat Altare ipsum: viget fama con-
 „ stans; testes sunt haud pauci scriptores, quos adverbis
 „ sine ratione, sine auctoritate negantibus, optimo jure
 „ antepono. „ Eadem habent Pompejus Ugonius in Italico
 „ opusculo *de stationibus urbis*, Statione XXI. pag. 160., Pan-
 „ cirolus, Gulielmus de Fontaneto, Valerius Doricus, Jo. Lu-
 „ pardus, Turrigius, aliique. Profecto quum alteram ad Ti-
 „ motheum epistolam scripsit Paulus, Romæ degebat Christia-
 „ nus nomine Pudens, cujus diserte meminit laudatæ epistolæ
 „ capite IV. vers. 21. At illum Senatoria insignem fuisse dignitate
 „ ac Petri hospitem, ex eo præcipue negant critici recentio-
 „ res, quod Pudens ille Senator SS. Pudentianæ & Praxedis
 „ pater, cujus domum a Petro dedicatam fuisse arbitrantur,
 „ floruisse dicatur Pio Pontifice, ideoque centum circiter ann.
 „ post obitum SS. Petri & Pauli. At præterquam quod nihil
 „ certi de utroque Pudente comprobari potest; quis prohibet
 „ dicere priorem illum Pudentem, apud quem quum primum
 „ Romam advenit, hospitatus est Petrus, Pudentis alterius Se-
 „ natoris patrem extitisse aut avum, quum Pudentium familia
 „ satis nobilis fuisse videatur? Pudentis cujusdam Proconsulis
 „ haud male in Christianos affecti, meminit Tertullianus in
 „ lib. *ad Scapulam* cap. 4. & Lampridio teste, Pudens quidam
 „ Consul erat, quum Commodus inter Cæsares numeratus est
 „ IV. Id. Octobris, quas ipse postea Commodus Herculeas no-
 „ minavit. Ceterum Græci in Menologiis XVIII. Kal. Maii S. Pu-
 „ dentis festum colunt una cum SS. Aristarco & Trophimo,
 „ quos ex LXX. discipulorum numero esse dicunt, unde & Apo-
 „ stolos eos vocant, & Pauli sectatores, post cujus mortem,
 „ a Nerone interfectos fuisse opinantur. Latinorum autem mar-
 „ tyrologia vetustissima ejusdem Pudentis Senatoris tamquam
 „ D. Petri hospitis mentionem faciunt XIV. Kal. Junii.

Petrus Franciscus Fogginius in egregio suo opere *de Ro-
 mano*

mano D. Petri & Eiscopatu, exercitatione XIII. pag. 281. & 284.
 hanc S. Pudentianæ Ecclesiam sub titulo *Pastoris*, cum alia
 item antiquissima Ecclesia S. Petri ad Vincula sub titulo
 Eudoxiæ (de qua paullo inferius pag. 340.) confundisse vi-
 detur: ait enim: „ Quod vero ad illud spectat, Petrum
 „ Apostolum non solum apud Pudentem mansisse, atque
 „ apud ipsum sacra esse operatum, sed primam quoque Ec-
 „ clesiam in ejus domo consecrasse, & inde ex ea templum
 „ D. Petri ad Vincula factum esse, de rei veritate multum
 „ profecto dubitamus. „ At nemo ex veteribus aut recen-
 „ tioribus unquam dixit, Pudentis domum a S. Petro primo
 „ Romæ consecratam, Ecclesiam esse S. Petri ad Vincula: licet
 „ plerique hanc Beati PETRI catenis illustrem, de qua infra
 „ Capite VIII. & non S. Pudentianæ templum, ubi domum fue-
 „ rat Pudentis, primam revera Ecclesiam fuisse existiment,
 „ quam Princeps Apostolorum immortalis Deo dedicavit. Cui
 „ autem ex duabus antiquissimis sacris ædibus hic honor sit
 „ adscribendus, quis audeat divinare? Multa martyrologia
 „ Kal. Sextilibus memorant dedicationem primæ Ecclesiæ a
 „ B. PETRO Romæ consecratæ: „ Romæ, (inquit Corbejense)
 „ dedicatio primæ Ecclesiæ a B. Petro Apostolo constructæ
 „ & consecratæ. „ Vetustum Florentini: „ Romæ dedicatio
 „ primæ Ecclesiæ a Petro constructæ & consecratæ, & ejus
 „ absolutio a vinculis. „ Notkerus ex duplici festivitate a
 „ Martyrologio Florentini indistinctam unam quodammodo facit,
 „ dicens: „ Romæ Statio ad Sanctum Petrum ad Vincula,
 „ quam Ecclesiam ipse primus in Europa primam constru-
 „ xit & consecravit. In qua postmodum catenæ, quibus
 „ apud Hierosolymam victus, & a quibus Angelica visi-
 „ tatione solutus est, fidelium cura positæ expetuntur &
 „ coluntur. „ Hæc Notkeri verba ansam præbuerunt Flo-
 „ rentino in collectione *vetustioris occidentalis Ecclesiæ mar-
 „ tyrologiorum*, pag. 697. prolixam exercitationem scribendi,
 „ cui *de prima Romæ a D. Petro dedicata Ecclesia* titulum
 „ fecit. Quid autem de his sacris ædibus quas S. Petrus con-
 „ struxisse & consecrasse fertur, generatim recentiores Chri-
 „ stianarum Antiquitatum studiosi sentiant, paucis explicabo.

Constat inter omnes, jam tum ab Ecclesiæ incunabulis
 sacra quædam loca Christianos habuisse, ubi sacra perage-
 rent. Et quamvis ex vetustissimis quibusdam monumentis,

ac nominatim ex Actis S. Iustini apud Ruinartium pag. 59. edit. Amstelod. colligi posse videatur, quod olim Martyres, quum rogarentur, ubi Christianorum templa essent, respondebant, eos ubique sua Templa habere, Deo cœlum terramque impleri, & locum esse nullum, ubi integræ mentis homines debitam illi gloriam non deferrent; adeoque eos non raro divinas res, ubicumque ferret occasio facere consuevisse, quemadmodum præclare testatur Dionysius Alexandrinus apud Eusebium *Hist. Eccl. lib. 7. cap. 22.* attamen loca etiam habuisse nonnulla, ubi occulte conventus facere solebant, pro certo habendum, quamquam de illis silerent Martyres, ne scilicet *Sancti*, qui ibi conveniebant, corripentur. Ceterum alia privatis in domibus hæc erant, alia vero in montium specubus, & alia in subterraneis urbium locis. Docent Sanctorum Martyrum Acta, Christianos in Cœmeteriis convenire consuevisse, & ipse Apostolus Paulus privatos aliquos *in domibus Sanctorum* cœtus habitos esse significans, mirifice sententiam nostram confirmat. Et sane, quum privata sacella habuisse Ethnicos sciamus, quis sibi persuadeat, Christianos homines quot erant, tunc temporis præcipue, quo publicis carebant templis, privatum saltem sacellum habere neglexisse? Sed de his disputare uberius, ni præsto essent qui spartam hanc adornarunt viri eruditissimi Florentinus *loc. cit.* Cardinalis Bona *Rerum Liturg. lib. 1. cap. 19.* & Edmundus Martene *de antiqua Ecclesia disciplina tom. IV. cap. 2.* Quod præterire nequeo, illud est, Tillemontium hæc loca benedictione aliqua ab Episcopis sacrata fuisse probabile ducere; & nemo quidem, ut puto, non ducet, quem non lateat, quanta religione sacras res tractare consueverint veteres Christiani. Apostolos autem hospitem suorum domos, atque adeo cubiculum aliquod hospitalis domus in Ecclesias convertere solitos, & Fideles ad Apostolos ibi hospitantes ita convenire consuevisse, ut Ecclesiam sive Congregationem ibi facerent, facillime ex epist. D. Pauli ad Romanos probatur, ubi: *Salutat vos, inquit, Caius hospes meus, & tota Ecclesia.* Quid nam sibi hoc vult *tota Ecclesia*, nisi fideles illi omnes, qui in eadem Caii domo orationi & divinæ rei interesse solebant? Græcus habet: *Caius hospes meus & tota Ecclesia; Εὐχαριστῶς ἐκεῖ.* Itaque si Pudens domi suæ PETRUM excepit, quis audeat denegare conventus Christianorum

norum in ea factos, atque ita Ecclesiam in Pudentis domo constitutam? In qua quum primo hospitium PETRUS invenerit, verosimillimum esse negari nequit, & primum rem divinam Apostolum fecisse; adeoque præcipua religione cultam semper fuisse a Romanis. Ut autem rei apud posteros memoria maneret æterna, quum publica templa ædificandi copia facta est, ibi quoque publicum templum dedicatum fuisse, & hoc illud ipsum esse S. Pudentianæ, *Pastoris* titulo insignitum.

CAPUT VII.

De Ecclesia S. Mariæ in via lata.

IN hoc loco antiqua Religione celeberrimo, fertur, primum hospitio exceptum fuisse Apostolum & Magistrum Gentium PAULUM, qui ut Acta Apostolorum testantur, „mansit biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes, „ qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & „ docens quæ sunt de Domino Jesu Christo cum omni fiducia, sine prohibitione „. Neque solum D. Paulus, sed etiam Apostolorum Princeps Petrus, in hac æde sacrum fecisse, perhibetur. Nam Joannes Bonifatus in *hist. virg. lib. v. cap. 1. num. 2.* testatur, „neminem unquam dubitasse, „ illam domum in qua Petrus & Paulus sanctissimam dixerunt, „ Missam in via lata, consecratam Virgini esse purissimæ „. Quare S. M. Benedictus XIV. in laudata Constitutione *Admirabilis*, statuit: „ut in ea, quarta die inter octavam natalis eorundem Apostolorum, Missarum persolvantur sole „ mnia cum interventu Auditorum Causarum Palatii Apostolici „. Vide quæ de eadem Ecclesia pie diligenterque congestit Floravantes Martinellius in Italico opere Romæ edito anno 1655. cui titulum fecit: „Primo Trionfo della Santissima Croce eretto in Roma nella via lata da S. Pietro „ Apostolo „.

APPENDIX
CAPUT VIII.

De Ecclesia S. Petri ad Vincula.

DE hujus templi origine & antiquitate, catenarumque S. Petri in eo servatarum cultu, adeo docte, diligenter, accurateque tractavit vir clariss. D. Michael Angelus Moniacratus Canonicorum Regularium S. Salvatoris Abbas Generalis in peculiari *Dissertatione*, quam de iisdem catenis Romæ edidit anno 1750. ut nullus jam nobis de antiquissima æte agendi locus, relictus esse videatur (a). In eadem Ecclesia, quinta die Octavæ Natalis SS. Apostolorum ad Misarum solemniam in Pontificalibus celebranda conveniunt Cameræ Apostolicæ Clerici, juxta memoratam Benedicti XIV. Constitutionem, ubi §.7. vetustissimum celeberrimumque templum, Eudoxiæ quoque titulo nuncupatum, sequentibus plane verbis doctissimus idem Pontifex commendat. „ Hæc
„ prima Ecclesia esse traditur, quæ a Principe Apostolorum
„ fuit Romæ immortalis Deo dedicata; in hac ejusdem Beati
„ Apostoli sacra Vincula servantur, quæ semper summo in
„ honore ac veneratione apud fideles omnes fuerunt, plu-
„ raque benignissimus Deus miracula per ea efficere, ad lau-
„ dem & gloriam servi sui, dignatus est. Hi enim sunt
„ felices illi nexus, qui de manicis & compedibus in coro-
„ nam mutandi, Apostolum contingentes, Martyrem red-
„ diderunt: Felices catenæ, quæ nudatis pene ossibus inhæ-
„ rentes, vivas reliquias de sanguinis sudore, jam attrita
„ carne, rapuerunt: Felicia Vincula, quæ reum suum usque
„ ad Christi Crucem, non tam condemnatura, quam confe-
„ cratura, miserunt „.

CAPUT IX.

De Ecclesia S. Petri in Carcere.

IN superiori hujus Ecclesiæ parte ob inferioris angustiam, sexta intra octavam natalis SS. Apostolorum die, Misarum solemniam in Pontificalibus celebrantur, adstantibus Referendariis

(a) Consule etiam, si placet, quæ de catenis, quibus B. PETRUS Herodis Agrippæ jussu Hierosolymæ incarceratus fuit, diximus superius

in *Annalibus SS. Apostolorum* ad annum ætæ vulg. 42. & præcipue in subiecta nota (a), pag. 230. & seqq.

MONUMENTORUM. 341

daris Votantibus Signaturæ Justitiæ, ut præcipit æternæ memoriæ Pontifex Benedictus XIV. in sæpe memorata Constitutione: In inferiori enim sacræ hujus ædis parte carcer fuit Mamertinus, in quo, ut ferunt, Beati Apostoli Petrus & Paulus per plures menses arctissima custodia ad mortem usque detenti sunt, eorumque Custodes Processus & Martinianus ad fidem conversi, subito ex proxima petra divina virtute fonte enato, fuerunt a Petro sacro Baptismo abluti; & ubi in vinculis & terribili carceris sceditate invisentibus se, Evangelium Dei prædicare, curare infirmos, sanare ægrotos, & multa alia patrare miracula non desierunt. Quare in prædicto carcere & memoratus fons aquæ perennis in hodiernum usque diem permanet, & lapis satellitum impulsu B. Petri capiti impactus, & columna ad quam sanctissimos Apostolos alligatos fuisse perhibent, adhuc servantur, cum sequentibus inscriptionibus. Ad Fontem quidem: „ Fons hic est ille aqua
„ perenni celebris, qui Beatorum Apostolorum Petri & Pauli
„ sub Mamertini custodia in Monte Tarpejo existentium,
„ precibus, ad SS. Processi & Martiniani custodum, aliorum-
„ que quadraginta septem baptismum, repente exortus est „.
Ad lapidem vero. „ Dum in inferiorem hunc carcerem Beatus Petrus Apostolus Neronis jussu contraditur, capite Lapidis satellitum impulsu immaniter impacto, faciei vestigium statim imprimitur „. Ad columnam demum: „ Hæc est illa columna, ad quam Beati Apostoli Petrus & Paulus diu in hoc carcere alligati sunt „. Hinc in Breviario Romano ad diem secundam Julii legitur. „ Quo tempore Petrus & Paulus tenebantur sub custodia Mamertini in Monte Tarpejo, duo custodes Processus & Martinianus cum aliis 40. (alibi 47.) Apostolorum prædicatione miraculose, que commoti, se ad Jesu Christi fidem converterunt, & cum repente fons e saxo ortus esset, baptizati sunt „. In Martyrologio vero sub eadem die: „ Romæ in via Aurelia Natalis SS. Martyrum Processi & Martiniani, qui a B. Petro Apostolo in custodia Mamertini baptizati, &c. Eæ ad diem xiv. Martii. „ Romæ natalis SS. xlvii. Martyrum, qui baptizati sunt a B. Apostolo Petro cum teneretur in custodia Mamertini cum Coapostolo suo Paulo, ubi novem menses detenti sunt &c. „ Enimvero Ven. Card. Baronius in suis ad Martyrologium notis, explicans verba illa in cu-
stodia

Stodia Mamertini: „ Sic appellatus reperitur (inquit) carcer
 „ ille, qui nobilitatus vinculis SS. Apostolorum Petri &
 „ Pauli aliorumque SS. Martyrum ad radices Capitolii, su-
 „ pra locum quem hodie Forum dicunt positus, subterra-
 „ neos habens descensus, a Christianis statutis diebus reli-
 „ gionis ergo frequenti cœtu inuisitur, atque in honore ha-
 „ betur „. Et paullo inferius: „ Carcer itaque Mamerti-
 „ nus SS. Apostolorum Petri & Pauli, aliorumque SS. Mar-
 „ tyrum vinculis consecratus, ex quo desiere superstitiosæ
 „ gentilitatis Imperatores, desiit esse criminorum ergastu-
 „ lum, ac mutatus est in Ecclesiam. Nam ex quo Christiani
 „ homines sumperunt habenas Imperii, non amplius inve-
 „ nies quempiam detrusum in carcerem Mamertinum, sed
 „ atrocium criminum rei in Tiberinam insulam conicie-
 „ bantur „. Eadem habet in Annalibus Ecclesiasticis ad an. 68.
 „ addens de fonte in eodem carcere existente: „ notissimum esse
 „ ejus rei experimentum, dum certis anni diebus quibus car-
 „ cer ille religionis ergo inuisitur totius urbis concursu &
 „ fideles inde hauriant aquam & potent, & tamen fons in-
 „ deficiens perseveret (a) „. Bozcius vero in lib. 1. de signis
 „ cap. xv. Baronio adhærens „ Anno Domini 68. (inquit) eve-
 „ nit S. Petrum in carcerem Mamertinum fuisse missum,
 „ Adservabatur a militibus Processo & Martiniano qui S. Pe-
 „ tri monitu nomen Christo dederunt, cumque non esset
 „ eo in loco ad illos baptizandos aquæ copia, mirabiliter e
 „ solido saxo fons venit, e cujus aqua baptismus est admi-
 „ nistratus. Illud igitur primum miraculum, e lapide pro-
 „ tinus emanasse copiosum fontem, quod Acta Sanctorum,
 „ quæ adhuc extant, testantur. Huic secundum accedit,
 „ post annos 1520. non exaruisse fontem, e sicco marmore
 „ fluentem. Quod vero superat omnia & quivis experiri po-
 „ test & plurimis est experimentis compertum, quantumvis
 „ inde

(a) Et sane hunc carcerem non-
 modo Baronii ætate, sed jam a
 primis ferme Ecclesiæ seculis tum
 in ipso natali die SS. Apostolorum,
 tum etiam per totam octavam a
 frequenti fidelium cœtu visitari con-
 suevisse, quemadmodum & cetera
 ad eorundem Sanctorum memo-

riam, pertinentia monumenta; pa-
 tet ex his, quæ habentur in vetustis-
 simo hymno de SS. Apostolis D. Am-
 brofio tributo, ubi legitur
Tante per Urbis ambitum
Stipata recondunt ægmina
Tivis celebratur viis
Festum Sanctorum Martyrum.

„ inde haurias, numquam tamen contigit exhauriri. Alti-
 „ tudo est cubiti unius, latitudo fere palmi. Quotannis ex
 „ totius urbis concursu ventitatur. Nemo est, qui non ex
 „ ejus lymphis potet sumatque, nihil imminuitur tamen.
 „ Atque ut magis obstupescas, etiamsi nullus ex illo hauriat,
 „ in eodem tamen permanet statu, non exuperat, non re-
 „ dundat. Non te ablego ad Indos & Antipodas. Carcer
 „ Mamertinus est ad radices Capitolii, ibi fons, ibi locus
 „ patet „. Porro hæc postrema Bozii verba nobis occasio-
 „ nem suppeditant animadvertendi, carcerem hunc Mamer-
 „ tinum ad radices Capitolii, in quo Cetegum & Lentulum in
 „ Catilinæ conspiratione Ciceronis Consulis jussu, laqueo in-
 „ teremptos ferunt, omnino diversum esse a carcere *Tulliano*
 „ non longe a Theatro Marcelli sito, ubi templum in hono-
 „ rem S. Nicolai Episcopi erigitur, quemadmodum egregie,
 „ eruditeque offendit idem Ven. Cardinalis Baronius peculiari
 „ dissertatione, quam suis in Romanum Martyrologium adno-
 „ tationibus ad diem xiv. Martii inseruit. Video enim a non-
 „ nullis Scriptoribus ceteroquin rerum Romanarum ac locorum
 „ Urbis peritissimis, utrumque carcerem perperam confundi,
 „ ac nominatim ab Ugonio in *lib. de stationibus num. 32. (a)*

Y 4

Hinc

(a) Lucius Maurus Antiquita-
 tum Romanarum cap. 3. „ Nel capo
 „ del foro (inquit) alle radici del
 „ Campidoglio edificò Anco Marzio
 „ il carcere, dove poi Servio Tullo
 „ aggiunse un'altra stanza sotter-
 „ ranea, che da lui fu chiamata
 „ *Tulliana* (o più tosto *Tullana*)
 „ e S. Silvestro dedicò questo luogo
 „ a S. Pietro in Carcere, e anti-
 „ camente il primo di Agosto in
 „ onore di questo Santo vi si faceva
 „ gran festa, la quale fu trasferita
 „ poi in grazia di Eudofia Impe-
 „ ratrice nelle Esquilie, dove ella
 „ edificò la Chiesa di S. Pietro ad
 „ Vincula „. Ridolphinus autem
 „ Venetus Cortonenfis Romanarum
 „ Professor antiquitatum sane egre-
 „ gius in posthuma recentioris Ro-

mæ topographica descriptione nuper
 edita, pag. 351. de æde S. Petri in
 Carcere hæc habet. „ Vedesi nella
 „ parte sotterranea della suddetta
 „ (Chiesa di S. Giuseppe de Fale-
 „ gnami) l'altra devota chiesa di
 „ S. Pietro in Carcere, ricca di
 „ grandi Indulgenze, eretta da
 „ Cristiani de' primi secoli nel car-
 „ cere TULLIANO, o MAMERTINO
 „ alla venerazione de' Santi Prin-
 „ cipi degli Apostoli, per essere
 „ sotto la medesima un luogo an-
 „ gusto e profondo, nel quale la
 „ crudeltà di Nerone gli tenne lun-
 „ go tempo incatenati, ed essi
 „ Santi colle loro preghiere vi fe-
 „ cero nascere miracolosamente una
 „ fonte da un sasso durissimo, per
 „ battezzare li SS. Processo e Mar-
 „ tinis

Hinc non mirum, si Marlianus *lib. 3. c. 5.* Topographiæ urbis Romæ scripserit: „Erat autem Tullianum (sicut hodie videmus) duplex, superior & inferior camera. Superiori extat adhuc foramen spiraculi causa additum, ut retulit Flaccus; locus nunc D. Petro cognominato in carcere est dicatus „. Et Andreas Fulvius de Tulliano carcere loquens *lib. 4. Antiquitat.* subjunxit: „Dicitur est etiam carcer Mamertinus a Mamertino Urbis Præfecto, postea vero carcer S. Petri, cui Templum consecratum a Silvestro Papa rogatu Constantini Magni, ubi dies Calendarum Augusti sub honore vinculorum Petri celebratur „. Consule quæ de sacra hac Mamertini carceris æde habentur apud Pancirolium, Joan. Henricum, Valerium Doricum, Augustinum Manni, aliosque bene multos, quorum testimonia diligenter collegit Franciscus Maria Turrigius in laudato *sa-
crorum Roma trophaeorum opere*, capite VII.

CAPUT X.

De Ecclesia S. Petri in Monte aureo.

IN ea Janiculi parte, in qua nobile hoc templum erigitur, Principis Apostolorum cædem contigisse, ac peculiariter in distincto subterranei sacelli loco, ejus Crucem defixam fuisse, traditio est, peculiari totius urbis cultu firmata (a); adeoque in eodem templo, die septima infra octavam

Nata-
tiniانو, Custodi della stessa pri- modo ampla domus Franciscanorum
gione, con altri quaranta sette (quos *Minores de Observantia Re-*
gentili, convertiti alla vera fe- *formatos* appellant) adjungitur,
de, e fatti tutti alcuni anni do- ineunte Sec. XVI. Catholicorum Re-
po partecipi della corona del gum Ferdinandi & Elisabethæ con-
martirio „. jugis liberalitate iteram ædificatum
(a) Antiquissimum hoc templum, fuisse, patet ex sequenti in eo ad-
quod nonnulli a Constantino Magno posita inscriptione.

primo erectum arbitrantur, & cui
B. PETRI . APOSTOLORVM . PRINCIPIS
MARTYRIO . SACRVM
FERDINANDVS . REX . HISPANIARVM
ET . ELISABETHA . REGINA . CATHOLICI
POST . ERECTAM . AB EIS . AEDEM . POSVERE .
ANNO . SALVTIS . M. D. II.

Sacerd.

Natalis SS. Apostolorum Petri & Pauli solemne sacrum celebratur assistentibus Abbreviatoribus de Parco majore, quemadmodum præcipit Benedictus PP. XIV. in memorata Constitutione: *Admirabilis &c.* „ Ibi enim, ut pia traditione fertur (sunt verba laudatæ Constitutionis) B. Petrus Apostolus cruci affixus, martyrio coronatus est capite ad terram verso, pedibus elevatis, asserens se indignum quod sic crucifigeretur ut dominus suus; sed ita e terra Cælum quo iter parabat, suspiciens, admirandæ humilitatis virtutem, novique mysterii disciplinam & inter tormenta servavit (a) „. Quamvis autem & Petrus Comesstor (*hist. Afr. Apost. cap. ult.*) in Vaticano in vico scilicet extra civitatem, & Petrus Mallius in *descript. Basil. Vatic. num. 48.*) juxta Thebæbinthum Neronis prope Ecclesiam S. Mariæ in Transpadina, scilicet

Sacellum vero, de quo superius, regio planè luxu exornasse, hoc Philippum Hispaniarum regem III. denotat monumentum:

APOSTOLORVM PRINCIPIS
PHILIPPVS III. HISPANIARVM REX
AEDEM HVIVSCE SACELLI
VETVSTATE COLLABENTEM
DILIGENTIA ORNATISSIMI VIRI
IOANNIS FERNANDEZ PACECO
MARCHIONIS VILLENÆ
PIAM OPERIS AVITI MEMORIAM
HAEREDITARIA RELIGIONE RENOVAVIT .
M. DC. V.

(a) Eadem refert ex constantissima Patrum traditione Ven. Card. Barenus ad an. 69. n. 19. At Basnagius Calvinianus in suis Annalibus ad an. 65. n. 14. immerito sane clarissimum Annalium Ecclesiasticorum parentem accusat, quod loc. cit. *Petrum Capite deorsum verso & in sublimis pedibus elevatis cruci confixum fuisse*, omnium Patrum sententiam dixerit. Quis enim sibi cum Basnagio persuadeat, omnes illos Patres contra sentire, qui S. Petrum in crucem actum fuisse referentes, hoc diferte non dicunt? Quæ autem idem Basnagius subjungit ad advertendam Baronii immo SS. Pa-

trum sententiam; quod crucifigi capite deorsum verso atrocius supplicium sit, ideoque diversum ab usitato crucifigendi modo: quod neminem alium invenire sit martyrem ex cruci affixis, quibus eadem fuerit humilitas: quod temerarium sit atrociores cruciatus experere: quod non affectasset Christo assimilari: quod sit contra munitum ipsius J. Ch. ad illud *Joan. XXI. 18. Alius te cinges & transferes quo volēs*, demum, quod spectatores, ut SS. martyrum mos fuit, facile alloqui non potuissent: rationes adeo leves ac nugatorie sunt, ut eas recensere, idem sit confutare.

Hinc non mirum, si Marlianus *lib. 3. c. 5.* Topographiæ urbis Romæ scripserit: „Erat autem Tullianum (sicut hodie videmus) duplex, superior & inferior camera. Superiori extat adhuc foramen spiraculi causa additum, ut retulit Flaccus; locus nunc D. Petro cognominato in carcere est dicatus „. Et Andreas Fulvius de Tulliano carcere loquens *lib. 4. Antiquitat.* subjunxit: „Dicitur est etiam carcer Mamertinus a Mamertino Urbis Præfecto, postea vero carcer S. Petri, cui Templum consecratum a Silvestro Papa rogatu Constantini Magni, ubi dies Calendarum Augusti sub honore vinculorum Petri celebratur „. Consule quæ de sacra hac Mamertini carceris æde habentur apud Pancirolium, Joan. Henricum, Valerium Doricum, Augustinum Manni, aliosque bene multos, quorum testimonia diligenter collegit Franciscus Maria Turrigius in laudato *sa-
crorum Roma trophaeorum opere*, capite VII.

CAPUT X.

De Ecclesia S. Petri in Monte aureo.

IN ea Janiculi parte, in qua nobile hoc templum erigitur, Principis Apostolorum cædem contigisse, ac peculiariter in distincto subterranei sacelli loco, ejus Crucem defixam fuisse, traditio est, peculiari totius urbis cultu firmata (a); adeoque in eodem templo, die septima infra octavam

Nata-
tiniانو, Custodi della stessa pri- modo ampla domus Franciscanorum
gione, con altri quaranta sette (quos *Minores de Observantia Re-*
gentili, convertiti alla vera fe- *formatos* appellant) adjungitur,
de, e fatti tutti alcuni anni do- ineunte Sec. XVI. Catholicorum Re-
po partecipi della corona del gum Ferdinandi & Elisabethæ con-
martirio „. jugis liberalitate iteram ædificatum
(a) Antiquissimum hoc templum, fuisse, patet ex sequenti in eo ad-
quod nonnulli a Constantino Magno posita inscriptione.

primo erectum arbitrantur, & cui
B. PETRI . APOSTOLORVM . PRINCIPIS
MARTYRIO . SACRVM
FERDINANDVS . REX . HISPANIARVM
ET . ELISABETHA . REGINA . CATHOLICI
POST . ERECTAM . AB EIS . AEDEM . POSVERE .
ANNO . SALVTIS . M. D. II.

Sacerd.

Natalis SS. Apostolorum Petri & Pauli solemne sacrum celebratur assistentibus Abbreviatoribus de Parco majore, quemadmodum præcipit Benedictus PP. XIV. in memorata Constitutione: *Admirabilis &c.* „ Ibi enim, ut pia traditione fertur (sunt verba laudatæ Constitutionis) B. Petrus Apostolus cruci affixus, martyrio coronatus est capite ad terram verso, pedibus elevatis, asserens se indignum quod sic crucifigeretur ut dominus suus; sed ita e terra Cælum quo iter parabat, suspiciens, admirandæ humilitatis virtutem, novique mysterii disciplinam & inter tormenta servavit (a) „. Quamvis autem & Petrus Comesstor (*hist. Afr. Apost. cap. ult.*) in Vaticano in vico scilicet extra civitatem, & Petrus Mallius in *descript. Basil. Vatic. num. 48.*) juxta Thebinthum Neronis prope Ecclesiam S. Mariæ in Transpadina, scilicet

Sacellum vero, de quo superius, regio planè luxu exornasse, hoc Philippum Hispaniarum regem III. denotat monumentum:

APOSTOLORVM PRINCIPIS
PHILIPPVS III. HISPANIARVM REX
AEDEM HVIVSCE SACELLI
VETVSTATE COLLABENTEM
DILIGENTIA ORNATISSIMI VIRI
IOANNIS FERNANDEZ PACECO
MARCHIONIS VILLENÆ
PIAM OPERIS AVITI MEMORIAM
HAEREDITARIA RELIGIONE RENOVAVIT .
M. DC. V.

(a) Eadem refert ex constantissima Patrum traditione Ven. Card. Barenus ad an. 69. n. 19. At Basnagius Calvinianus in suis Annalibus ad an. 65. n. 14. immerito sane clarissimum Annalium Ecclesiasticorum parentem accusat, quod loc. cit. *Petrum Capite deorsum verso & in sublimis pedibus elevatis cruci confixum fuisse*, omnium Patrum sententiam dixerit. Quis enim sibi cum Basnagio persuadeat, omnes illos Patres contra sentire, qui S. Petrum in crucem actum fuisse referentes, hoc diferte non dicunt? Quæ autem idem Basnagius subjungit ad advertendam Baronii immo SS. Pa-
trum sententiam; quod crucifigi capite deorsum verso atrocius supplicium sit, ideoque diversum ab usitato crucifigendi modo: quod neminem alium invenire sit martyrem ex cruci affixis, quibus eadem fuerit humilitas: quod temerarium sit atrociores cruciatus experere: quod non affectasset Christo assimilari: quod sit contra munitum ipsius J. Ch. ad illud *Joan. XXI. 18. Alius te cinges & transferes quo noles*, demum, quod spectatores, ut SS. martyrum mos fuit, facile alloqui non potuissent: rationes adeo leves ac nugatorie sunt, ut eas recensere, idem sit confutare.

seu *Transpontina* B. Petrum cruci affixum fuisse doceant, a quibus minus dissentire videtur liber Pontificalis, asserens S. Apostolum sepultum esse *via Aurelia in templo Apollinis, juxta locum, ubi crucifixus est, juxta Palatium Neronis in Vaticano*: Ven. tamen Card. Baronius utramque sententiam conciliare conatur, (probare contendens, Vaticani jugum ad eam usque Janiculi partem extendi, ubi S. Petri in Monte aureo sublime templum erigitur) his plane verbis ad an. 69. n. 16., Sicut Janiculus longe porrectus protenditur usque ad pontem Milvium; ita Vaticanus non illa tantum Janiculi parte continetur, in qua est hodie Basilica Vaticana; sed Vaticanum quoque appellatam esse eam Janiculi Regionem, quæ versus Aventinum in longum porrecta e latere trans flumen oppositum habet theatrum Pompeii, ut Horatius demonstrare videtur &c. Ex quibus declarari videtur, partem eam Janiculi, quam hodie frequentius latine ipsum Janiculum nominamus, Vaticanum quoque esse dictam, ut ex his jam liquido appareat, nequaquam a veritate aberrasse eos, qui dixerunt passum esse Petrum in Vaticano, nec tolli, quominus æque verum sit, ipsum in ea Janiculi parte, ubi ejus rei extat memoria recenter honorifice restituta, fuisse cruci affixum, quod & pariter ut vidimus, Vaticanus diceretur idem locus, qui postea (puto honoris causa) ob nobilem Petri triumphum *Mons aureus* dici meruit, quod nomen frequentiori usu hactenus perleverat, (a). Et sane jam ab antiquissimis tempo-

(a) Plerique tamen ex recentioribus criticis Baronii observatione minime deterriti, S. PETRUM extra Urbem martyrium suum consummasse existimant, ac præcise in eo loco, ubi templum Vaticanum extollitur, quo ceteros Christianos cadere consuevit Nero prope suos hortos; præsertim quum Tacitus enarrans, quibus cruciatuum generibus Christianorum eadem crudelissimus Imperator patriverit, crucis etiam meminerit, eique spectaculo impium Principem hortos suos obru-

hisse edoceat, his plane verbis: Pereuntibus addita ludibria; ut ferarum tergis contesti Ianiatu canum interirent, aut crucibus adfixi, aut flammandi, aut ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, & Circeæ ludricum edebat habitu aurigæ, permixtus plebi, vel curriculo insitens. Neque solum de certo & peculiari urbis loco, ubi cadens Principis Apostolorum contigit erudiri disputant, sed etiam

ribus Petrum prope Naumachiam cruci affixum fuisse traditum fuit: naumachiam autem celeberrimam extitisse in Transiberina regione ad radices Janiculi, nemo ignorat; eamque fortasse intellexisse videtur Prudentius, quum Hymn. 12. *Περί σταυρῶν* cecinit:

Scit Tyberina palus, que flumine lambitur propinquo

Binis dicatum caespitem trophæis

Et crucis, & gladii textis, quibus irrigans easdem

Bis fluxit imber sanguinis per herbas.

Quare Maphæus Vegius Martini V. Pont. Max. *Data-rius* in opere de rebus antiquis memorabilibus *Basilica Vaticana* a Bollandi sociis in lucem edito Tom. 7. Act. mensis Junii, Illud non negaverim (inquit) B. Petrum in Monte aureo crucifixum fuisse. Nam quod in monte aureo crucifixus fuerit B. Petrus, comprobare satis videtur auctoritas Cæli cujusdam antiqui scriptoris: Ego, inquit, habeo *trophæa Apostolorum quæ ostendam. Si enim procedas via regali quæ ad Vaticanum ducit, aut via Ostiensi, invenies Trophæa, in quibus ab utraque parte statutis Romana communitur Ecclesia.* Est enim mons aureus, in quo crucifixum B. Petrum diximus, situs recte ipsa via regali, quæ ad Vaticanum ducit. Vide Cortesii librum 2. de

Roma-

etiam utrum funibus ligatus, an clavis fixus e cruce pependerit, statuere conantur. Quis autem his de rebus audeat aliquid pro certo asserere? Nunc funibus, nunc clavis e cruce reos suspendere antiqui consueverunt; PETRUM vero funibus ligatum dicit Tertullianus *Scorp. capite 15.* affixum clavis S. Augustinus *serm. 253.* Theodoretus *orat. de charitate*, alijque. Observandum præterea in Ecclesia S. Mariæ transpontem columnas aservari duas antiquissimas, quibus PETRUM & PAULUM adstrictos fuisse traditur & verberatos, adnotante Turrigio *trophæorum cap. xv. pag. 94.* Scilicet ex veteri more cru-

cem verbera fere semper anteabant, ut recte Lipsius animadvertit *lib. 2. de cruce cap. 2.* Nec defunt exempla, quod verberibus damnati ad columnam adstringerentur, ita enim flagellis cæsus est Jesus Christus, ut ab omnibus antiquis Patribus discimus, ne cetera commemorem, quæ copiose idem Lipsius collegit *l. c. cap. 4.* Quod spectat ad D. Paulum, quem Romanum civem fuisse scimus ex Actis Ap. cap. 16. quamvis cautum erat legibus Porcia & Semproniam, ne Romani cives caderentur, haud tamen hoc capitis sententia ob turpe aliquod facinus damnatis, semper suffragabatur.

Romano itinere D. Petri pag. 190. nostrasque in eum locum animadversiones, in quibus laudatum Caii testimonium græcè descriptum invenies.

CAPUT XI.

De Ecclesia S. Mariæ Novæ, sive S. Franciscæ Romanæ.

Historiam de Simone Mago a S. Petro post gloriosissimam victoriam superato, verissimam esse, vidimus superius in notis ad lib. 1. Gregorii Cardinalis Cortesii de Romano itinere D. Petri pag. 30. An vero æqualem fidem mereatur pia & antiqua traditio, qua creditur locum prope templum Romuli nunc SS. Cosmi & Damiani, in Campo Boario, in quo hæc S. Mariæ Novæ, sive S. Franciscæ Romanæ Ecclesia ædificata est, illum ipsum esse, ubi B. Petrus clarissimum certamen iniit, prudentibus Lectoribus dijudicandum relinquimus (a). Lapidem autem parieti Presbyterii a latere epistolæ inserti visuntur, in quibus vestigia esse perhibent genuflexionis S. Petri, quum genuflexus orans, Simonem Ma-

(a) In Comment. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Pontifici olim tributarum, ubi hæc leguntur. „ Romam Simon cum venisset, Ecclesiam vehementer perturbavit, multos evertens; atque in suam adducens sententiam: gentes vero commovebat magicis artibus. Itaque quadam die in theatrum in meridie processit, pollicitus se in aerem volaturum. Itaque sublatus a Dæmonibus volabat sublimis. Attollens ego manus in Cælum, tota mente supplicabam Deo, ut per Jesum Christum Dominum frangeret scelestum illum & dæmonum vim labefaceret, cumque hæc dicerem, desertus a virutibus Simon cum magno fragore corruit, vehementerque concussus, fregit coxendicem, & pedum talos. „

Magum e sublimi aere deturbaret. Hujusmodi lapidum meminere Joannes Lupardus, Secundus Lancellottus lib. 2. cap. 7. hist. Olivetana, & his multo antiquior S. Gregorius Turo-nensis lib. 1. Mirac. cap. 27. ubi: Extant (inquit) hodie apud urbem Romam duæ in lapide fossule, super quibus BB. Apostoli deflexo poplite contra ipsum Simonem Magum orationem ad Dominum fuderunt. Ceterum quidquid sit de istiusmodi saxi miraculis, communior opinio habet Simonem cecidisse prope templum Romuli via sacra. Quoniam vero in laudatis ad Cortesium adnotationibus, ipsa dumtaxat veterum auctorum Simonis volatum lapsumque enarrantium nomina commemoravimus, postulat hic locus, ut eorundem locupletissimorum tantæ rei testium etiam ipsa verba consideremus. Primus est Arnobius, qui Diocletiano rerum domino floruit, seculo Ecclesiæ tertio cadente, quique eam historiam in suo adversus gentes doctissimo opere inseruit lib. 2. ubi mirum sane foret ea, quæ mendacium saperent retulisse, & se, & Ecclesiam, ad quam recens venerat, Gentium derisui objecturum. Ejus verba hæc sunt. „ Viderant enim (de Romanis loquitur) cursum Simonis Magi, & quadrigas igneas Petri ore difflatas, & nominato Christo & vanuisse. Viderant, inquam, fidentes diis falsis, & ab iisdem metuentibus proditum, pondere præcipitatum suo, & cruribus jacuisse perfractis, post deinde perlatum Brundam, cruciatibus & pudore defessum ex altissimi culminis se rursus præcipitasse fastigio. Quæ omnia vos gesta neque scitis, neque scire voluistis, neque unquam vobis necessaria judicastis. „

Excipit Arnobium Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus seculi iv. scriptor, qui Catechesi vi. „ Cum vero (inquit) error se latius spargeret, vitium illud correxit egregium par virorum Petrus & Paulus Ecclesiæ Præsules illuc ap-pulsi, Simonemque illum videlicet opinione Deum, superbe se ostentantem subita morte perculerunt. Nam cum pollicitus esset Simon, se sublimem in Cælos elatum iri, ac Dæmonum vehiculo sublatus per aera ferretur, genibus provoluri servi Dei, concordiamque illam demonstrantes, de qua Jesu dixerat: si duo ex vobis concordarint, de omni re quacumque petierint, fiet eis: concordia telo per precationem adversus Magum immisso „ præ

„ præcipitem ad terram dejecerunt . Neque tibi res illa
 „ mira videatur , tametsi alioqui admiranda ; Petrus nam-
 „ que erat is , qui cæli claves circumferebat : Nihil quo-
 „ que miri ; Paulus enim erat is , qui in tertium cælum
 „ raptus erat , audieratque arcana verba , quæ non licet
 „ homini loqui . Ex sublimi aere illum existimatum Deum
 „ ad terram dejecerunt , ad subterranea deprimendum „ .

Philastrius item sive Philaster Romæ diu moratus an-
 tequam Brixienfis constitueretur Episcopus anno circiter 370 .
 (nam Epiphanius , qui Salaminæ in Cypro Pontificatum cir-
 ca annum Domini 368 . obtinuit , de eodem Simonis lapsu
 testimonium , paullo superius adduximus pag. 348 . nota subject .)
 Philastrius , inquam , in libro *de hæresibus* ab Angelo M.
 Card. Quirino S. R. E. Bibliothecario inter Patres Brixianæ
 Ecclesiæ , ediro , pag. 22 . „ Cum fugeret (scribit de Simo-
 „ ne) Beatum Petrum Apostolum de Hierosolymitana ci-
 „ vitate , Romamque veniret , ibique pugnaret eum Beato
 „ Apostolo apud Neronem regem , devictus undique ora-
 „ tione Beati Apostoli , atque percussus ab Angelo , sic
 „ meruit interire , ut ejus magiæ evidens mendacium cun-
 „ ctis hominibus patefieret „ .

Porro Sanctus Ambrosius Mediolanensis Pontifex haud
 uno quidem , sed multis in locis & volatum Simonis , &
 D. Petri de eo victoriam memorat , hisque plane verbis
 claudit caput 8 . lib. 4 . Hexæmeron : „ Petrus Simonem
 „ alta Cæli magico volatu petentem , dissoluta carminum
 „ potestate dejecit & stravit „ .

Quod vero spectat ad auctores quinto Ecclesiæ seculo
 claros , agmen ducat Sanctus Augustinus , qui in libro *de*
hæresibus cap. 1 . de Simone Romæ commorante verba faciens :
 „ In qua urbe , ait , Beatus Apostolus Petrus eum vera
 „ omnipotentis Dei virtute extinxit „ . Insigne præterea rei
 de qua loquimur testimonium habet Sulpicius Severus *hist.*
Sac. lib. 2 . ubi : „ Etenim tam illustis (inquit) illa adver-
 „ sus Simonem Petri ac Pauli congressio fuit , qui cum
 „ magicis artibus , ut se Deum probaret , duobus suffultus
 „ Dæmoniis evolasset , orationibus Apostolorum fugatis Dæ-
 „ monibus , delapsus in terram , populo inspectante , dis-
 „ ruptus est „ . Eadem de Simone testantur Pelusiota *lib. 1 .*
epist. 13 . Maximus Taurinensis , qui Honorio & Theodosio regan-

regnantibus floruit , Theodoritus Cyrensis Episcopus *hæret.*
fab. cap. 1 . sive *tom. 4 . edit. Paris. anni 1642 . pag. 192 .* ac de-
 mum Liberii Papæ Legati in epistola ad Eusebium Episcopum
 Vercellensem apud Labbeum *tom. 2 . Concil. pag. 830 . edit.*
Veneta , quorum verba referre , ut brevitati consulamus , li-
 benter prætermittimus . Illud silentio minime prætereun-
 dum , quod refert etiam Turrigius loc. cit. pag. 83 . apud
 Svetonium legi , quemdam virum coram Nerone volare au-
 sum , primo tentamine lapsum esse , & ipsius Neronis cu-
 biculum sanguine suo conpersisse . *Icarus ,* inquit historicus ,
primo statim conatu juxta cubiculum ejus decidit , ipsumque
cruore resperxit . Svetonii fidem , de qua tamen nulla est du-
 bitandi occasio , Dionis Chrysostomi confirmat autoritas ;
 narrat enim *orat. 21 .* quod Nero hominem quemdam in aula
 detinebat , qui volatu aera petiturum se fore jactabat . Plu-
 rimum sane roboris ex his accedit Simoniani volatus histo-
 riæ , eoque magis , quod nullius ponderis sunt , quæ ut Sve-
 tonium & Dionem a Patribus eundem volatum referenti-
 bus dissentire ostendat , urget Augustinus Calmet *in Dissert.*
de Simone Mago , quam Commentario in Acta Apostolorum
 præposuit ; Patres scilicet , ecclesiasticosque Scriptores ita
 loqui , ut tota res , gesta videatur universo spectante po-
 pulo , & in Urbis foro , non in teatro , & coram Principe :
 neque sane meditato antea consilio , sed magicis viribus
 suis fretum , consilium illud Simonem Magum ex improvise
 iniivisse , & ex improvise Apostolum provocasse ad certa-
 men , & neminem tandem Philastrio antiquiorem prodidisse ,
 quod Magus coram Nerone volaverit . Verum enim vero ,
 ut Svetonius cum ecclesiasticis Scriptoribus conveniat , satis
 est , ut publice , frequentique coram populo volatus ille ,
 cujus meminit , acciderit ut quidem accidit ; inter specta-
 cula enim , quæ Imperator populo exhibuit , Romanus histo-
 ricus recenset . Porro Simonem improvise volatum atten-
 tasse , sancti Patres nullibi dicunt , quin immo jamdiu illum
 promississe , Patrum menti alienum non est , & perfidi præ-
 stigiatoris animo certe consonum ; cum enim filium Dei se
 esse diceret , & illud forte jactabat , aliquando futurum
 fore , ut cælos ascenderet , ut jam quidem fecisse Jesum
 Christum acceperat . Neque vero , quod Neronem Simonis
 casum vidisse Patres non memorent , multum valet : plures
 enim

enim idipsum forte innuunt, quum ob eam victoriam sanctos Apostolos morti traditos scribunt; & Philastrius is est auctor, ut vetustate & gravitate parvi faciendus non sit (a). Demum, si quis obiiceret, Simonem Magum apud ecclesiasticos auctores, aera petiisse, ut virtutem ostentaret suam, non autem ut luderet; quemadmodum Svetonii Icarus fecit, qui Icarum volatum imitari voluisse videtur, unde Icarus ab historico appellatur; facillime responderi posset, Simonem a Svetonio Icarum nomine appellatum, non quod Icarium volatum simulare praesumpserit, sed quod Icarum finem habuerit, eumque volasse non solum, ut sibi famam auget, verum etiam ut Principis cui maxime adulabatur, ingenio satisfaceret, & hinc nihil esse, quod Svetonium ecclesiasticis Scriptoribus adversum esse suadeat.

CA-

(a) Notandum praeterea, ex eo forte factum esse, quod Simonis lapsum narrantes veteres Ecclesiae patres, coram Nerone accidisse praetermiserint; quod Simonis volatum Nero privato tantum e loco spectaverit, non publico; praesidens nimirum, ut moris erat, spectaculo. Et sane Svetonius spectaculorum plura & varia genera a Nerone edita referens, ubi Icarum volatum & lapsum retulit, statim subdit: *Nam perraro praesidere*, scilicet Nero, *ceterum accubans primum parvis foraminibus, deinde toto podiumo ad aperto spectare consueverat*. In more scilicet positum erat, ut Imperatores ludis praesiderent, sed ut saepe etiam Augustus, perraro hoc incommodum ferre voluit Nero, & hoc tum quoque contigit, quum lapsus est Icarus, ut satis aperte testatur historicus, qui Icarum equore respersum fuisse asserit ipsum, non Neronem (quod etiam observat Beroaldus in notis ad relatum Svetonii locum) sed Neronis cubiculum, locum nimirum ad foraminibus cubiculi factum, ubi clausus

Nero accubabat, quae in theatro fiebant spectaturus. Ille enim Asiaticorum Principum mos, qui quum ad jus dicendum, aut ad ludos spectandos, aut aliam ob causam coram populo essent, sublimibus magnificisque tegebantur papilionibus, teste Athenaeo lib. 12. ad Romanos etiam fluxit, & suggestum in Orchestra latum fuisse Julio Caesari, idem narrat Svetonius in ejus vita, pegma nimirum, sublimis instar tribunalis, quo usus est etiam Nero, nova tamen forma, ita ut instar cubiculi esset, neque enim ille sedebat, sed accubabat. Notat hanc Neronis consuetudinem Plinius in *Panegyrico ad Trajanum*, ubi cap. 51. *Licit ergo*, inquit, *civibus suis invicem contueri, dabitur non cubiculum Principis, sed ipsum Principem corne publicae in populo sedentem*. Quare optime animadvertit Svetonius, quod Nero praesidere publicis ludis non consueverit, ubi ejus cubiculi meminit, qui locus illi, qui ludis praesideret, non erat aptus.

CAPUT XII.

De Sacello Domine, quo vadis? sive S. Mariae de Plantis.

” PETRUS victo Simone (inquit S. Ambrosius contra Auxentium) cum praepcepta Dei populo seminarer, & doceret castimoniam, excitavit animos Gentilium. Quibus eum quaerentibus, christianae animae deprecatae sunt, ut paulisper cederet. Et quamvis esset cupidus passionis, tamen contemplatione populi precantis inflexus est: rogabatur enim ut ad instituendum, & confirmandum populum se reservaret. Quid multa? nocte muro egredi coepit, & videns sibi in porta Christum occurrere, Urbemque ingredi, ait, *Domine, quo venis?* Respondit Christus; *Venio iterum crucifigi*. Intellexit Petrus ad suam crucem divinum pertinere responsum. Christus enim non poterat iterum crucifigi; qui carnem, passione suscepta mortis exuerat: quod enim mortuus est semel; quod autem vivit Deo vixit. Intellexit ergo Petrus, quod iterum Christus crucifigendus esset in servulo. Itaque sponte remeavit: interrogantibus Christianis responsum reddidit: statimque correptus, per crucem suam glorificavit Dominum Jesum.

Eamdem Petri fugam commemorant Hegesippus junior in Historia Judaica (a), Acta quae sub Lini Romani Pontificis nomi-

Z

(a) Historiam Judaicam quae Hegesippi nomen exhibet, non illius Hegesippi vicini apostolicorum temporum (quemadmodum existimasse videtur Cortesius noster lib. 1. de itinere Romano D. Petri pag. 59.) sed alterius multo recentioris Hegesippi, factum esse, vel ex ipso scripti stilo abunde dignoscitur. Scripsit antiquior Hegesippus libros quinque Actorum Ecclesiasticorum, temporum iniuria deperditos, sermone simplici, teste Hieronymo, *us quorum vitam seclabatur, di-*

condi quoque exprimeret characterem; affectat hic alter elegantiam, nec raro professus grandia, turget. Meminit praeterea Constantinopoleos, & novae Romae, quae quidem vocabula altero Ecclesiae seculo, quo apostolicus ille Hegesippus floruit, ignota fuisse constat. Itaque Joan. Fridericus Gronovius in observat. ad Scriptor. Ecclesiast. Sanctum Ambrosium hujus operis Scriptorem fuisse, pluribus probare contendit, quod nec Labbeus in Dissert. de Scriptor. Ecclesiast. quos attingit Bel-
sarmis

enim idipsum forte innuunt, quum ob eam victoriam sanctos Apostolos morti traditos scribunt; & Philastrius is est auctor, ut vetustate & gravitate parvi faciendus non sit (a). Demum, si quis obiiceret, Simonem Magum apud ecclesiasticos auctores, aera petiisse, ut virtutem ostentaret suam, non autem ut luderet; quemadmodum Svetonii Icarus fecit, qui Icarum volatum imitari voluisse videtur, unde Icarus ab historico appellatur; facillime responderi posset, Simonem a Svetonio Icarum nomine appellatum, non quod Icarum volatum simulare praesumpserit, sed quod Icarum finem habuerit, eumque volasse non solum, ut sibi famam auget, verum etiam ut Principis cui maxime adulabatur, ingenio satisfaceret, & hinc nihil esse, quod Svetonium ecclesiasticis Scriptoribus adversum esse suadeat.

CA-

(a) Notandum praeterea, ex eo forte factum esse, quod Simonis lapsum narrantes veteres Ecclesiae patres, coram Nerone accidisse praetermiserint; quod Simonis volatum Nero privato tantum e loco spectaverit, non publico; praesidens nimirum, ut moris erat, spectaculo. Et sane Svetonius spectaculorum plura & varia genera a Nerone edita referens, ubi Icarum volatum & lapsum retulit, statim subdit: *Nam perraro praesidere*, scilicet Nero, *ceterum accubans primum parvis foraminibus, deinde toto podiumo ad aperto spectare consueverat*. In more scilicet positum erat, ut Imperatores ludis praesiderent, sed ut saepe etiam Augustus, perraro hoc incommodum ferre voluit Nero, & hoc tum quoque contigit, quum lapsus est Icarus, ut satis aperte testatur historicus, qui Icarum equore respersum fuisse asserit ipsum, non Neronem (quod etiam observat Beroaldus in notis ad relatum Svetonii locum) sed Neronis cubiculum, locum nimirum ad foraminibus cubiculi factum, ubi clausus

Nero accubabat, quae in theatro fiebant spectaturus. Ille enim Asiaticorum Principum mos, qui quum ad jus dicendum, aut ad ludos spectandos, aut aliam ob causam coram populo essent, sublimibus magnificisque tegebantur papilionibus, teste Athenaeo lib. 12. ad Romanos etiam fluxit, & suggestum in Orchestra latum fuisse Julio Caesari, idem narrat Svetonius in ejus vita, pegma nimirum, sublimis instar tribunalis, quo usus est etiam Nero, nova tamen forma, ita ut instar cubiculi esset, neque enim ille sedebat, sed accubabat. Notat hanc Neronis consuetudinem Plinius in *Panegyrico ad Trajanum*, ubi cap. 51. *Licit ergo*, inquit, *civibus suis invicem contueri, dabitur non cubiculum Principis, sed ipsum Principem coram publico in populo sedentem*. Quare optime animadvertit Svetonius, quod Nero praesidere publicis ludis non consueverit, ubi ejus cubiculi meminit, qui locus illi, qui ludis praesideret, non erat aptus.

CAPUT XII.

De Sacello Domine, quo vadis? sive S. Mariae de Plantis.

” PETRUS victo Simone (inquit S. Ambrosius contra Auxentium) cum praepcepta Dei populo seminarer, & doceret castimoniam, excitavit animos Gentilium. Quibus eum quaerentibus, christianae animae deprecatae sunt, ut paulisper cederet. Et quamvis esset cupidus passionis, tamen contemplatione populi precantis inflexus est: rogabatur enim ut ad instituendum, & confirmandum populum se reservaret. Quid multa? nocte muro egredi coepit, & videns sibi in porta Christum occurrere, Urbemque ingredi, ait, Domine, quo venis? Respondit Christus; *Venio iterum crucifigi*. Intellexit Petrus ad suam crucem divinum pertinere responsum. Christus enim non poterat iterum crucifigi; qui carnem, passione suscepta mortis exuerat: quod enim mortuus est semel; quod autem vivit Deo vixit. Intellexit ergo Petrus, quod iterum Christus crucifigendus esset in servulo. Itaque sponte remeavit: interrogantibus Christianis responsum reddidit: statimque correptus, per crucem suam glorificavit Dominum Jesum.

Eamdem Petri fugam commemorant Hegesippus junior in Historia Judaica (a), Acta quae sub Lini Romani Pontificis nomi-

Z

(a) Historiam Judaicam quae Hegesippi nomen exhibet, non illius Hegesippi vicini apostolicorum temporum (quemadmodum existimasse videtur Cortesius noster lib. 1. de itinere Romano D. Petri pag. 59.) sed alterius multo recentioris Hegesippi, factum esse, vel ex ipso scripti stilo abunde dignoscitur. Scripsit antiquior Hegesippus libros quinque Actorum Ecclesiasticorum, temporum iniuria deperditos, sermone simplici, teste Hieronymo, *us quorum vitam seclabatur, di-*

condi quoque exprimeret characterem; affectat hic alter elegantiam, nec raro professus grandia, turget. Meminit praeterea Constantinopoleos, & novae Romae, quae quidem vocabula altero Ecclesiae seculo, quo apostolicus ille Hegesippus floruit, ignota fuisse constat. Itaque Joan. Fridericus Gronovius in observat. ad Scriptor. Ecclesiast. Sanctum Ambrosium hujus operis Scriptorem fuisse, pluribus probare contendit, quod nec Labbeus in Dissert. de Scriptor. Ecclesiast. quos attingit Bel-
sarmis

nomine circumferuntur, nec non Acta SS. Proceffi & Martiniani: contigisse tamen dicunt, quum S. Apostolus novem mensibus carcere detentus fuerit, & jam ad supplicium peteretur. Ea dissensio, Ambrosii auctoritatem auget potius, ac infirmit, ansam enim ad suspicandum dat, sanctum doctorem non ab apocryphis illis scriptis, sed a purioribus fontibus suam hausisse narrationem. Porro extra portam S. Sebastiani via Appia facellum occurrit, ut tantæ rei memoriam exhiberet antiquitus constructum, appellatumque *Domine, quo vadis*; quod, Paulo III. Pont. Maximo, Reginaldus Cardinalis Polus anno 1539. a fundamentis restituit.

De

Iarminus tom. 1. pag. 420. nec Guilielmus Cave hist. litterar. tom. 1. pag. 152. improbabile existimant: Quin imo Salmeronem Labbeus arguit, quod Ambrosium non auctorem, sed interpretem e Græco velit, quæ fuit etiam Cortesii nostri opinio loc. cit. At vero in antiquissimo Ambrosianæ Bibliothecæ Codice litteris partim Longobardicis, partim Romanis majusculis scripto post primum ex quinque Hegeßippi libris, hæc sunt: EGESIPPI LIBER PRIMUS EXPLICIT, tum: INCIPIT LIBER SECUNDUS: Ambrosius Episcopus de Græco translulit in latinum. Etiam in Codice Cantabrigiensi ad extremum libri primi, extate hæc verba Beatissimi Ambrosii translatio ex Josepho, liber primus explicis, testis est Carolus Daubuis apud Fabricium tom. 2. Bibl. Latin. e. it. Venetæ pag. 316. qui pariter monet etiam in Catalogo MS. Monasterii Cremifanensis Ordinis S. Benedicti in Austria memorari n. 58. Tractatum Ambrosii Episcopi de Historia Josephi Captivi, translatis ab ipsa de Græco in Latinum: & apud Angelum Decembrium scriptorem seculi xv. libro 7. de politia literaria pag. 566. legi:

Ægesippum esse vocabulum historicæ Græci, ex capra, & equo compositum, qui de bello Tisi cum Judæis scripsit, a Doctore Ambrosio latine translatum. Præterea animadvertendum est, quod Ambrosianus ille Codex vetustissimus supralaudatus, quamvis ad calcem libri primi eam exhibeat epigraphen: Egesippi liber primus, in multis tamen foliis libri quinti in capite paginarum hunc habet titulum: Josephi liber quintus, unde nonnulli occasionem sumperunt coniciendi Josephi nomen ex nomine Josephi corruptum esse, & ex eo inde Hegeßippi nomen exortum. Conjecturam confirmant, quod pauca in Hegeßippi historia, de qua loquimur, reperiantur, quæ ab Josepho eruta non sint. Forte itaque S. Ambrosius & compilator, & interpretes operis dicendus, quod scilicet ex Græcis potissimum voluminibus Josephi, latinam ipse historiam composuerit, liberiore usus interpretatione. Vide cl. viri P. F. Foggini exercitationem secundam de Romana Divi Petri itinere pag. 24. ubi Vossii conjecturam de Hegeßippi libris circa annum Christi 963. editis, cum Tillemontio egregie confutat.

De hoc facello meminerunt Innocentius Papa III. in epistolis, Franciscus Petrarca lib. 2. ep. 9. ad Joannem Columnam, S. Antoninus in Summa, Gregorius Card. Cortesius noster lib. 2. de Rom. itinere D. Petri pag. 188. Ven. Card. Baronius ad annum 69. Nunnius lib. 2. cap. 13. de optimo reip. statu, alique. Hinc Petrus de Natalibus in vita principis Apostolorum: „ Petrus autem (inquit) multa fratrum instantia ex Urbe discessit, & cum venisset ad Portam, quæ nunc dicitur S. Mariæ ad Passus via Appia, videns sibi Christum occurrere, ait Domine, quo vadis? Qui respondit: venio Romam iterum crucifigi, statimque Dominus disparuit, & ejus adhuc vestigia marmoris impressa cernuntur „. Et in Commentario visitationis ejusdem facelli die 24. Novembris anni 1644. celebratæ, legitur: „ Adest Ecclesia sub nomine Domine, quo vadis? alias S. Mariæ de Plantis, sic nuncupata propterea quod hic sit locus, in quo Dominus noster Jesus Christus Petro Urbe egredienti occurrit, ac respondit, se Romam iterum ire crucifigi, ibique vestigia pedum in silice impressa reliquit, qui lapis hodie in Ecclesia S. Sebastiani inter ceteras Reliquias custoditur, relicto hic exemplo ad formam originalis expresso, quod in hujus Ecclesiæ medio cratibus ferreis circumdatum, servatur „. Vide etiam Joannem Lupardum in lib. de mirabilibus Urbis, nec non Franciscum Mariam Turrigium in sacris trophæis, ubi cap. x. & xi. de duobus aliis facellis in honorem SS. Petri, & Pauli in urbe olim erectis, sermonem habet, quorum alterum in medio viæ Ostiensis inter Portam & Basilicam S. Pauli, alterum in via sacra prope templum Romuli nunc SS. Cosmæ & Damiani a Paulo PP. I. ædificatum, teste Anastasio Bibliothecario, visebatur.

Verum, ut ad D. Ambrosii narrationem revertamur, (quidquid sit de lapide in Ecclesia S. Sebastiani servato, ubi pedum vestigia impressa Jesum Christum reliquisse arbitrantur) quamvis nec ipsam quidem pro certissima habendam esse pronunciem, haud talis tamen est, ut qui illi fidem præstent, blasphemii dici possint, sicuti eos temere Velenus in responsionibus ad suppositos Catholicorum in cavillos appellavit. Obiicit Persuasor, Christum nunquam de cælo descensurum fore, nisi in die Judicii, dicente Petro Act. 13.

cap. 3. *Quem oportet cœlum suscipere usque in tempora restitutionis omnium.* At vero, quem præterit, opus fuisse Christum cœlum suscipere usque in tempora restitutionis omnium, ita ut non sit venturus ante tempora illa publice, & coram omnibus, non autem privatim, & cui voluerit? Enimvero Jesum Christum, non per imaginariam visionem, aut per *visum*, sed corpore vestitum in aere terræ proximo sibi præsentem & vicinum oculis suis vidit Paulus, ut constat tum ex luce quæ illum circumfulsit, & cæcitate, in quam viso Christo sanctorum splendoribus circumfuso, repente incidit, tum præcipue ex ipsis Actorum verbis cap. 9. ubi Paulum alloquitur Ananias: *Dominus Jesus misit me, qui apparuit tibi in via.* Et postea legitur, quod Barnabas apprehensum Paulum duxit ad Apostolos, & narravit illis quomodo vidisset Dominum. Ipse autem Paulus ep. 1. ad Corinth. cap. ix. v. 1. *Non sum, inquit, Apostolus? Nonne Dominum nostrum Jesum Christum vidi?* Et cap. xv. enumerans testes resurrectionis, hos inter, semet ipsum recenset, dicens vers. 8. *Novissime autem omnium tanquam abortivo, visus est & mihi:* quo in loco animadvertendum optime occurrit, quod ex ea visione haud satis probasset Paulus resurrectionem Christi Domini, dummodo ille Christum ipsum per se corporeis oculis sibi præsentem non vidisset.

At etiam diluenda sunt, quæ post Velenum, Basnagius atque Petrus adversus propositam B. Ambrosii narrationem, proferunt argumenta. Opponit Basnagius, antiquiorem Ambrosii esse neminem, qui historiæ hujusce meminerit: fortassis Ambrosium pro Paulo Petrum scripsisse. Origenes enim tract. 21. in Joannem, Paulo tribuit, quod ille Petro: S. Athanasium litteris prodidisse, quod S. Petrus Romam venerit divino monitu, non autem, quod fugiens redierit: Ambrosii narrationem sacris litteris adversari, ubi Petrus imminentis supplicii monitorem jam habuisse Jesum Christum diserte testatur, scribens: *Scio cito futurum, ut deponam tabernaculum meum, sicut Dominus noster Jesus Christus declaravit mihi: demum non videri, quid foret opus tanto illo miraculo, ut Romam Petrus vocaretur, quum ad id satisfisset, aut nocturna visio, qualis obvenerat Paulo, ut migraret in Macedoniam, aut editum e caelo, spiritus oraculum; quale auditum apud Antiochiam mit-*

ten-

„ tendis Apostolis Paulo atque Barnabæ, aut sane arcanus „ instinctus, quo mentem Apostolorum Dominus crebro „ dirigebat, aut denique Prophetæ alicujus vaticinium, „ quale fudit Agabus, portendendis Paulo Jerosolymam con- „ tendenti vinculis &c. „. Hactenus Basnagius.

Verum enim vero, quum indubium plane esse debeat, narrationem illam a S. Ambrosio confictam non esse, fateamur opus est, quod a majoribus acceperit, & quidem non levi traditione aut libello aliquo nullius auctoritatis fuisse, arbitrari licet, quod acerrimi judicii vir foret, eamque retulerit adversus hæreticum hominem scribens; & quidem ab apocryphis scriptis eadem narrantibus dissentit, ut superius animadvertimus. Quare autem Origeni potius quam Ambrosio credendum erit, Origeni, inquam, qui apocryphis libris non raro usus est, & ex libro apocrypho, nempe ex Actis Pauli, hoc ipsum quod de Paulo narrat, haussisse aperte dicit? De S. Athanasio haud loquor; id unum ille edocere voluit, SS. Apostolos ire Romam, quo eos rapiebat spiritus Domini, minime dubitasse, quamvis multa ibi mala sibi futura cognoscerent. Nempe *divinis præordinationibus*, ut verbis utar S. Leonis *serm. 68.* factum est, ut S. Petrus trophæum crucis, Romanis arcibus intulerit: & Paulus Romani itineris monitorem habuit Dominum, quum illi ab Judæis ad mortem vexato adfuit, & dixit, *Act. cap. v. Constans esto, sicut enim testificatus es de me in Hierusalem, sic te oportet & Romæ testificari.* Quod vero ad Petri verba: *Velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster Jesus Christus significavit mihi;* quid vetat dicere ea illud ipsum respicere, quod narrat Ambrosius? Ita quidem multi primæ notæ sentiunt interpretes, & si quis forte id nolit; possunt etiam illa respicere Jesu Christi ad eundem Petrum verba *Joan. xviii. 23. Cum esses junior cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cum autem senueris extendes manus tuas, & alius te cinget, & duceat quo tu non vis.* Profecto ad hæc, non autem ad peculiarem alium monitum, ut censet Augustinus Calmet *in Comment. ad epist. 2. Petri cap. 1. vers. 14.* alludere videtur etiam Sanctus Leo, ubi ad ipsum Petrum conversus *in sermone 68.* ita loquitur: „ Nec aut dubius de propectu operis, aut de spatio tuæ ignarus ætatis, trophæum crucis Romanis arcibus

Z 3

„ infe-

„ inferebas , quo te divinis præordinationibus anteibant & „ honor potestatis & gloria passionis „ . Scilicet , cum fenesceret , propius accedere obitum suum Petrus sentiebat juxta id , quod a Domino acceperat : *cum fenueris &c.* Quis demum non videt nimis probare , adeoque nihil argumentum illud , quod faciliori negotio potuisset Deus S. Apostolum Romam revocare ? Quæ enim non potuit , aut potest facere Deus alia ratione quam facta sunt ? Ea ipsa , quæ Balsagnius recenset nonne aliter fieri poterant ? Sed quis consiliarius Deo fuit ? Incomprehensibilia sunt judicia ejus . Scrutator majestatis , opprimeretur a gloria .

Neque minus facile diluuntur , quæ opponit Petrus : Ambrosii scilicet narrationem verba Christo adscribere , Christo minus digna : Petro injuriosam esse , utpote quæ illum Deo inobedientem ostendat : tandem causam afferri non posse , cur non & Paulus , qui una cum Petro in vinculis erat , a discipulis commonefactus , in fugam se dedit .

At miror , quæ fronte Petrus ibi vitium notare audeat , ubi nullum Origenes , nullum Ambrosius , nullum veteres alii , recentisque viri longe doctissimi invenerunt . Verba : *Vada Romam iterum crucifigi* , mystice intelligenda sunt , quæ ratione etiam intelligitur S. Pauli sententia in *Epist. ad Hebr. cap. vi. vers. 6. Et prolapsi sunt : rursus renovari ad poenitentiam , rursus crucifigentes sibi metipsos Filium Dei , & ostentui habentes* . Neque minus ineptum est , quod Petrus contra divinam voluntatem peccaverit Roma fugiens . Id ipsum imperaverat illi & ceteris discipulis Dominus , ut est apud Matth. x. 23. *Cum autem persequantur vos in civitate ista , fugite in aliam* .

Tandem quod ad ultimam pertinet Petri objectionem , non video , quid illa contra nos valere possit , qui narrationem amplectimur D. Ambrosii referentis , Petrum antequam in carcerem coniceretur , ex Urbe discessisse . Hoc autem consideratione dignum maxime est , quod & Balsagnio satisfacti obiciunt præter illa quæ superius confutavimus , consuevisse quidem Apostolos fugam arripere , sed solum antequam in carcerem raperentur , dicente Athanasio :

„ Hæc & BB. Martyres temporibus persecutionum observabant : fugiebant cum persecutionem patiebantur , dum latebant obfirmabant animum : Ubi vero inventi essent , „ mar-

„ martyrium obibant „ . Nequid enim reponam , S. Athanasium loqui de martyribus , qui e manibus tyrannorum elabi non potuerant , præterea vero & de multis aliis SS. martyribus in historia ecclesiastica proditum esse , quod secluso Christianorum scandalo , etiam e carceribus fugerint , quin immo & ipsum quidem Petrum Angelo Domini adjuvante ab Herodis carcere , noctu fugam arripuisse : Sanctus Petrus quum Roma discessit , nondum in carcere erat , ut narrat Ambrosius , apud quem major fides est , quam apud Pseudo-Linum , & Acta SS. Processi & Martiniani , quæ narrant e vinculis evasisse , quamvis his Baronius atque Turrigius adhæserint . Patet igitur , injuria heterodoxos non modo minus verisimilem sed etiam blasphemam dicere Ambrosii narrationem . Pro ea quidem laudat idem Turrigius pag. 62. opusculi sæpe laudati , etiam S. Gregorium M. in Commentario Psalmi Poenitent. iv. Sed hi Commentarii in Psalmos Poenitentiales Gregorio VII. potius videntur tribuendi .

CAPUT XIII.

De Cæmeteriis aliqua SS. Apostolorum memoria insignitis , deque translatione Corporum BB. Petri & Pauli ad Catacumbas .

Cæmeteria sive Catacumbæ a primariis nostræ religionis Patribus appellari consueverunt loca illa , in quibus SS. Martyrum aliorumque Fidelium mortuorum corpora sepultura mandabantur (a) . Si quis inquireret , a quo condita primum fuerint , responderi fortasse posset , incepta fuisse a Gentilibus eruendæ arenæ gratia , unde etiam *Arenariæ* , & *Cryptæ* dicta sunt . Nam & Cicero in oratione pro Cluentio , narrans , Asinium proditione occisum fuisse ; *Asinius autem* , inquit , *brevi illo tempore quasi in hortulos iret , in ARENARIAS quasdam extra portam exquilinam perductus , occidi-*

Z 4

cidi-

(a) Vide quæ de horum nominum etymologia , deque eorumdem cæmeteriorum usu , ex Pavinio , Baronio , Bollandio , Morterio , Du-Cangio , Montfauconio , aliisque , doctæ eruditeque congestæ æternæ memoriæ Pontifex Benedictus XIV. in aureum suum opus *de servor. Dei Beatif. & Beator. Caq. noniz. lib. 4. par. 2. cap. 27.*

„ inferebas , quo te divinis præordinationibus anteibant & „ honor potestatis & gloria passionis „ . Scilicet , cum fenesceret , propius accedere obitum suum Petrus sentiebat juxta id , quod a Domino acceperat : *cum fenueris &c.* Quis demum non videt nimis probare , adeoque nihil argumentum illud , quod faciliori negotio potuisset Deus S. Apostolum Romam revocare ? Quæ enim non potuit , aut potest facere Deus alia ratione quam facta sunt ? Ea ipsa , quæ Balsagnius recenset nonne aliter fieri poterant ? Sed quis consiliarius Deo fuit ? Incomprehensibilia sunt judicia ejus . Scrutator majestatis , opprimeretur a gloria .

Neque minus facile diluuntur , quæ opponit Petrus : Ambrosii scilicet narrationem verba Christo adscribere , Christo minus digna : Petro injuriosam esse , utpote quæ illum Deo inobedientem ostendat : tandem causam afferri non posse , cur non & Paulus , qui una cum Petro in vinculis erat , a discipulis commonefactus , in fugam se dedit .

At miror , quæ fronte Petrus ibi vitium notare audeat , ubi nullum Origenes , nullum Ambrosius , nullum veteres alii , recentisque viri longe doctissimi invenerunt . Verba : *Vada Romam iterum crucifigi* , mystice intelligenda sunt , quæ ratione etiam intelligitur S. Pauli sententia in *Epist. ad Hebr. cap. vi. vers. 6. Et prolapsi sunt : rursus renovari ad penitentiam , rursus crucifigentes sibi metipsos Filium Dei , & ostentui habentes* . Neque minus ineptum est , quod Petrus contra divinam voluntatem peccaverit Roma fugiens . Id ipsum imperaverat illi & ceteris discipulis Dominus , ut est apud Matth. x. 23. *Cum autem persequantur vos in civitate ista , fugite in aliam* .

Tandem quod ad ultimam pertinet Petri objectionem , non video , quid illa contra nos valere possit , qui narrationem amplectimur D. Ambrosii referentis , Petrum antequam in carcerem coniceretur , ex Urbe discessisse . Hoc autem consideratione dignum maxime est , quod & Balsagnio satisfacti obiciunt præter illa quæ superius confutavimus , consuevisse quidem Apostolos fugam arripere , sed solum antequam in carcerem raperentur , dicente Athanasio :

„ Hæc & BB. Martyres temporibus persecutionum observabant : fugiebant cum persecutionem patiebantur , dum latebant obfirmabant animum : Ubi vero inventi essent , „ mar-

„ martyrium obibant „ . Nequid enim reponam , S. Athanasium loqui de martyribus , qui e manibus tyrannorum elabi non potuerant , præterea vero & de multis aliis SS. martyribus in historia ecclesiastica proditum esse , quod secluso Christianorum scandalo , etiam e carceribus fugerint , quin immo & ipsum quidem Petrum Angelo Domini adjuvante ab Herodis carcere , noctu fugam arripuisse : Sanctus Petrus quum Roma discessit , nondum in carcere erat , ut narrat Ambrosius , apud quem major fides est , quam apud Pseudo-Linum , & Acta SS. Processi & Martiniani , quæ narrant e vinculis evasisse , quamvis his Baronius atque Turrigius adhæserint . Patet igitur , injuria heterodoxos non modo minus verisimilem sed etiam blasphemam dicere Ambrosii narrationem . Pro ea quidem laudat idem Turrigius pag. 62. opusculi sæpe laudati , etiam S. Gregorium M. in Commentario Psalmi Pœnitent. iv. Sed hi Commentarii in Psalmos Pœnitentiales Gregorio VII. potius videntur tribuendi .

CAPUT XIII.

De Cæmeteriis aliqua SS. Apostolorum memoria insignitis , deque translatione Corporum BB. Petri & Pauli ad Catacumbas .

Cæmeteria sive Catacumbæ a primariis nostræ religionis Patribus appellari consueverunt loca illa , in quibus SS. Martyrum aliorumque Fidelium mortuorum corpora sepultura mandabantur (a) . Si quis inquireret , a quo condita primum fuerint , responderi fortasse posset , incepta fuisse a Gentilibus eruendæ arenæ gratia , unde etiam *Arenariæ* , & *Cryptæ* dicta sunt . Nam & Cicero in oratione pro Cluentio , narrans , Asinium proditione occisum fuisse ; *Asinius autem* , inquit , *brevi illo tempore quasi in hortulos iret , in ARENARIAS quasdam extra portam exquilinam perductus , occidi-*

Z 4

cidi-

(a) Vide quæ de horum nominum etymologia , deque eorumdem cæmeteriorum usu , ex Pavinio , Baronio , Bollandio , Morterio , Du-Cangio , Montfauconio , aliisque , doctæ eruditeque congestæ æternæ memoriæ Pontifex Benedictus XIV. in aureo suo opus de servor. Dei Beatif. & Beator. Canoniz. lib. 4. par. 2. cap. 27.

eiditur; & Svetonius in vita Neronis, referens Phaontem Neroni consilium dedisse secedendi in subterraneos locos, ex quibus arena effodiebatur, ut mortem sibi a Galbæ militibus intentatam evaderet, ait: *Ibi hortante eodem Phaonte, ut interim in specu egestæ arenæ concederet, negavit, se vivum sub terra iturum.* Hæc ipsa loca deinde a Christianis perfecta, non solum SS. Martyrum corporibus recondendis inservierunt, sed vivis etiam perfugio atque usui fuerunt persecutionum potissimum tempore. „ In Cœmeteriis Romæ existentibus (inquit clariss. Panvinius *cap. xi. de Cœmeter.*) „ Baptismum & Missas celebrare, vigiliis decantare, ordinationes & stationes, idest omnes sacras caeremonias habere Veteres solitos fuisse, docent antiquissima monumenta. „ Et Casalius in libro *de urbis ac Romani Imperii splendore cap. 14. pag. 57.* manifeste ostendit, in hisce cœmeteriis Summos Pontifices habuisse Synodos, celebrasse ordinationes, Baptismum contulisse, & post redditam Ecclesiæ pacem in iisdem sacella aliaque ædificia constructa quoque fuisse. Quare S. Hieronymus in *Comment. in Ezechielem cap. 40.* „ Dum essem Romæ puer, inquit, & liberis stultis erudire, solebam cum cæteris ejusdem ætatis, & propositi, diebus Dominicis SEPULCRA APOSTOLORUM ET MARTYRUM circumire, crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defossa, ex utraque parte ingredientium per parietes habent corpora sepulcorum, & ita obscura sunt omnia, ut propemodum illud propheticum compleatur: *Descendant ad infernum viventes,* & raro desuper lumen admissum horrorem temperet tenebrarum, ut non tam fenestram, quam foramen dimissi luminis putes; rursusque pedetentim acceditur, & cæca nocte circumdatis, illud Virgilianum proponitur

„ *Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent.*

His de Cœmeteriis sive Catacumbis in genere præmissis; in Cœmeterio S. SEBASTIANI *via Appia*, corpora SS. Apostolorum Petri & Pauli multos annos jacuisse, antiquissima traditio est, complurium veterum scriptorum testimonio comprobata. Etenim in libro Pontificali seu *de gestis Pontificum Romanorum*, qui Anastasio Bibliothecario vulgo tribuitur, legitur de Adriano Papa, quod *Ecclesiam Apostolorum foris portam Appiam milliario tertio, in loco, qui ap-*

pellatur CATACUMBAS (a), ubi corpus B. Sebastiani martyris cum aliis quiescit, in ruinis præventum, a novo restauravit; & de Nicolao Primo, quod via Appia cœmeterium Christi martyris Sebastiani in Catacumba, ubi Apostolorum corpora jacuerunt, quod multis ab annis ruit, meliori illud fabrica restauraverit; ac demum in vita S. Damasi memoriæ proditum est, hunc Pontificem duas fabricasse Ecclesias, unam ad theatrum Pompeii S. Laurentio dedicatam, aliam via Ardeatina ubi requiescit in Catacumbis, & ædificavit Platoniam (id est pavementum marmoreum, ut habet Papebrochius tom. v. Junii Bollandiani pag. 437. col. 1.) in Catacumbis, ubi corpora SS. Apostolorum jacuerunt, quam versibus ornavit. Eadem de Damaso habentur in vetustissimis Bedæ & Adonis martyrologiis, nec non in Breviario Romano. Versus autem, quibus S. Damasus Platoniam, ubi corpora Apostolorum Petri & Pauli jacuerunt, exornasse fertur, post Gruterium, aliosque a Mabillonio evulgati tom. iv. Vet. Analact. pag. 504. edit. anni 1683. sunt hujusmodi:

Hic habitasse prius sanctos cognoscere debes

Nomina quisque Petri pariter Paulique requiris.

Discipulos Oriens misit, quod sponte fatemur,

Sanguinis ob meritum Christi, qui per astra sequuti

Ætherios petiere sinus, & regna piorum

Roma suos potius meruit defendere Cives.

Hæc Damasus vestras referat nova sydera laudes.

Hinc S. Gregorius M. *lib. 3. epist. 30. ad Constantiam sive Constantinam Augustam:* „ De corporibus vero BB. Apostolorum (inquit), quid ego dicturus sum? dum constat, quia

„ eo

(a) Notandam hanc vocem non latinam esse origine sua, sed Græcam, compositam ex particula *κατά*, Latinis *in, ad, juxta, apud, &c.* respondente, ac dictione *κώβας*, quam latine reddas *occultum, latebrosum, profundum, concavum* locum, sive *vallem, cryptam, &c.* adeoque indeclinabilem, ejus origine ac significatione intima perspectis. Latini quidem, ut plures alias, fecere suam postea, junctisque, extremis ea declinabilis instar

dictionis uti cœperunt, nemini tamen adempta libertate, si cui magis placeret uti, latinis licet elementis, secundum sensum moremque Græcicum. Vide Glossarium du Cangii ad voces *Cata, cumba, & catacumba*, notasque Maurinorum Patrum, seu melius forsitan Guffanvilæi ad locum epistolæ S. Gregorii Magni ad Constantinam Augustam, paullo inferius a nobis describendam in hac ipsa pag. 361 & 362.

eo tempore quo passi sunt, ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora, sicuti civium suorum repeterent. Quae ducta usque ad secundum Urbis miliarium, usque ad locum, qui dicitur ad CATACUMBAS collocata sunt. Sed dum ea deinde levare, omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitruum atque fulguris nimio metu (al. impetu) terruit, atque dispersit, ut talia denuo nullatenus attentare praesumerent. Tunc autem exeuntes Romani, eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, levarunt, & in locis, ubi nunc condita sunt posuerunt, nempe in conditoriis Vaticano atque Ostiensi, ut plerique interpretantur. In libro autem *Visitationis Catacumba S. Sebastiani* peractae die 24. Novembris 1624. legitur: „Adest Altare amplum marmoreum vetustissimum, sub quo SS. Apostolorum Corpora per multos annos jacuerant. Sunt ibi vestigia pedum Domini nostri Jesu Christi in lapide impressa marmoreo, quando apparuit Petro interroganti *Domine quo vadis?* in loco, eodem nomine nuncupato. Sunt etiam de reliquiis SS. Petri & Pauli „

Hæc de cœmeterio S. Sebastiani via Appia jam scripseram, ac nonnulla de aliis quibusdam cœmeteriis vel catacumbis aliqua Beatissimorum Apostolorum memoria ac prærogativa insignitis, leviter attingere parabam; quum forte incidi in viri doctissimi Petri Moretti *Disputationem de translatione corporum BB. Apostolorum Petri & Pauli ad Catacumbas*, quam egregio sane operi de S. Callisto PP. & Martyre, eiusque Basilica S. Mariae Transyberim Romæ anno 1752. typis edito, adjecit. In ea eruditissimus criticus, exposito quaestionis statu, videlicet *sacra ne corpora Apostolorum Petri & Pauli pluries, an semel, quo ex loco, quo tempore, qua occasione, quo autore oclusa fuerint in Catacumbis, steterintque ibi quamdiu*, duos veluti articulos ad res, de quibus in hoc capite agimus præcipue pertinentes, probandos sibi demonstrandosque proponit. Primum, non ea posteros ab Antiquitate fuisse luce fraudatos, quæ necessaria foret ad sciendum concorditer aliquid circa memoratas laudatæ translationis circumstantias, (nam generatim de ipsa venerabilium corporum translatione ad catacumbas, nullus Ecclesiasticus recentioris ætatis scriptor unquam dubitavit).
Secun-

Secundò, ad eam assequendam lucem non satis insumpisse laboris, ac diligentia, sive critices, recentiores eruditos scriptores, maxime aliorum antesignanos Baronium, Lualdum, Papebrokium, Schelstratium, Labbeum, Pearsonium, Antonium Pagium, Maurinos Cœnobitas, Franciscum Blanchinum, & Johannem Vignolium: (Onuphrium enim Panvini imméritò a Moretto redargui, suo loco ostendemus). Prioris articuli probatio desumitur ex testimoniis Caii Theologi Romani in disputatione adversus Proclum Cataphrygarum antesignanum habita Romæ Zephirino Pont. Max. (a); Damasi Papæ (b), authoris Catalogi Pontificum Romanorum ab Henschenio evulgati pag. XXVI. Diatribæ, quam tom. 1. Actorum mensis Aprilis præposuit (c); Libri præterea Pontificalis, seu de vitis Summorum Pontificum Anastasio

(a) Caii Romani Theologi testimonium a Moretto allatum citatæ disputationis num. vi. habes superius græce & latine descriptum in notis ad Cortesii lib. 2. de Romano itinere *gestisque Principis Apostolorum* p. 190. In eo, vocabulum τροπαια τροπαια usurpari pro memoria continentibus SS. Reliquias, quas aliunde scimus patrocinia dici ab antiquis, recte Morettus existimat, præsertim quum non desint posteriores ætate Caii scriptores egregii, quibus appellare τροπαια placuit Apostolorum sepultra ad ripam Tyberis sita. Vide Prudentii carmina ex hymno XII. *περὶ τροπαιῶν* superius a nobis relata p. 347.

(b) Testimonium Damasi Papæ petitur ex fragmento versuum, quibus *Catacumbas, ubi corpora SS. Apostolorum jacuerunt* Sanctus Pontifex exornasse traditur in libro Pontificali, quosque paulo superius attulimus, pag. 361.

(c) Ita enim hujus Catalogi author, in Cornelio scribit: „Cornelius Martyrio coronatur, His

temporibus suis rogatus a quadam Matrona, corpora Apostolorum Petri & Pauli de Catacumbis levavit noctu. Primum quidem corpus B. Pauli acceptum B. Lucina posuit in prædio suo via Ostiensi juxta locum ubi deollatus est. B. Petri Apostoli accepit corpus B. Cornelius Episcopus, & posuit juxta locum, ubi crucifixus est, inter corpora Sanctorum, in templo Apollinis in monte aureo in Vaticano Palatio Neronis III. Kalendas Junii. Post hæc fecit ordinationem unam, Presbyteros septem &c. „ Multo brevius author Catal. Schelstratiani, idest illius, quem descriptum e Palatino-Vaticano auctorum nongentorum codice typis mandavit Schelstratius tom. i. Antiquit. eccl. p. 611. num. 22. receditque postea Franciscus Blanchinus p. XIV. Prolegomenon ad tom. II. Anastasii: *Levatis (Cornelius) corpora Apostolorum Petri & Pauli de Catacumbis*.

statio Bibliothecario tributis (a), Polemei sive Polemii item Sylvii in laterculo notitiam continentem variarum cum sacrarum, tum profanarum festivitatum, scripto Consulibus Posthumiano & Zenone, hoc est anno Christi 448. ac per Bollandum vulgato pag. XLIV. Præfationis ad tomum I. Actor. Sanctorum (b), S. Gregorii etiam Magni in celebri epistola ad Constantinam seu Constantiam Augustam, cujus epistolæ verba superius descripsimus, pag. 361. Dionis Cassii, seu Xiphilini in epitome ejus historiarum Romanarum (c), Herodiani libro V. Vitarum Imperatorum cap. V. (d), ac demum Aelii Lampridii in vita Heliogabali Constantino Augusto

(a) In Petro: Hic martyrio coronatur qui (Petrus) sepultus via Aurelia in templo Apollinis juxta locum, ubi crucifixus est, juxta Palatium Neronianum in Vaticano juxta territorium triumphale II. Calendas Julias, . . . Idem liber Pontificalis in Anacleto: Hic memoriam B. Petri construxit, & composuit, dum Presbyter factus fuisset a B. Petro, seu alia loca, ubi Episcopi recondentur sepultura: ubi tamen & ipse sepultus est juxta corpus B. Petri III. Idus Julii, . . . Demum in Cornelii vita: Cornelius Centumcellis pulsus est, & ibi scriptam epistolam . . . missam a Cypriano . . . suscepit. Hic temporibus suis rogatus a quadam matrona Lucina corpora Apostolorum Petri & Pauli de Catacumbis levavit noctu. Primum quidem corpus B. Pauli B. Lucina posuit in prædio suo via Ostiensi ad latus, ubi decollatus est. Beatus vero Cornelius Episcopus corpus B. Petri Apostoli posuit juxta locum ubi crucifixus est inter corpora Sanctorum Episcoporum in templo

Apollinis in montem aureum in Vaticano Palatii Neroniani VI. (vel III.) Cal. Julii. Post hoc eodem tempore audiens Decius, quod Epistolam accepisset a B. Cypriano . . . misit Centumcellis, & adduxit B. Cornelium, quem jussit sibi presentari &c.

(b) Ita habet Polemeus, sive Polemius Sylvius loc. cit. VIII. Kalendas Martii Deposio SS. Petri & Pauli.

(c) Sic autem legitur in citata Dionis Cassii historia, secundum interpretationem Guillelmi Blanci Albiensis: Eutychianus Cæstarianus libertus . . . pueram (Heliogabalum) . . . noctu ad exercitum (Macrini) duxit; & τῆς τῆς Μαρίας ἐκκελευσάτης XVII. Kalend. Junii prima luce militibus quærentibus studiose occasionem rebellandi persuasit, ut res novas molirentur. Quo facto, milites statim hunc nominant Antoninum, & Imperatorem (Αὐτοκράτορα) designant.

(d) Herodianus loc. cit. Postquam exercitus universus (Macrino Augusto & filio Diadumeno obtruncatis) Antoninum (Heliogabalum) Imperatorem constituit. Nec

gusto præscripta (a). Quis enim laudata veterum scriptorum loca ac testimonia perpendens, eaque inter sese accurate conferens, non intelligat atque constituat, Venerabilia Bea-

gabulum) Imperatorem constituit: atque ille summam rem suscepit, rebus jam in Oriente (ut quæque maxime urgebant) ordinatis . . . profectioem edicit . . . festinante in primis Mœsa (matre) ad Romanam aulam, cui tamdiu insuevisset . . . Antoninus e Syria profectus, Nicomediam hyemavit (ἐλθὼν ἐς τὴν Νικουμένην ἐκείνην) ita postulante anni tempore . . . Ut in Urbem pervenit . . . spectacula omnifariam eadebat magnificentissima: templumque item maximum pulcherrimumque Deo (Heliogabalo) erexit, &c.

(a) En Aelii Lampridii verba loc. cit. Ubi primum (Heliogabalus) ingressus est Urbem, omnis illi, quæ in provincia gerebantur, Heliogabalum (id est Idolum cognomine suum) in Palatino monte juxta ædes Imperatorias consecravit, Eique Templum fecit, studens & matris typum, & Vestæ ignem, & Palladium, & Ancillia, & omnia Romanis veneranda in illud transferre templum, & id agens, ne quis Romæ Deus, nisi Heliogabalus coleretur. Dicebat præterea Judæorum, & Samaritanorum religiones, & Christianam devotionem illuc transfendam, ut omnium culturarum secretum Heliogabali Sacerdotium teneret. Idem Lampridius paulo inferius: Sacra populi Romani, sublatis penetralibus profanavit. Ignem perpetuum extinguere voluit. Nec

Romanas tantum extinguere voluit religiones, sed per orbem terræ unum studens, ut Heliogabalus Deus ubique coleretur: & in penum Vestæ, quod solæ Virgines, solique Pontifices adeunt irrupit. . . & penetrale sacrum, est auferre conatus; cumque feriam, quasi veram rapuisset (quamvis Virgo maxima falsam monstraverat), atque in ea nihil reperisset, applosum frengit . . . Signum tamen, quod Palladium esse credebat, abstulit, & aurosculum in sui Dei templo locavit. Matrem etiam Deum sacra accepit, & tauroboliatum est, ut Typum erigeret, & alia sacra, quæ penitus habentur condita . . . Omnia fecit, quæ Galli facere solent, ablatumque Sanctum in penetrale Dei sui transtulit . . . Omnes Deos sui Dei ministros esse ajebat, cum alios ejus Cubicularios appellaret, alios seruos, alios diversarum rerum ministros. Lapides qui Divi dicuntur ex proprio templo Dianæ Landicæ, ex adyto suo, in quo id Orestes posuerat, afferre voluit. Tandem infra, sic habet laudatus Aelii Lampridius loc. cit. Fertur in Euripis vino plenis Circenses exhibuisse, pallia de oenanthio fuisse, & Elephantorum quadrigas in Vaticano agitare, dirutis sepulcris, quæ obsistebant, junxisse etiam camelos quaternos ad cursum in Circo, privato spectaculo.

Beatissimorum PETRI & PAULI corpora bis translata fuisse ad Catacumbas, ex Vaticano & Ostiensi tumulis accepta: primæ translationis authores extitisse Orientales nonnullos, qui haud multo post Apostolorum Martyrium pretiosa illa pignora sustulerunt, ac dicto loco occulcarunt, amovenda illinc deinde, ut in patriam deferrentur: sed facinore divinitus comperto, Romanos accessisse ad Catacumbas, ex iisque detractum tantum thesaurum primitivis in sepulcris deposuisse (a). Fuisse insuper translata eadem Apostolica Lipsa-

(a) Sane Magnus Gregorius in descripta pag. 361. narratione, cui præcinit productum paulo ante epigramma Damasi, disertissimis testatur verbis, sacra corpora Petri & Pauli tempore, quo passi sunt a nonnullis Romam ab Oriente ea surripiendi gratia (quod Orientales crederent, in Oriente natos; extra Orientem tumulandos non esse) profectis, occultata, seu deposita in Catacumbis fuisse, illinc amovenda, quam regrederentur, & nisi inopinatum quidpiam (quod quidem divinitus factum est) impium facinus præpedisset. Atque ecce heic tibi testatam unam, seu primam Apostolorum translationem, ejusque causam, occasionemque, nec non tempus, generatim tamen expressum. Licet enim Gregoriana verba tempore, quo passi sunt innuere videantur ipsissimum rei actæ momentum, scilicet, quod statim ac passi sunt Apostoli, eorum corpora fuerint subrepta, & ad Catacumbas perlata, quæ tamen proxime sequuntur verba tam præcisam, ut ajunt, temporis acceptionem omnino rejiciunt. Si enim ab Oriente venerunt, qui tantorum Principum defunctorum cadavera repererunt, veluti civium suorum, intervallam iis temporis, ut recte Morettus

animadvertit, mensum saltem aliquot opus fuit, quo & nuncium reciperent eventus, & profectioem decernerent, & decreta executioni mandaturi, ex distitis regionibus ad Urbem pervenirent. Ceterum revera minime subrepta Apostolorum corpora ipso obitus momento, supponit tradita statim utrisque sepultura, PETRO scilicet in Vaticano, PAULO autem in Ostiensi agro. Sane PETRUM sepultum fuisse ubi crucifixus est, juxta palatium Neronianum in Vaticano, narrat author libri Pontificalis in ejus vita, PAULI autem corpus in via Ostiensi juxta locum ubi decollatus est conditum esse, non modo patet ex superius descripto pag. 364. ejusdem libri Pontificalis loco in Cornelii Papæ vita, sed etiam ex laudato Cæli Theologi testimonio, quod legitur in notis ad Cortesii lib. 2. pag. 190. His de tempore enunciatæ translationis ex veteribus, quæ adduximus monumentis facile erutis, ex Vaticano præterea, atque Ostiensi tumulo eandem translationem processisse, eorumdem ope monumentorum sciri potest. Etenim, si statim ac martyrium passi sunt Apostoli, iis tumulati fuerant locis, & paulo post Romam accesserunt, qui venerandis corporibus subreptis, ea ad

Lipsana ex Vaticano atque Ostiensi ad Catacumbas die VIII. Calendas Martias anni æræ vulgaris 220. qui tertio Pontificatus S. Callisti, & quarto Imperii Heliogabali responderet, quemadmodum ex descriptis pag. 363. testimoniis Catalogorum Henscheniani, & Schelstratiani, nec non Libri Pontificalis in Cornelii Papæ vita, perspicuum est (a). Autho-

ad Catacumbas transfulerunt; manifestum est, non aliunde translationem factam, quam e memoratis conditoriis. Minus aperte eadem monumenta significant, quamdiu in Catacumbis steterint Apostolicæ reliquæ, sive quando juxta Gregorii Magni testimonium exeuntes Romani levaverunt illas, & posuerunt in primitivis sepulcris. Optime quidem ex iis deprehenditur, ejusmodi Romanorum accessum, levationem, ac positionem jam factam fuisse ante obitum Zephyrini Papæ, quem accidisse constat anno æræ vulgaris 217. imo ante obitum Anacleti, qui contigit triginta post annos a passione SS. PETRI & PAULI, hoc est anno Christi 95. Cælius siquidem Theologus, qui Zephyrino Pontifice scripsit, satis dilucide meminit apud Eusebium locum sepulchrorum in Vaticano atque Ostiensi PETRI & PAULI, & author libri Pontificalis in Anacleto sepulchrum hunc notat juxta corpus B. PETRI, non quidem in Catacumbis, sed in Memoria apud Vaticanum ab illo in honorem tanti Principis constructa & composita.

(a) Posito namque quod jacerent Zephyrini Papæ temporibus in Vaticano & Ostiensi Apostolorum exuvie, quum memorati Pontificum Romanorum Catalogi narrent, haud multo posteriorem Zephyrino Romanæ Ecclesiæ Antistitem Cor-

nelium, levasse illas ex Catacumbis, & PETRI collocasse in Vaticano manu sua, PAULI in Ostiensi, curante Lucina; quis non videt, hoc non evenire potuisse, nisi illis ante rursus sublati, ex primitivis tumulis, reductisque ad Catacumbas? Sed quo isthæc tempore, qua occasione, quo authore? Nihil ex modo deductis elarius. Satis enim manifeste liquet, actam fuisse translationem alteram eo intervallo temporis, quod excurrit a parte aliqua Pontificatus Zephyrini ad partem usque regiminis Cornelii, qui Zephyrino post Callistum, Urbanum, Pontianum, & Antherum successit. At sit, dicet aliquis, eo acta intervallo. Verum quonam anno, mense, die? De anno inferius in ea, quæ proxime sequitur adnotatione. Si laudatum ex laetereculo Polemei vel Polemii Sylvii locum attendimus, actam fuisse coniciemus mense Febuario, die vigesima secunda. Quid enim ibi? Romæ celebratam (præter festum Cathedræ S. Petri, de cujus celebratione testimonium præbet Indiculus Bucherianus, & de quo nonnulla diximus in notis ad Cortesii lib. 1. de Romano itinere Principis Apostolorum, pag. 22.) VIII. Calendas Martias testatur idem Sylvius quinti seculi scriptor depositionem, hoc est juxta latiore vocis acceptionem, festivitatem SS. Petri & PAULI

Authorem præterea hujus translationis habendum esse sanctum Pontificem Callistum, cui necessarium visum sit, ea rursus in ignotiora, & alias ob primam commorationem magnopere congruum, atque opportunum locum adducere. Quandoquidem & Vaticano Principis Apostolorum sepulcro ruina imminere videbatur, & omnia Religionum *Venerabilia*, Christianæ præsertim, collocanda sive transferenda erant Heliogabali Imperatoris jussu intra profanam impij hujus Cæsaris ædem (a): Corpora demum Apostolorum secundo

Pauli. Hanc autem in memoriam singularis ad utrumque pertinentis eventus, quem eo die contigisse constaret, fuisse institutam verosimillimum Moretto videtur n. xxv. laudatæ disputationis; per spectro Romanæ Ecclesiæ frequentiore usu, suis quamque diebus, quibus accidissent, anniversaria recordatione insigniores ad Christi religionem pertinentes res gestas, celebrandi. At quis ille eventus (prosequitur doctissimus author) PETRUM æque ac PAULUM pertingens, & quidem insignis, memoriaque dignus? Non utique obitus. Etenim hic celebratus est antiquissima quoque ætate (quemadmodum & in notis ad Cortesium, & in Annalibus SS. PETRI & PAULI demonstravimus) ad diem 29. Junii. Non prima translatio ad Catacumbas: siquidem per facinus illa contigit execratione atque oblivione potius dignum. Non reportatio sacrarum PETRI & PAULI Reliquiarum in Vaticanum atque Ostiense primam translationem consequuta. Nam ejus memoria (si quæ unquam insituta fuerat) vacare seu omitti debuit, quum par aliqua functio contigit posterioribus annis. Non denique ejusmodi actio, quæ secundam transla-

tionem, cujus tempus investigamus, sequuta est, Cornelio, ut supra ostendimus, catholicam Ecclesiam gubernante. Ista enim (quod ex sequenti animadversione patebit) Junio mense est absoluta. Fuit igitur altera illa translatio ad Catacumbas, quam quod acciderit reapse die 22. Februarii, ea die celebrant olim Romani, veluti eventum & propter authorem suum, & propter occasionem (de quibus jam in proxima adnotatione sermonem instituemus) memoria dignissimum.

(a) Et sane ex superius descriptis pag. 364. & 365. Dionis Cassii, Herodiani, atque Ælii Lampridii locis docemur: *Primo*, Heliogabalum, quod Helephantorum quadrigas agitare decrevisset in solo Vaticano, varia circa istud constructa sepulera dejecisse. *Secundo*, eundem in id præcipue elaborasse, ut Urbem immo Orbem universum ad unice colendum venerandumque Idolum cognomine insignitum suo, perduceret. *Tertio*, ad hoc facilius obtinendum, illud sibi potissimum proposuisse, ut quæcumque sacratoria ac venerabiliora apud uniuscujusque sectæ religionisve homines haberentur, in ejusdem Idoli tem-

plum

cundo ad Catacumbas translata; latuisse ibidem annis triginta, mensibus quatuor, totidemque diebus (si in relato pag. 364. libri Pontificalis textu legamus vi. Kal. Jul. sin vero cum Vignolio legere velimus iii. Kalend. diebus septem) a die scilicet 22. Februarii, ad diem 26. vel 29. Junii anni 250. quo curante Beato Cornelio Papa, sunt denuo in locis reposita, eorum adhuc præsentia celeberrimis.

Hæc sunt, quæ de translatis semel atque iterum corporibus SS. PETRI & PAULI, ad *Catacumbas*, prolatorum
A a hæcte-

plum transferenda curaret. *Quarto*, nec res christianas talibus exemptas voluisse infortunis stultum Casarem, quin potius secularum sortem ceterarum subituræ, disertissimis verbis pronunciasse. *Quinto*, tantam Heliogabali insaniam, præsertim, quæ sacra respiceret, innotuisse maxime, quam Urbem ingressus est primum post susceptas in Oriente Augustales insulas, nimirum post sequutam adversus Macrinam rebellionem militum die 16. Maii, quam prælium ejusdemque Macrini cum filio cædes excepit, proximamque transactam ab Heliogabalo hyemem Nicomediæ. Porro ex his omnibus non modo secundam quam supra commemoravimus translationem corporum SS. Apostolorum ad Catacumbas, sed etiam ejusdem translationis occasionem, authorem, atque annum sic colligit eruditissimus Petrus Morettus in in sæpe citata Disputatione num. xxvii. & xxviii. Quum dubio præcul sit ante & circa initium Imperii Heliogabali in primitivis sepulcris Vaticano & Ostiensi venerabilia corpora PETRI & PAULI fuisse culta; siquidem certum est ex superius demonstratis, quod ibi colerentur, Zephyrino summum tenente Pon-

tificatum, quem compleße nemo negat ante memoratum initium; quum itidem pro certo haberi debeat, (præsertim si ad summam, qua tunc temporis res Christi publica perfruebatur tranquillitatem, animum adiciamus) ipsos Ethnicos non omnino ignorasse, cur Christiani homines Vaticanum & Ostiense solum frequentarent: Si Heliogabalus ex testimonio Lampridii palam jactabat ad infamiam sui Idoli cultum translatum iri etiam *Christianam devotionem*: si venerabilia Religionum omnium in templum illius collocanda curabat: si immanis, quam instituere voluit apud Vaticanum campum, quadrigarum agitatio fatalis videbatur propinquis molibus, sepulcralibus potissimum, quispiam ne credat, talium rerum rumorem, statim ac obortus est, non pervenisse ad aures summi Pontificis Callisti, qui sic insaniente Heliogabalo, regebat Ecclesiam, neque eum prævidisse, quale PETRI tumulto immineret periculum, & quam verosimile esset, ut sacrosanctæ Apostolorum reliquæ in profanum templum transferrentur inter superstitionosa Gentilium *venerabilia* collocandæ, habendæque veluti insigniora de

pro

hactenus, atque explicatorum veterum Monumentorum ope ac beneficio, nobis manifestantur. Neque veremur apud doctos cordatosque viros eorundem monumentorum vacillare posse fidem. Nemo enim (ut per singula discurram) persuadere unquam audebit non modo sapientibus, sed ne leviter quidem eruditis hominibus, levem esse auctoritatem, vel fragmenti, quod nomen praeferens vetustissimi secundi seculi theologi, ab Ecclesiasticae historiae Principe meruit conservari; vel versiculorum, quos doctissimus & fulgi-

prostrata etiam Christiana religione trophaea; proptereaque non statim eas Callistum Papam eduxisse ex Vaticano & Ostiensi, occultasseque in ignotiore ac remotiore loco? Ego quidem (prosequitur cl. Moretti loc. cit.) crediturum isthaec arbitror nullum, cui notum erit, quam vigiles in administranda Christi republica Romani Antislites fuerint, & quam grato animo, & obsequio singulari Apostolorum Principes venerati sint semper, Petram maxime, originem aeternam duraturae dignitatis Apostolicae Sedis. At quis locus ille, nisi ex quo levatos Apostolos a Cornelio, haud multo post Heliogabali regnum, florente, didicimus per testimonium Catalogorum, & libri Pontificalis, nimirum in *Cotacumbis*, quarum situs opportunitatem optime noscebat Ecclesia, & quae illud insuper praecipue habebant, quod tanto thesauro jam fuissent consecratae? Quis Pontifex, nisi sub quo juxta accuratorem temporum suppurationem, integra excurrit Heliogabali dominatio, idest Beatissimus Callistus? Vide etiam egregium ejusdem Moretti

opus de *S. Callisto PP. & M. G.* disquisit. r. cap. 2. quo Chronologia illustratur Callistiani Pontificatus, & regni coaeorum Imp. juxta sententiam Chronographorum primae notae. En ut colligit clarissimus Transyberinae Basilicae historicus secundae translationis occasionem authoremque ex Lampridio. Atqui jam hisce ita collectis, commode notum fit, cujus anni mensis fuerit Februarius, quo dictam translationem gestam fuisse probavimus ex laterculo Polemii Sylvii pag. 367. Nempe fuit anni aerae vulgaris 220. quo Heliogabalus *primum ingressus Urbem*, ex Oriente profectus (ubi post acceptum Imperatoris nomen mense Majo anni 219. necemque Macrini & Didumeni filii, hyemem exegerat subsequutam) superstitionis suae conspicua edidit signa, de quibus Beatus Callistus Papa certior factus consulere debuit sacrorum corporum securitati. Anno enim 219. (inquit Blanchinius in Prolegomenis ad tom. 2. Anastasii pag. CCII.) *Heliogabalus, praemissa imagine sua, Romam venit, & solis Sacerdotem genuit, nummosque cudidit, SACERDOS DEI SOLIS ELAGABAL. Alagabalus Romam rediens Deum suum* cogno-

fulgidioris Christianismi aetate vivens Pontifex Damasus, omnium exposuit obtutui: vel Catalogorum, quorum primus scriptus est regnante Justiniano I. Augusto, alter ab ipsa singulari Codicis, e quo decerptus a Schellstratio fuit, vetustate, maxime commendatur; vel prioris partis libri Pontificalis, quam viri nostri & superioris seculi *κρτισμοις* ex antiquioribus S. R. E. tabulis conflata, optimo meritoque jure arbitrantur; vel epistolae S. Gregorii Magni, eventum non externum, sed plane domesticum, & alias testatum Damasi Papae versiculis, non cuicumque de trivio feminae, sed Augustae Romani Imperatoris conjugis, serio narrantis; vel historiarum Dionis atque Herodiani, gesta suorum temporum describentium; vel demum vitae Heliogabali, vix centum post annos a Lampridio contextae, infamissimi Caesaris memoria adhuc vigente, consultisque Synchronis eidem, aut certe supparibus historicis, ac regestis Senatus Populique Romani, quemadmodum integram vitam legentibus, manifeste constabit.

A a 2

Sed

cognominem intulit, eiusque templum condidit, sive potius condere cepit, quod (attenta ejusdem templi magnificentia, de qua Herodianus l. c.) perfecit anno sequenti. Consule Labbeum tom. 1. Chronologiae historicae pag. 193.

His de praefatae secundae translationis tempore perspectis, facileprehenditur, quamdiu in *Cotacumbis* steterint translata ad eas Beatissimorum Apostolorum corpora. Steterunt scilicet per annos solidos xxx. menses iv. dies iv. Totidem quippe fluxere a die 22. Februarii anni 220. ad diem 26. Junii anni 250. quo tempore reportata secundo fuisse ad Vaticanum & Ostiense conditorium, descriptus superius pag. 364. libri Pontificalis textus ex vita Cornelii sancti hujus Papae Pontificatus incipiat die 2. Junii an. aerae Chri-

sti 250. deficiatque 147. Septembris an. 252. prima laudati textus pars, quae incipit *Hic* (Cornelius) *temporibus suis* & definit in *vi. Kal. Julii*, clare procul dubio, ut legenti patet, hanc fuisse diem tradit, qua S. Cornelius ad primitiva sepulera retulit Apostolos, posterior vero pars incipiens, *Post hoc eodens tempore*, praenotatam diem illam 26. Junii pertinere ad annum Corneliani Pontificatus primum, non obscure designat, enarrando dumtaxat seriem gravissimarum arumnarum, quas vexasse Cornelium toto secundo dicti Pontificatus anno, & tota portione tertii inccepti, quo occisus est, constare videtur ex assertis a Blanchinio, tum in Prolegomenis ad tom. 2. Anastasii pag. CCVIII. col. 2. tum etiam in notis ad laudatam Cornelii vitam pag. 197. & seqq.

Sed jam ad recentiorum criticorum de eadem SS. Corporum translatione ad *Catacumbas* differentium, errores & anacronismos breviter detegendos corrigendosque, laudato Petro Moretto duce, progrediamur. Ac primo occurrit Eminentissimus Annalium Ecclesie pater Baronius, qui ad annum Christi 221. priorem vero juxta ejus Chronologiam Callisti Papae; „ His temporibus (inquit) Elegabalum auctor est Lampridius ad agitandas quatuor Elephantorum quadrigas in Vaticano demolitum esse aliquot sepulcra, quae obstitabant. Existimavit ob id aliquis (nimirum ut habet cl. Annalista ad oram paginae, *Panvinus in addit. ad Platinam & de Rom. Pont.*) sed nulla plane auctoritate vel ratione, tunc dirutum esse inter alia sepulcrum Apostoli Petri, translatumque corpus ejus ad *Catacumbas*, ubi una cum Pauli corpore manserit usque ad Cornelium Papam, qui utrumque sustulisse dicitur, & Petri in Vaticano, Pauli vero via Ostiensi, ubi sunt postea ipsius erectae Basilicae, collocasse. Amplioribus sane spatiis Vaticanum olim patuisse tom. I. Annalium diximus: adeo ut non sit necesse haec intelligere facta ab Elagabalo, ubi esset Petri sepulcrum. Rursum vero cum illud esset a latere Circi Neronis, inherens monti, nequaquam videri potest, illic fuisse opportunum locum ad agitandas immanium bestiarum quadrigas. Nam, si velimus illum eas agitare in Circo Neronis, si spectaculi capax Circus non erat, ipse primò diruendus fuisset; cum tamen nulla mentio habeatur de circo diruto, quod ante omnia (quod res esset longe majoris momenti, quam privatorum sepulcra) dicendum fuisset. Si vero eum extra circum agitasse quadrigas dicere velimus; tunc cum inter Circum & tumulum S. Petri perangustum esset spatium, monte a tergo, a fronte Circoposito, non satis erat Elagabalo demoliri sepulcra, nisi solo æquasset (ut dictum est) Circum, cum tamen non nisi aliquot sepulcrorum factam esse jacturam idem affirmet. At si demus etiam tum Petri Apostoli dirutum sepulcrum, ejusque corpus translatum fuisse ad *Catacumbas*, quae, rogo, ratio subesset, ut & Pauli Apostoli corpus etiam sepulcro via Ostiensi collocatum, & in hac tempora asservatum, inde tolleretur, nulla causa vel saltem

93 vero-

verosimilis monstrari potest. His igitur penitus confutatis, magna est apud me auctoritas S. Gregorii affirmantis paulo post tempus passionis Apostolorum eorundem sacra corpora a Graecis furtim sublata, tumque ad *Catacumbas* perlata fuisse: qui divino miraculo praepediti, a coeptis desistere coacti sunt, cum Fideles, re compta, in sua loca Apostolorum corpora retulerunt. Haestenus Ven. Card. Baronius, qui verbis S. Gregorii ex epistola ad Constantinam Augustam descriptis, concludit, numquam revera a S. Callisto Papa Beatissimorum Apostolorum corpora in *Catacumbas* fuisse translata, proindeque *alucinatum esse incertum* libri Pontificalis authorem in Cornelii vita. At immerito sane Panvinium a Baronio redargui, ex his quae de duplici corporum SS. Apostolorum translatione superius dicta sunt, satis, ut opinor, manifeste patet; *Causam certe verosimilem*, quam Baronius quarit, nemo ignorat, rumor scilicet de inferendis in Heliogabali templum Religionum omnium *Venerabilibus* a Lampridio memoratus (a). Quamobrem non video, quo jure cl. Morettus

A a 3 num.

(a) Quamquam Ven. Cardinalis Baronius *l. cit.* recte animadvertat, per Lampridianum textum Vaticanorum aliquot sepulcrorum everisionem significantem, non probari everisionem Vaticani sepulcri B. Petri, parum tamen critice ex hoc deducit, nullam extitisse causam Callisto Papae transferendi Petri Reliquias ad *Catacumbas*. Siquidem, vel solus metus, ne ruina postorum atque non longe ædificiorum latius progrediretur, ad illas tutiori situ deponendas movere debuit vigilantissimum Pontificem. Quod autem subdit Baronius de reiicienda secunda translatione, quia Antiquorum nullus ejusdem meminert, Baronianum acre judicium parum olet, suoque auctori contradicere. Etenim & severioribus criticis persuasum est, ea,

quae solidis conjecturis nituntur, quamvis nemo veterum expresse testetur, non statim esse habenda pro falsis, aut respuenda, atque ingens Annalium Ecclesiae opus nunquam refert magnum Parentem suum aliquid solis conjecturis probantem, quod aperto majorum testimonio carere dignoscitur. Quid dicam de elevata a viro summo auctoritate scriptoris Vita Cornelii in libro Pontificali occurrentis, quem *alucinatum* praesidenter vocat, & *incerta* scribentem? Ea quidem Baronius minime protulisset, opinor, si meminisset, se ad gravia quaedam comprobanda, ejusmodi *incerti auctoris* testimonio sapissime uti, ac praeterea si novisset, in vetustissimis etiam Romanae Ecclesiae tabulis, Catalogis scilicet summorum Pontificum superius laudatis.

num. XLVII. suæ disputationis sæpe laudatæ, doctissimum Augustiniani ordinis Alumnum eadem prorsus cum ipso de duplici translatione sentientem carpat, ejusque *diligentiam vel criticam desideret*, ac merito propterea eundem a Baronio vapulare, afferere non vereatur. Neque enim Panvinius, antiqua hac de re monumenta, *consulere neglexit* (quod supponit Morettus num. XLVII. & XLVIII.), ac nominatim Lampridianas de Heliogabalo narrationes, prout ejusdem Panvini opera consulentibus patebit, præcipueque locum illum, quem ex libello de *septem urbis Ecclesiis* cap. IV. pag. 34. & seq. edit. an. 1570. idem Morettus descripsit num. XXXIV. asserens, *se non alium præter hunc ex libris, quibus Honuphrius de nostro argumento disserit, perlustrare oculis potuisse.*

In

tis, adnotatum reperiri, quod ipse *hallucinationem* potius appellandum putat, relatum in libro Pontificali. Ceterum observandum, quæcumque hætenus adversus Baronium disputavimus, afficere etiam Severinum Binium, & Michaëlem Angelum Lualdum. Nam Binium contenta in relato Baronii loco fere integra exscribit, ampliaturque in adnotatione ad Vitam S. Cornelii Papæ, quam legis tom. I. Conciliorum Labbei; Lualdus autem (de quo Mandosius tom. I. Biblioth. Romanae Centuria 3. n. 38. pag. 170.) in historia Ecclesiastica, seu tractatu de origine Christianæ religionis, & propagatione Evangelii in Occidente tom. 2. lib. 8. cap. 2. pag. 367. & seq. etsi non singulos Baronii nexos, suos faciat, cum eo tamen translationem alteram rejicit, nec propriis caret indigentia, ac non satis maturæ critices iudicii. Inter alia, quæ prætereo (ex. gr. quod tempus unice translationis constituere pluribus volens, nihil inde desinendum sibi constituat: quod nonnullarum revelationum recentioris ævi

authori, de re antiquissima loquens, fidere videatur: quod verba Gregorianæ epistolæ ad Constantinam tempore quo passi sunt, intelligi posse exilimat etiam pro anniversario quovis die, passionis memoriz recolendæ consecrato, &c.) illud palmare & manifestum est, quod translata in Catacumbas corpora Apostolorum a Græcis seu Orientalibus diu ibi remansisse, & reportata demum ad pristina sepulera sub Cornelio PP. decernat, inquit, *doppo longa serie d'anni . . . Cornelio Pontefice li trasse da quelle grotte, e li ripose di nuovo ne' loco antichi Cimiterii.* Qui enim id statuit, ostendit, nec se vidisse celebre fragmentum disputationis Cæii Theologi, quod certe *longam illam seriem* annorum eliminat, dum testatur, haud multo ante Cornelii Pontificatum, nimirum sub Zephyrino, qui xxxiii. circiter annis Cornelio præcessit, Reliquias Apostolorum non in Catacumbis, sed in Vaticano, atque Ostiensi a Fidelibus cultas, quemadmodum superius animadvertimus.

In eo igitur opusculo Panvinius, de Basilica Vaticana sermonem instituens, hæc habet: „ Hanc Basilicam in monte „ Vaticano parvæ Ecclesiæ forma (ut tradit Damasus Papa „ primus ædificavit in ipsa B. Petri morte Anacletus Presby- „ ter S. R. E. ab eodem Petro ordinatus, & tertius ab eo „ postea Pontifex Romanus, juxta viam Triumphalem, „ Caiique & Neronis Circum, quo loco idem Apostolus... „ crucifixus fuerat. . . Idem Anacletus postea Pontifex fa- „ ctus, instituit, ut reliqui Episcopi Romani eo loci se- „ pultura traderentur. Hinc Linus, Cletus, &c. Cajus quif- „ piam scriptor Ecclesiasticus, qui cum S. Zephyrino Papa . . . „ adversus Proclum . . . disputavit, hæc verba de locis, „ ubi SS. Apostolorum Petri & Pauli posita sunt tabernacula, „ sive cœmeteria scripsit. *Ego habeo trophæa Apostolorum „ qua ostendam. Si enim procedas via triumphali quæ ad „ Vaticanum ducit, aut via Hostiensis, invenies trophæa de- „ fixa, quibus ab utraque parte statutis, Romana communi- „ tur Ecclesia.* Vetustissimam S. Petri memoriam, ut eam „ Damasus vocat, sive Martyrium vel Confessionem (ut „ eam S. R. E. Protonotarii, qui græce latineque res gestas „ Martyrum scriperunt, appellant) destruxisse videtur ne- „ farium naturæ monstrum Heliogabalus Imperator, quum, „ ut Lampridius tradit, sepulera Vaticana, quo Elephantor- „ rum quatuor quadrigas latius & commodius ageretur, quæ „ obfistebant, dejecisset. Quo tempore S. Callistus Papa, qui „ B. Zephyrino successit, corpus Apostoli Petri ex cœmete- „ terio Vaticano diruto, ad Catacumbas juxta cœmeterium „ ab se ad secundum ab Urbe via Appia lapidem extru- „ ctum cum corpore S. Pauli transfudit, ubi sub altare mar- „ moreo, quod adhuc extat, usque ad Cornelii PP. Ponti- „ ficatum per annos circiter xxx. jacuerunt sub Romanis „ Pontificibus Callisto ipso, Urbano, Pontiano, Antero, „ Fabiano, & Cornelio. Nam Damasus auctor est, S. Cor- „ nelium Papam Lucinæ matronæ Romanæ rogatu corpora „ Apostolorum Petri & Pauli a Catacumbis noctu sustulisse, „ & prioribus suis locis relocasse. . . Primum quidem cor- „ pus B. Pauli Lucina posuit in prædio suo via Ostiensi „ juxta locum ubi decollatus fuerat. S. vero Petri corpus „ accepit B. Cornelius Episcopus, & posuit juxta locum, „ ubi crucifixus est, inter corpora SS. Episcoporum in Va-

„ ticano „ . Huc usque eruditissimus Panvinus, qui dein paullo inferius prolatis in medium locis ex libro Pontificali in Vita Cornelii, & ex litteris S. Gregorii Magni ad Constantinam, etsi utriusque translationis diserte non meminerit, mirifice tamen in his quæ ad earum translationum occasionem tempusque spectant, nobiscum & cum Moretto ipso consentit.

Baronii Lualdique sententiis excussis, Panvinioque ab negligentia nota vindicato, quæ præstatiores nostri & elapsi seculi critici in hanc rem attulerint, breviter expendamus. Papebrochius e Societate Jesuitarum tom. v. Junii Bolandiani §. iv. *Analectorum de SS. Petro & Paulo*, secundam tantum translationem admittens, ita S. Gregorium Magnum cum Libro Pontificali conciliare conatur, ut verba illa toties laudatæ Gregorii Epistolæ ad Constantinam *tempore quo passi sunt Apostoli* ad subsequenda tempora, quibus alii atque alii Christiani sub variis persecutoribus occisi sunt, extendat (a). At quis credat, S. Gregorium, licet parum aliquando sollicitum de indicando præciso tempore cujuspiam eventus, per formulam *tempore, quo passi sunt Apostoli* (passos autem constat haud multo post medium seculi primi) significare voluisse exordia seculi tertii? Cui verosimile visum fuerit, Pontificem doctoremque sanctissimum non hercle ineloquentem, aut latine scribendi rationis imperitum, ut *Fideles passos exemplo Apostolorum* exprimeret, *passos Apostolos* expressisse? An quia *tempus, quo passi sunt Apostoli*, de præciso momento passionis intelligi nequeunt, quod

(a) Idem Papebrochius loc. cit. p. 435. num. 30. „ Torquet se Lualdus (ait), ut *tempus, quo passi sunt Apostoli*, faciat intelligi anniversarium aliquem passionis eorum diem, pacata jam Ecclesia per Constantinum, sub quo, vel successorum ejus aliquo, talia acta sint. Sed mera isthæc violentia est. Malim ego admittere S. Pontificem (Gregorium) plerumque magis sollicitum de rebus, quas tractat, quam de tempore, quo res præ-

„ cise contigerunt, hic intellexisse *tempus, quo passi sunt Apostoli* cum aliqua latitudine, quæ extendi etiam posset ad tempora sequentia, quibus alii atque alii Christiani sub variis persecutoribus occisi sunt. Certe ita restringi factum ad tempus passionis non potest, ut non fuerint Cadavera ante in Vaticano, & via Ostiensi deposita, quam fuerint (ut prædicitur) ab Orientalibus sublata, &c.

quod tunc abessent rapturi sacra spolia Orientales, de remotissimo ab eadem passione tempore, intelligenda erunt?

Schelstratius tom. i. *Antiquit. Eccl. illustratæ*, & apud tomum 2. Anastasii Blanchiniani p. 194. col. 1. unicæ translationis opinionem a se amplexam abunde docet (a). Verum cur non edisserit, admittat ne, quam Magnus Gregorius actam narrat ab Orientalibus circa tempus passionis Apostolorum, an eam, quam Callisti temporibus attribuit Panvinus? Præterea a S. Gregorio narrari ait, quod Orientales Petri & Pauli corpora in Catacumbas occultarint, dum *eos Romani insequerentur*; quum e contra sanctissimus Pontifex scribat, factum impetum a Romanis, quando jam ante occultata corpora in Catacumbas *levare* illinc adniterentur, & nequirent Orientales. Adhæc Petri Reliquias, quas semel vult translatas ad Catacumbas, ex Vaticano Cœmeterio eductas fuisse, non abnuat, & quidem, ut aliquo tutiore loco apud easdem conventus agerent Fideles. Cur tamen Petri Reliquiis Paulinas adjungit non certe in Vaticano sepultas? Tandem licet vetustiorum Pontificum historiam, Fa-

(a) Quæ in actis (inquit) S. Cornelii traduntur de corpore S. Petri, quod ab eo positum fuit juxta locum, ubi sepultus est in monte aureo in Vaticano 11. Kal. Julii, indicant etiam translationis diem ab Ecclesia Romana celebratum. Quomodo autem factum sit, quod corpus B. Petri ab Anacleto adhuc Presbytero in Vaticano reconditum, rursus a Cornelio huc translatum sit, duabus de causis contingere potuit: vel quia verum est, quod Gregorius M. tradit lib. 3. reg. epist. 30. ad Constantinam Augustam, quod Orientales ea auferentes, dum Romani illos insequerentur, & ad secundum Urbis miliarium in Catacumbis collocarint, indeque a Cornelio translata sint: vel quia Fideles in cryptis Vaticanis dete-

„ sti, sub Callisto PP. cum Cor-
„ poribus Petri & Pauli ad Cata-
„ cumbas confugerunt; ubi & Ro-
„ mani Pontifices a Fabiano sepe-
„ liri cœperunt. Unde, rogante
„ Lucina, Cornelius ea in Vati-
„ canum transtulit, ut pluribus
„ probat Onuphrius in historia ma-
„ nuscripta „. Historia autem Pan-
„ vinii MS. quam heic laudat Schel-
„ stratius, est fortasse historia Basili-
„ cæ S. Petri, in Bibliotheca Vati-
„ cana recondita, nisi sint egregia
„ illa Ecclesiastica historia ab eodem
„ Panvinio acerrimo exquisitæque ju-
„ dicio conscriptæ, volumus, ex qui-
„ bus magnopere profecit Baronius,
„ quæque in ejusdem Bibliothecæ plu-
„ teis adhuc delitescunt, utinam
„ aliquando in publicam hominum
„ lucem communemque utilitatem
„ proferantur.

Fabiani maxime, non ignoret Schelstratius, nihilominus Romanos Pontifices a Fabiano sepeliri coepisse in Callisti, seu in Catacumbis tradit, nequaquam animadvertens ante Fabianum ibi sepultos & Urbanum & Antherum saltem, quemadmodum disertissimis testatur verbis author libri Pontificalis.

Labbeus par. 1. Chronologicae historiae pag. 103. asserit anno Christi 258. Sixto II. Pontifice Maximo die 29. Junii levata fuisse e Catacumbis SS. Petri & Pauli corpora. At a quibus authoribus id didicerit, ne leviter quidem indicare dignatur. Quare non immerito eruditi ceteroquin Jesuitae negligentiam, vel si placet omissionem redarguit Johannes Pearsonius in Annalibus Cyprianicis ad annum Consulatus Tusci & Bassi, periodi Julianae 4971. aerae christianae 258. num. II. Quid Cyprianus (inquiens) exul fecerit hoc anno, nescimus; & de Xysto (Papa) fere nihil habemus. Hic tantum mihi aures velle Philippus Labbeus, & communit, ut aliquid de Xysto scriberem. Ille enim de Xysto agens hoc anno, primus, & solus, ut opinor annotavit; 29. die Junii levata fuisse e Catacumbis SS. Petri & Pauli corpora; nullamque suae sententiae rationem reddidit, nullam observationis suae utilitatem proposuit; quamvis & ratio haud mala, & utilitas haud parva subesse videtur.

Sed nec Pearsonius ipse diligentior, aut *apertiores* Labbeo (a). Nam haud malam, ut ipse ait, Labbeanae sententiae ratio-

(a) Sic autem prosequitur Pearsonius loc. cit. Ratio, si recte capio, in antiquissima Depositione Martyrum continetur, ubi haec leguntur: *II. Cal. Julii Petri in Catacumbis, & Pauli Ostiense, Tusco & Basso Coss.* Et ad marginem Bucherius. *Nescio quid hic sibi velint hi Consules forte aliunde luxati. Scilicet ex communi sententia Petrum & Paulum hoc die passos esse putavit, quorum Passionem cum sub Nerone contigisse omnes*

noverint, quid hi Consules hic facerent, videre non potuit. Verum enim vero non de Passione, sed de translationis tempore hic agitur. Apostolos passos Nerone, & Vetere Coss. Tusco & Basso Coss. translatos esse docuit sub Xysto auctor depositionis Martyrum. Idem voluit gestorum Pontificalium auctor, sed Episcopos permutavit, ut saepe solet, & pro Xysto Cornelium, ut pote notiores posuit. Sic enim ille: *Hic temporibus suis*

rationem subinde collocans in verbis Indiculi depositionis Martyrum ab Aegidio Bucherio primum editi, *II. Cal. Julii Petri in Catacumbis, & Pauli Ostiense Tusco & Basso Coss.* non animadvertit his Indiculi verbis, quod spectat ad Petrum, oppositum innui, cujus translatio (si tamen ibi de translatione est sermo) non in Vaticanum, uti narrat Labbeus, sed in Catacumbas facta fuisse dicitur. Ad haec idem voluisse ait, ac Indiculus, authorem libri Pontificalis, etsi perperam Cornelio tribuerit, quod Indiculus Sixti II. temporibus assignat, quasi authoris illius narratio in reliquis conveniat, qui alias in re principe ab Indiculo dissentit: historiamque in litteris Magni Gregorii ad toties memoratam Augustam descriptam *nulla omnino fide dignam* dictatorie pronuntiat, ne quid dicam de novitate sententiae, qua Apostolorum Martyrium extra 29. Junii diem collocandum censet, ex perperam intellectis Sylviani laterculi verbis (a); lau-

corpora Apostolorum Petri & Pauli de Catacumbis levavit non. Inde Pseudo-Isidorus eandem historiam fictitiae Cornelii Epistola inseruit. Neque erat huic narrationi fides abroganda propter auctoritatem Gregorii Magni, cum historia, quam ille narrat nulla omnino fide digna sit. Cajus quidem, qui circa annum Domini CC. scripsit, ostendit Apostolorum trophaea, tunc temporis in Vaticano & Ostiensi asservata fuisse. Haec igitur trophaea qualiacumque fuerit, in Catacumbas translatisse videtur Xystus, magis in dies fervente persecutionis ardore, ut ibi stationes tutius haberi possent. Hujus observationis utilitas diem respicit, quo facta esse dicitur Translatio, nempe tertium Kalendas Julii, quo die vulgo putant eos Apostolos passos esse contra Veterum sententiam,

qui ultimo Neronis anno eorum martyrium adscribunt. Ultimo enim Neronis anno vicesimonono Junii pati non potuerit, quia ipse Nero sexto die Junii perierit. Sed, si alio die depositio facta est, alio Translatio, quam facta est postea sollempnitas, salva erit interim sententia. Et sane ante Pseudo-Isidori aetatem, antea gesta Pontificalia alius dies assignabatur. Nam Polemius Sylvius in laterculo suo, sacra profanaque Festa continente anno Christi CCCXLIX. evulgato, haec habet: *VIII. Kal. (Martii) Depositio SS. Petri & Pauli.* De qua varietate alibi a nobis disputatum est.

(a) De anno aerae Christianae, deque mense ac die, qua Apostolorum Principes passi sunt, consule, si placet, quae habentur in nostris ad Cortesii librum 2. de Romano itinere gestisque D. Petri adnotatio.

laudatumque Indiculi Bucheriani locum, quem Pearsonius pro memoria translationis Petri & Pauli in Catacumbas sub Consulatu Tusci & Bassi, accipienda esse contendit, multo simplicius ac probabilius intelligi debere de Festo ipso Passionis Beatissimorum Apostolorum, cl. vir Petrus Morettus existimat num. LVIII. & seqq. sæpe citatæ Disputationis, ubi singulis difficultatibus quæ adversus hanc suam interpretationem in medium proferri possent, plenissime diligentissimeque occurrens, Antonii Pagii, Francisci Blanchinii, aliorumque recentissimorum Criticorum in eodem translationis Apostolorum ad Catacumbas argumento pertractando, negligentiam erroresque demonstrat (a).

Jam

tionibus, pag. 88. & seqq. Supponit autem Pearsonius voculam *Depositio* in laudatis Polemii Sylvii verbis: VIII. Kal. (Martii) DEPOSITIO SS. Apostolorum Petri & Pauli, mortem, seu passionem innuere; quod tamen incertissimum esse suadet tum opinio aliorum doctissimorum virorum docentium pro genericis & promiscuis habendas esse distinctiones, natalis, festivitatis, depositio; tum etiam autoritas sæpe citati Indiculi Bucheriani sollemnitates adnotantis sub titulo, *Depositio Martyrum*, longe a passionis aut mortis remotam ideam animis proponentes; nimirum festivitatem *Jesu in Bethleem Juda*, nec non *Natale Petri de Cathedra*, id est juxta communem sapientum interpretationem, *Festum Cathedrae S. Petri*.

(a) Ac primo quidem observat idem Morettus loc. cit. num. 68. Antonium Pagium, Sammaurinum annotatorem in Epistolam S. Gregorii, & Franciscum Blanchinium perperam cum Pearsonio existimasse, discussum Indiculi seu Kalendarii Bucheriani locum, de translatione

intelligi oportere. Postea ad detegendos proprios unicuique nexos descendens, observat, Pagium in Critica Baroniana ad an. Christi 67. juxta Baronium 69. Pearsonianam adoptantem interpretationem simulque diem 29. Junii martyrii Petri & Pauli honore spoliare nolentem, duplici causa stationem actam eo die definire, altera celebrandæ memoriæ Passionis Apostolorum, altera memoriæ, habitæ eâ ipsa die Reliquiarum eorundem translationis, de qua Bucherianum Kalendarium: quod corpora sanctorum *iisdem sæpe diebus, qui eorum natales erant, transferri consueverint*. At quis non videt, longe dignius annotatu esse Festum martyrii Petri & Pauli, festo cujusvis Translationis sacrarum eorum Reliquiarum? Sammaurinum autem operum Magni Gregorii illustratorem, immerito S. Pontificem *memoria lapsus* asserere, quod secundæ translationis non meminerit. Nequaquam enim narrat scribens ad Constantinam, quod corpora Apostolorum remanserint utque ad ætatem suam in primitivis sepul-

Jam vero, ut de Cœmeteriis quoque *Ostiano, Vaticano, & ad Nimphas*, in quibus Apostolorum Princeps habitasse fertur, aliquid dicamus; de *Cœmeterio Ostiano* Onuphrius Panvinius cap. XII. de *cœmeteriis* hæc habet: „ Cœmeterium omnium vetustissimum Ostrianum in via salaria ad tertium ab Urbe lapidem, in quo B. Petrus Apostolus baptizasse dicitur. „ Constat id ex perantiquis Liberii & Damasi summorum Pontificum actis quæ MSS. servantur in Bibliothecis Vaticana, Vallicellana, & Barbarina, in quibus legitur. „ Erat autem non longe a Cœmeterio „ Novellæ (al. Noellæ) Cœmeterium Ostrianum, ubi B. Petrus Apostolus baptizaverat (*alibi baptizavit*): adeoque idem Panvinius citati operis cap. XI. referens verba authoris Actorum modo laudati Liberii Papæ, hæc subjungit. „ Prothonotarius S. R. E. in Actis Liberii Papæ primo tomo Conciliorum ait: *Habitabat Liberius Papa ab Urbe Roma milliario tertio in Cœmeterio Novellæ juxta cœmeterium Ostrianum, ubi Petrus Apostolus baptizavit*. „ Demum eadem de *Ostiano Cœmeterio* habet Cardinalis Baronius ad annum 226. Augustinus Mannius hist. select. c. 522. Bosius Romæ subterraneæ lib. 3. cap. 55. & Pancirolius in sacris thesauris.

Cœmeterii autem Vaticani, quod etiam *fontis S. Petri* dicebatur, meminerunt Cencius Camerarius, qui postea ad Pontificatum Maximum evehctus Honorii III. sibi nomen adscivit, Petrus Mallius Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe

sepulcris, ex quo illic relata fuerant a Romanis, sed quod eo loco postea ab istis fuerint, quo suis temporibus requiescebant. Quod verissimum. Nam revera Ecclesia navem regente Beatissimo Gregorio, Apostolicæ reliquiæ intra Vaticani atque Ostiensis conditorii angustias latitabant. Longe diffusiori calamo prosequitur doctissimus Transylvberinæ Basilicæ historicus analysim criticam eorum omnium, quæ de translatione Corporum SS. Apostolorum ad Catacumbas scripserunt cl. viri Franciscus Blanchinius in

notis ad Anastasium Bibliothecarium tom. 2. pag. 205. & seqq. & Johannes Vignolius in notis ad Librum Pontificalem tom. 1. pag. 48. Verumtamen quum utriusque operis editiones Romæ hoc seculo adornatæ in eruditorum manibus frequentes sint, ex his quæ hæcenus dicta sunt, facillime poterit unquisque per sese, laudatas adnotationes legendo, in his quæ ad discussam translationis quæestionem pertinent Blanchinii Vignolliique errores deprehendere.

Urbe Canonicus, qui temporibus Alexandri III. floruit; ac Tiberius Alphanus Vaticanæ item Basilicæ Clericus Beneficiatus in sua Ichnographica ejusdem Basilicæ Tabula, lit. L. Porro eo loci B. PETRUM Apostolum habitasse, conversosque a se ad fidem ethnicos baptizare solitum fuisse, pia fert traditio, quemadmodum testantur Jo. Severanus in memoriis sacris, & Antonius Bosius lib. 2. cap. 2. Romæ subterraneæ. Franciscus autem Maria Turrigius in sæpe laudato *Sacrorum trophæorum* opusculo hæc refert ex Cod. MS. de *precedentia*, qui in Archivo Basilicæ Vaticanæ servatur. „ Petrus habitavit in Vaticano. Constat ex Oratorio, quod „ magnum erat ad caput Basilicæ dirutum a Nicolao V. „ ut alterum ibi ædificatum (*sic*) vocabatur *Habitatio* „ *S. Petri*. . . . Quatuor habitations B. Petri post fuerunt „ templa. Unum in Judæa, ubi liberata est est Socrus „ Petri a Christo. Hoc, de quo nunc agimus, quod Romæ „ in Vaticano est. Tertium Neapoli, dum Petrus veniebat „ Romam. Quartum Pisis, dum Roma profectus est „ in Occidentem, . . . Idem Turrigius citati libelli cap. iv. meminit alterius cœmeterii *ad nymphas* vulgo dicti in prædio Severæ via Nomentana lapide ab Urbe inter septimum & octavum, in quo D. Petrum habitasse & baptizasse ferunt vetustissima quædam Acta martyrum in Bibliotheca Vaticana servata: nam eorum author actorum, de SS. Papia & Mauro sermonem habens, hæc subdit: „ Quorum corpora collegit Joannes Presbyter noctu & sepelivit in via „ Numentana sub die 4. Calend. Februarii ad Nymphas, „ ubi Petrus habitabat & baptizabat, . . .

Et hæc de præcipuis Ecclesiis locisque aliqua Sanctissimorum Apostolorum memoria aut prærogativa insignitis, satis dicta sint (a). Quapropter ad antiquissimas fictas pictasque eorum imagines observandas, progrediamur.

(a) Præter Ecclesias SS. Petri & Pauli memoriis commendatas, de quibus huc usque egimus, meminit etiam Turrigius in sæpe laudato *sanctorum Trophæorum* opusculo aliarum Ecclesiarum atque locorum, aliqua, ut ipse existimat,

Principis Apostolorum prærogativa illustriam, cujusmodi sunt ædiculæ sive sacellæ SS. Petri & Pauli in via Ostiensi, ac SS. item Petri & Pauli *in Silice* in via sacra; nec non Ecclesiæ SS. Nerei & Achillei, ac S. Mariæ Transpontinæ, quarum

CAPUT XIV. ET ULTIMUM.

De antiquissimis quibusdam SS. PETRI & PAULI imaginibus.

EA fuit semper Christianorum hominum erga SS. Apostolos PETRUM & PAULUM pietas ac veneratio, ut vel a primis Ecclesiæ temporibus non Romæ solum, sed etiam ubique terrarum celeberrimæ eorum Imagines extiterint. S. PETRI figuram studiose a Christianis fuisse expressam quum adhuc in terris degeret, diserte testatur Eusebius *Hist. Eccl. lib. 5. cap. 18.* Et quamvis Nicephoro dubiæ fidei auctori credere renuamus, asserenti *lib. 2. hist. cap. 43.* quod omnium primus Lucas Evangelista SS. Apostolos ad nativam speciem effinxerit, plurimi tamen facienda esse videtur ea diligens atque accurata staturæ & vultus D. Petri descriptio, quam idem

tamen in hac nostra *Monumentorum Appendice* vix ullam habendam esse rationem existimavimus. De *facello quidem in via Ostiensi, ab Archiconfraternitate SS. Trinitatis convalescentium* ex media via ubi situm erat, in locum, in quo nunc vistor extra Tergeminam portam Pio IV. Pontifice Maximo, translato, disserit idem Turrigius citati opusculi capite x. Ibi enim memoriæ proditum est, ambos Apostolos quum ad supplicium docerentur, digressos, novissimam sibi pacem, salutemque dedisse iis verbis, quæ ex supposititia Pseudo-Dionysii Ateopagitæ Epistola ad Timotheum descripta, habentur loc. cit. pag. 72. De ædicula vero SS. Petri & Pauli *in Silice* via sacra, Pauli PP. III. temporibus diruta, sermonem insituit Turrigius ejusdem opusculi capite xi. ad eamque pertinere arbitratu sequentia Anastasi verba

in vita Pauli I. anno Christi 757. ad summum Pontificatum evedti. „ Hic fecit noviter Ecclesiam infra „ hanc Civitatem Romanam in via „ sacra juxta Templum Romuli in „ honorem SS. Petri & Pauli, ubi „ ipsi Beatissimi Principes Aposto- „ lorum, tempore, quo pro Christi „ nomine martyrio coronati sunt, „ dum Redemptori nostro funde- „ rent preces propria genua flecte- „ re visi sunt. In quo loco usque „ hætenus eorum genua pro tes- „ timonio omnis in postremo ven- „ turæ generationis in quodam for- „ tissimo silice esse noscuntur de- „ signata. Tandem de Ecclesia „ SS. Nerei & Achillei apud *septem solia*, aut *sepsizonium* in via nova (ubi transeunti Apostolo Petro, fertur cecidisse fasciola e suppurato diuturna compede crure), agit idem Turrigius laudati operis capite xiv.

Urbe Canonicus, qui temporibus Alexandri III. floruit; ac Tiberius Alphanus Vaticanæ item Basilicæ Clericus Beneficiatus in sua Ichnographica ejusdem Basilicæ Tabula, lit. L. Porro eo loci B. PETRUM Apostolum habitasse, conversoque a se ad fidem ethnicos baptizare solitum fuisse, pia fert traditio, quemadmodum testantur Jo. Severanus in memoriis sacris, & Antonius Bosius lib. 2. cap. 2. Romæ subterraneæ. Franciscus autem Maria Turrigius in sæpe laudato *Sacrorum trophæorum* opusculo hæc refert ex Cod. MS. de *precedentia*, qui in Archivo Basilicæ Vaticanæ servatur. „ Petrus habitavit in Vaticano. Constat ex Oratorio, quod „ magnum erat ad caput Basilicæ dirutum a Nicolao V. „ ut alterum ibi ædificatum (*sic*) vocabatur *Habitatio* „ *S. Petri*. . . Quatuor habitations B. Petri post fuerunt „ templa. Unum in Judæa, ubi liberata est est Socrus „ Petri a Christo. Hoc, de quo nunc agimus, quod Romæ „ in Vaticano est. Tertium Neapoli, dum Petrus venie- „ bat Romam. Quartum Pisis, dum Roma profectus est „ in Occidentem, . Idem Turrigius citati libelli cap. iv. meminit alterius cœmeterii *ad nymphas* vulgo dicti in prædio Severæ via Nomentana lapide ab Urbe inter septimum & octavum, in quo D. Petrum habitasse & baptizasse ferunt vetustissima quædam Acta martyrum in Bibliotheca Vaticana servata: nam eorum author actorum, de SS. Papia & Mauro sermonem habens, hæc subdit: „ Quorum cor- „ pora collegit Joannes Presbyter noctu & sepelivit in via „ Numentana sub die 4. Calend. Februarii ad Nymphas, „ ubi Petrus habitabat & baptizabat, .

Et hæc de præcipuis Ecclesiis locisque aliqua Sanctissimorum Apostolorum memoria aut prærogativa insignitis, satis dicta sint (a). Quapropter ad antiquissimas fictas pictasque eorum imagines observandas, progrediamur.

(a) Præter Ecclesias SS. Petri & Pauli memoriis commendatas, de quibus huc usque egimus, meminit etiam Turrigius in sæpe laudato *sanctorum Trophæorum* opusculo aliarum Ecclesiarum atque locorum, aliqua, ut ipse existimat,

Præcipuis Apostolorum prærogativa illustriam, cujusmodi sunt ædiculæ sive sacellæ SS. Petri & Pauli in via Ostiensi, ac SS. item Petri & Pauli *in Silice* in via sacra; nec non Ecclesiæ SS. Nerei & Achillei, ac S. Mariæ Transpontinæ, quarum

CAPUT XIV. ET ULTIMUM.

De antiquissimis quibusdam SS. PETRI & PAULI imaginibus.

EA fuit semper Christianorum hominum erga SS. Apostolos PETRUM & PAULUM pietas ac veneratio, ut vel a primis Ecclesiæ temporibus non Romæ solum, sed etiam ubique terrarum celeberrimæ eorum Imagines extiterint. S. PETRI figuram studiose a Christianis fuisse expressam quum adhuc in terris degeret, diserte testatur Eusebius *Hist. Eccl. lib. 5. cap. 18.* Et quamvis Nicephoro dubiæ fidei auctori credere renuamus, asserenti *lib. 2. hist. cap. 43.* quod omnium primus Lucas Evangelista SS. Apostolos ad nativam speciem effinxerit, plurimi tamen facienda esse videtur ea diligens atque accurata staturæ & vultus D. Petri descriptio, quam idem

tamen in hac nostra *Monumentorum Appendice* vix ullam habendam esse rationem existimavimus. De *facello quidem in via Ostiensi, ab Archiconfraternitate SS. Trinitatis convalescentium* ex media via ubi situm erat, in locum, in quo nunc vistor extra Tergeminam portam Pio IV. Pontifice Maximo, translato, diserit idem Turrigius citati opusculi capite x. Ibi enim memoriæ proditum est, ambos Apostolos quum ad supplicium docerentur, digressos, novissimam sibi pacem, salutemque dedisse iis verbis, quæ ex supposititia Pseudo-Dionysii Ateopagitæ Epistola ad Timotheum descripta, habentur loc. cit. pag. 72. De ædicula vero SS. Petri & Pauli *in Silice* via sacra, Pauli PP. III. temporibus diruta, sermonem insituit Turrigius ejusdem opusculi capite xi. ad eamque pertinere arbitratu sequentia Anastasii verba

in vita Pauli I. anno Christi 757. ad summum Pontificatum evedti. „ Hic fecit noviter Ecclesiam infra „ hanc Civitatem Romanam in via „ sacra juxta Templum Romuli in „ honorem SS. Petri & Pauli, ubi „ ipsi Beatissimi Principes Aposto- „ lorum, tempore, quo pro Christi „ nomine martyrio coronati sunt, „ dum Redemptori nostro funde- „ rent preces propria genua flecte- „ re visi sunt. In quo loco usque „ hætenus eorum genua pro tes- „ timonio omnis in postremo ven- „ turæ generationis in quodam for- „ tissimo silice esse noscuntur de- „ signata. Tandem de Ecclesia „ SS. Nerei & Achillei apud *septem solia*, aut *sepsizonium* in via nova (ubi transeunti Apostolo Petro, fertur cecidisse fasciola e suppurato diuturna compede crure), agit idem Turrigius laudati operis capite xiv.

idem Nicephorus habet *lib. 3. cap. 37. (a)* in iis saltem, quæ ab ipsis ejus imaginibus colligere potuit, cum quibus certe optime convenit. Sane quotquot extant perantiquæ SS. Apostolorum imagines, nec certe desunt antiquissimæ, easdem omnes oris utriusque formas constantissime exhibent. Porro clariss. Mabillonius *lib. 2. de Liturgia Gallicana pag. 160.* vetustissimum sanctos Apostolos in Basilicis Gallicanis pingendi morem eruit ex Gregorio Turonensi, qui in *libro de Vitæ PP. cap. 12.* laudat iconas Apostolorum, super quas conscriptæ erant litteræ eorum nomina indicantes; & S. Augustinus *de conf. Evang. lib. 1. cap. 9.* de impiis illis hominibus loquens, qui magicos libros a Christo ad Petrum & Paulum missos distabant, existimat, quod cogitantes ad quos potissimum Christus scribere potuerit, Petrum & Paulum elegerint, quos cum illo pictos pluribus in locis videbant. *Et sic, inquit, omnino errare meruerunt, qui Christum & Apostolos ejus, non in sanctis Codicibus, sed in pictis parietibus quaesierunt. Nec mirum si a pingentibus fingentes decepti sunt.* Quod si de illis locis loqui placeat, ubi non solum PETRI & PAULI, sed & ceterorum Apostolorum una cum illis imagines erant, scimus SS. Apostolorum chorum effingere fecisse Constantinum non solum Romæ in Basilica Constantiniana, sed etiam Constantinopoli, ubi referente Eusebio *lib. 4. ejus vitæ cap. 62.* Martyrium ædificavit, & apud illud sepulcrum suum, quod utrinque seni claudabant Apostoli. Quinimo arcum Basilicarum Presbyteriis impositum, quem Triumphalem dicunt, imagine Jesu Christi Apostolorum imaginibus circumdata ornare, præci-

(a) Hæc est autem Nicephori descriptio laudata, juxta latinam versionem: „ Petrus haud crassa
„ corporis statura fuit, sed quæ
„ aliquanto esset erectior, facie sub-
„ pallida, & alba admodum, ca-
„ pilli & capitis & barbæ crispæ &
„ densæ, sed non admodum promi-
„ nentes fuerunt: oculi quasi sangui-
„ ne respersi, nigri: supercilia
„ prope evulsa, nasus autem lon-
„ gior ille quidem, non tamen in
„ acumen desinens, sed præfusus po-

„ tius & simus „. Concinnant cum
„ Nicephoro Menza Græca ad diem
„ xxx. Junii, quæ ita latine sonant.
„ Erat autem facie albus, palli-
„ dus, recalvester, crinibus densis,
„ crispus, oculis prominentibus,
„ sanguineis, nigris, capite bar-
„ baque canus, nasum habebat lon-
„ giorum, supercilia sursum re-
„ tracta, statura mediocri erectio-
„ rique præditus, habituque cor-
„ poris probe coactus &c.

præcipuum ætatis Constantino supparis fuisset more, censet Blanchinius in *Proleg. ad tom. 3. Anastasii pag. 25.* Ceterum hoc loci de illis tantummodo adhuc extantibus SS. Petri & Pauli imaginibus loqui constitui, quas ante initium sexti sæculi pictas fictasve fuisse constat (a). Etenim ubi de seculis
B b lis

(a) Quamquam Beati PETRI imaginum sæculo quinto recentiorum, nullam in hoc capite rationem habere decreverim; aliquid tamen de ænea ejusdem Principis Apostolorum statua, (quam ab antiquissimis temporibus in Basilica Vaticana servari venerarique, diximus superius pag. 219.) heic breviter subjungendum.

Exhibet igitur hæc statua B. Petrum in Cathedra sedentem simplicissima indutum veste, dextera manu benedicentem, sinistra duas tenentem claves, porrigentemque dexteram pedem *sandaliis calceatum* (juxta illud Marci cap. vi.) populo deosculandum. De eodem simulacro Maphæus Vegius in opere *de rebus antiquis memorabilibus S. Petri lib. 4.* ait: „ Ad sinistram
„ partem ingressus Basilicæ venia-
„ mus, inveniamusque ibi locum,
„ quo nullus propinquior Altari
„ Majori, ubi situm erat tertium
„ Monasterium S. Martini... in
„ quo habitabat tertia alia Con-
„ gregatio servientium Basilicæ,
„ cujus etiam Oratorium cum ali-
„ quibus adjunctis domunculis pau-
„ lo ante hæc tempora vidimus;
„ nunc omnia (quod non sine do-
„ lore magno scribimus, sicut &
„ superiora quæ memoravimus) &
„ funditus dejecta sunt. Erat sane
„ Oratorium ipsum summæ apud
„ omnes devotionis, maxime
„ quod esset posita in eo IMAGO

„ ÆNEA S. PETRI, transportata
„ postmodum ad aliud Oratorium
„ SS. Processi & Martiniani. Ne-
„ que in tota Basilica post Altare
„ majus, ullus locus erat, ad quem
„ major propter devotionem fieret
„ concursus populorum, majora-
„ que oblata etiam stipis commo-
„ da fusciperentur „. Hactenus
„ Vegius, qui circa annum Chri-
„ sti 1415. Martino V. Pontifice Ma-
„ ximo scribebat; ut facile appareat
„ Richardum Cardinalem de Olive-
„ riis Vaticanæ Basilicæ Archipresby-
„ terum, a Calixto Papa III. an-
„ no 1456. purpura donatum, cujus
„ in Statuæ basi exprimuntur insi-
„ gnia, solius basis, non etiam au-
„ ctorem fuisse simulacri, quod jam-
„ pridem Vegii temporibus veteri ob-
„ servantia ac religione colebatur.
„ Enimvero Turrigius in Appendice
„ opusculi *sacrorum tropheorum* pag.
„ 154. memoriæ prodidit, Nicolaum
„ Riccardum celeberrimum Ordinis
„ Prædicatorum Oratorem palam as-
„ ferere consuevisse, hanc Statuam
„ illam esse, de qua impius Leo
„ Isauricus ad Gregorium II. Pontifi-
„ cem Maximum minitabundus scri-
„ betis: *Mittam (ajebat) Romam. &
„ imaginem S. Petri confingam*.
„ Sunt etiam, qui existiment, ipsam
„ constatam esse ex Statua Jovis Ca-
„ pitolini, verso in meliorem usum
„ metallo per Constantinum, vel
„ aliquem ex proximis ejus successo-
„ ribus, quemadmodum observavi-

lis quinto recentioribus agere vellem, innumera profecto recentioris ætatis afferre possem monumenta, præcipue vero ex libro Pontificali, atque ex egregio *Romæ subterranea* opere, insignibus tabulis ære incisis, doctissimisque eruditorum virorum Commentariis illustrato.

Et

mus hujus Appendicis Capite 111. quum de *Cathedra lignea* ageremus pag. 319.

Anastasio Bibliothecario de Leone PP. IV. scribit, quod puer fuit a parentibus ad studia litterarum in Monasterium B. Martini Confessoris Christi, quod foris mu- ras hujus civitatis Romæ intra Ecclesiam B. Petri Apostoli situm est, quousque sacras litteras didicit, sponte concessus. Id autem in quadam *Peregrinorum Instructione* anti- qua & MS. a Turrigio laudata pag. 152. sic explicatur, ut *Ecclesia* nomine intelligatur ejus circum- circa districtus, dum dicitur, ipsum Monasterium esse ad *feratam* retro *Basilicam*. Instructionis verba hæc sunt: *Statua aenea S. Petri, quæ extat sub organo, fuit olim in Mo- nasterio S. Martini ad feratam re- tro Basilicam, in quo fuit educatus S. Leo IV. & inde translata fuit in sacellum SS. Processi & Martiniani*. Sane juxta veteris novæque Ba- silicæ Iconographiam, Oratorii in fine Monasterii posita absis, dista- bat a *Confessione S. Petri* non plus, quam trecentis palmis, totumque cum ipso Monasterium situm, fue- rat inter *Confessionem* prædictam, & absidem novæ Basilicæ, atque adeo, si nunc staret, vere staret intra ipsam Ecclesiam. Non potuit ergo fundamenta novi templi moliri in- victissimi animi Pontifex Julius II. nisi æquaret solo ea omnia, quæ

saeculo xv. ineunte vidisse se me- mina. Vegius loc. cit. Sumptum ve- ro inde simulacrum apposite tran- slatum est ad veterem & adhuc to- tam stantem Basilicam, in sacellum scilicet, *SS. Processi & Martiniani*; quia illud positum erat in ala ipsius Basilicæ meridionali, ubi circa chorum stabat Oratorium S. Adria- ni cum Cathedra S. Petri. Quan- do autem proficiente opere destruen- da etiam fuit veteris Ecclesiæ pars posterior, crucis habens formam, cujus brachium unum ala prædicta faciebat, alibi Altare ipsorum Mar- tyrum cum statua positum fuit, in anteriori nimirum, quæ intacta remanebat Basilicæ media navi ad partem Aquilonarem, idque Pau- lo III. Pont. Max. contigit, qui sedit ab anno 1534. ad annum 1549. Testatur hoc Onuphrius Panvinius Augustinianus lib. 3. cap. 9. operis MS. de eadem Basilica his plane verbis. „Erat sane Oratorium il- lid (S. Martini) summæ apud omnes devotionis, maximeque quod in eo posita erat IMAGO Aenea S. Petri; quo diruto, ad aliud Oratorium SS. Processi & Martiniani intra Ecclesiam, & eo etiam disjecto, sub organo modo transportata est. Tibe- rius autem Alpharannus in libro, quem de eadem Basilica Grego- rio XIII. Pont. Max. dedicavit: A sinistro (inquit) Basilicæ la- tere ad Aquilonem præfatus Pau- lus

Et primo consideremus oportet nonnulla vitreorum va- forum fragmenta, quæ e Romanis eruta cœmeteriis, vir doctissimus Philippus Bonarota collegit, diligenterque ære incisa eruditis animadversionibus illustravit anno 1717. Post Bonarotam multa etiam edidit Boldettus de cœmeteriis *SS. Martyrum lib. 1. cap. 39.* Joannes vero Marangonius in notis ad Acta S. Victorini pag. 42. & in Appendice pag. 118. duo vitrea vasa descripsit, quorum alterum in cœmeterio Priscillæ detectum, unius S. Petri effigiem nomine suo insi- gnitam refert, alterum extra sepulcrum cujusdam Dama- letes inventum, utriusque Apostoli imaginibus cum nomine super capita apposito decoratur. Huic alia duo non absimi- lia ex laudato Bonarotæ volumine de *fragmentis vitreorum vasorum e cœmeteriis Urbis erutis*, desumpta, ære incisa exhi- buit, accuratissimeque descripsit cl. vir Petrus Franciscus Fog- ginus exercitat. xx. operis de *Romano D. Petri itinere & Epi- scapatu* pag. 458. Utramque autem a Foggino exhibitum fragmentum, SS. Apostolos PETRUM & PAULUM suis insi- gnitos nominibus, tunica pallioque tunicæ superimposito indutos, repræsentat, nisi quod in altero integræ SS. Apo- stolorum imagines diversis pulvino stratis sedibus sedentes,

B b 2 exhi-

„ lus III. piissimus Pontifex trans-
„ ferri fecit organum ex priori
„ loco sex porphyreticis columnis
„ suffultum, sub quod transferri
„ fecit, & corpora SS. Processi &
„ Martiniani Martyrum simul cum
„ altari, & STATUA B. PETRI in
„ throno sedentis ex priori Ora-
„ torio, ubi olim erant, nec non
„ Imaginem Deiparæ Virginis,
„ quæ erat in parietibus supra
„ Oratorium S. Leonis Papæ;
„ Idem altare propter aeneam S. Petri
„ statuam in Instrumentis quibusdam
„ ante & post hanc Paulinam transla-
„ tionem confectis, annis scilicet
„ 1484. & 1579. appellatum reperio:
„ *Altare S. Petri de bronso, vel de*
„ *byunso, alias SS. Processi & Marti-*
„ *niani*. Tandem eadem statua sub
„ Paulo V. circa annum Domini 1620.

reliquo novæ Basilicæ opere jam perfecto, posita fuit in eo, in quo usque ad præsens visitur loco, prope unam scilicet e quatuor majoribus pilis tholum sustentantibus, ac nominatim prope illam, quæ ingredi- enti Templum a dextris est, ante quam ad *Confessionem* sub me- dio tholo perveniatur. Stat au- tem ibi in eadem Oliverii Cardi- nalis basi ad eam altitudinem ele- vata, ut quis accedentium com- mode possit osculari pedem, quod passim faciunt quot quot ad Apo- stolicam *Confessionem* accedunt. Tan- dem hujus statuæ imaginem ære inci- sam, habes tom. 5. Junii Bollandiani pag. 434. & tom. 1. Bullarii Basilicæ Vaticanæ Annibalis Cardinalis Al- bani ejusdem Basilicæ Archipresby- teri sumtibus typis edito.

exhibentur, accedente media inter eos laurea corona, & flore in ejusdem coronæ centro. Porro hæc vitrea vasa ante Diocletiani Imperium depicta esse putat Bonarota, Fogginius vero non omnia quidem, sed multa saltem ad eam ætatem esse referenda, quando in Christianos Ethnici Imperatores sæviebant, evidenter ex eo probari censet; quod plerumque cruentata reperiantur & prope martyrum sepulcra. Et revera SS. PETRI & PAULI imaginibus, exornata frequentius quam alibi, in Cœmeteriis Callisti, Præstati, & Priscillæ effodiuntur, & Marangonius putat hisce in locis multa fuisse posita, ut innotesceret ipsorum Apostolorum tempore ea cœmeteria exordium sumpsisse. Præterea idem Boldettus *loc. cit.* alia duo vitrea fragmenta refert, in quorum altero PETRUS, ut ex apposito nomine intelligitur, in formam Moysis virga petram percutientis effectus videtur, in altero vero PAULI etiam imagine exornatus, PAULUS, PETRI dexteram tenere videtur; quum ceteroquin in omnibus hujusmodi vitreis fragmentis quot quot adhuc reperta sunt, S. PETRUM ad dexteram S. PAULI collocatum viderim. Nec modo in vitreis hisce vasibus SS. Apostolorum imagines hoc ordine dispositæ aspiciuntur, verum & in saxea sepulcrali Tabula in Cœmeterio S. Hyppoliti ad viam Tiburtinam reperta, & in antiquissima præterea tabula in Sacratio Vaticanæ Basilicæ servata, in sarcophago etiam, qui Veronæ est, in musivo demum S. Laurentii in agro Verano, aliisque plurimis sarcophagis atque picturis: licet in aliquibus multis contra sit (a).

Neque

(a) Idem Fogginius laudata *exercitat. xx. pag. 471.* tabellam votivam edidit ex ebore, ære incisam, & servata prototypi Florentiæ in museo Riccardiano extantis, magnitudine & latitudine ubi D. Petrus ad lævam etiam S. Andrea locatur, ut non modo ipse imagines, sed etiam græca nomina utrique imagini apposita, docent. Ceterum quod spectat ad causas, unde factum sit, ut Christiani D. PAULUM a dextris PETRI collo-

caverint, tot usque dum cogitatas fuisse invenimus, ut justæ molis libro materia esse possent, ubi singulas referre vellemus. Celebratissima illa est, quod artifices eam partem digniorem habuerint, quæ dextera erat intuentibus, sed multi alii potius ad antiquum illum morem referunt, quod quum duo simul incederent, junior senioris dexterum latus tegebat, unde Constantinus, quum provinciam obtinet cum seniore Augusto, semper

ad

Neque solum in vasibus, quibus ad domesticum mensatum utebantur, SS. Apostolos expressisse videntur primævæ Ecclesiæ Christiani, sed in sacris etiam vasibus, in musivis, in sarcophagis, in lucernis, aliisque vetustissimis monumentis Franciscus Blanchinius in notis ad Anastasium Bibliothecarium in vita S. Urbani *sect. 18.* duorum meminit argenteorum vasorum, ante Constantinum Magnum (ut ipse ex operis elegantia & antiquitate existimat) ad sacros usus elaboratorum: quorum alterum a Bonarota quoque

B b 3

lauda-

ad ejus dexteram incedebat, licet pene privatus esset, ut memoriæ prodidit Eusebius in ejus vita lib. r. Porro XIV. Ecclesiæ seculo S. PAULUS a dextris PETRI collocabatur ratione quadam mystica, quod nimirum a stirpe Benjamin, quod latine *dextera filium* sonat, originem duxerit; ob id enim Urbanus V. qui sedere cœpit anno 1362. quum utriusque Apostoli capita invenerit (de quibus superius capite IV. pag. 325.) argenteis statuis reposita, eo ordine collocavit in tabernaculo seu ciborio Altaris majoris Basilicæ Lateranensis, ut constat ex distico ad statuam B. PAULI inscripto *loc. cit.*

Non possum autem silentio prætermittere celeberrimi Sacratio Apostolici Præfecti Angeli Rocca Augustiniani notatu plane dignam hæc de re observationem. Ea est, tunc solum a dextris Petri Paulum occurrere, quum media inter eos est JESU CHRISTI imago, aut Crux, aut Deipara Virgo, numquam autem ubi ipse solus cum Paulo, aut una cum ceteris Apostolis representatur. Quod si forte medius quidem, sed supra eorum capita CHRISTUS sit, ita ut illi in ter-

ris esse, ipse vero per aera videatur, tunc quoque Petrus dexteram tenet, ut videre est in tabula antiquissima Sacratio Basilicæ Vaticanæ ab eodem Rocca descripta, quam dicant S. Silvestrum Constantino ostendisse, nec non in fragmento vitrei vasis apud Bonarotam *tab. 15.* Ex hoc autem facile comprehendimus, insigniter confirmari, S. Petrum habitum semper esse, ut certe fuit, Apostolorum principem & caput, licet mystica aliqua ratione a sinistris collocaretur, quum CHRISTUS eos inter erat. Neque vero crediderim, quod Petrus etiam sinistrum CHRISTI latus tegens, dexteram tegente Paulo, digniorem locum non teneat. Sophronius certiores nos facit etiam Deiparam Virginem a læva CHRISTI effulgere consuevisse; dexteram obtinente S. Joanne Baptista. Ceteram hanc controversiam omnium primus pertractavit S. Petrus Damianus in *epist. ad Desiderium Abbatem tom. 3. edit. Paris. an. 1665. p. 265.* eoque magis diligenter a quibusdam recentioribus agitata est, quod SS. Apostolos eo ordine collocent etiam plumbea Romanorum Pontificum sigilla, quorum si non vidit

laudatum pag. 95. Christum exhibebat claves in Petri pallio deponentem; alterum, Christum & quosdam Apostolos, in orbicularibus quibusdam spatiis ita dispositos, ut vas quodammodo coronarent. Primi vasculi non affert exemplum Blanchinius, quod jam alio asportatum esset a Museo Leonis Strozii, ubi illud viderat: alterius vero, quod ad sacrum Christum continendum adhibitum fuisse ex figura eruit, & cœlatura, exemplum referre non prætermittit, & prototypum servari scribit in Cimeliario M.A. Sabatinii.

Sed

vidit vetustius quam Adriani IV. Raynaldus, Dublerus tamen vidit etiam Paschalis II. Mabillonius Urbani II. & Heineccius etiam Leonis IX. Hinc non immerito idem Mabillonius in suo egregio de re diplomatice opere cap. XIV. num. XIII. Urbanum II. primum inter Romanos Pontifices extitisse statuit, qui in plumbeis sigillis SS. Apostolorum Petri & Pauli imagines expresserit. Et sane vir clarissimus Simon Ballerinus a Cubiculo SS. D. N. Papæ Honorarii I. U. D. & Bibliothecæ Barberinæ Præfectus, antiquissima mihi ostendit Bullatita, ut ajunt, plumba, Pontificum Adeodati, Zacchariæ, Formosi, Agapeti, Joannis, Benedicti, Sergii, Stephani, &c. in quibus nil aliud, nisi summi Pontificis nomen salutiferæ Crucis signo adjecto, compareret. Quod autem in scribendis SS. Apostolorum nominibus, que tum plumbeis bullis, tum signis apponi solent, numquam Paulus ante Petrum scriptus sit, quemadmodum idem Mabillonius observat loc. cit. eruitur etiam ex plumbeo seculi X. sigillo, quod in Museo laudati Ballerini vultur: illud servata plumbi magnitudine

ab amicissimo viro comite Scutellario delineatum, in sequenti lignea tabella, incidendum curavi & in quo Petrus ad lævam Pauli vultur unam tantum clavem super sinistram humerum gerens, eadem propemodum ratione, qua Paulus ad dexterum, ensen tenet, dum uterque Petrus dextera, Paulus sinistra manu crucem sustinet, cum circumscripta epigrapha: SIGNA APOSTOLORUM PETRI & PAULI



Si quis autem querat, quomobrem tali ordine SS. Apostolorum imagines dispositas, Pontificia exhibeant sigilla, (eis, si Polydoro credimus, primum uti cepit Stephanus III. anno 752. ad Petri sedem evehctus) facile respondere possumus, quod talem ordinem publicè

Sed a vasis, ad Musiva transeamus. Angelus Rocca in opusculo de SS. Apostolorum Petri & Pauli pralatione, sive imaginibus, quod legitur oper. tom. I. pag. 91. Paulum esse autumat, qui a dextris Christi est, Petrum vero qui a sinistris volumen ab eo accipiens cernitur in absidula, quæ se ad lævam offert ingredientibus templum B. Constantiæ Constantini M. Imperatoris filix, quod est in via Nomentana prope S. Agnetem. Verum licet demus hanc absidulam Constantini tempore musivo opere exornatam fuisse, quod non unus Rocca, sed etiam Ciampinius in Synopsi hist. de sacris adificiis a Constantino M. constructis cap. 10. pag. 131. existimat, tamen quod Petrus & Paulus sint illi duo viri, quos inter medius est Christus, probari nullo pacto nequit; quin immo Ciampinius Thomam & Philippum Apostolos esse conicit. Exploratoris sunt fidei musiva, quæ idem eruditissimus Præsul profert in egregio veterum Monumentorum opere. Ac primo quidem part. I. cap. 24. tab. 68. in majori arcu Basilicæ S. Pauli in via Ostiensis (a) a S. Leone ædificato annum circiter 441. SS. Apostolorum Petri & Pauli imagines esse observat, utrasque invicem se respicientes, & diademate ornatas, sandaliis, pallio & tunica. Opus temporis injurias multum est passum, adhuc tamen cernitur Petrus læva, quam ad pectus admovet claves duas tenens. Aliam S. Petri figuram in eadem Basilica observavit Blanchinius in proleg. ad tom. 2. Anastasii, ubi nimirum

B b 4

Roma.

publica servarent musiva, de quibus paulo superius disputavimus: quamvis nonnullis satis probabilem hujus ordinis rationem afferre visum est; quod sigillorum auctor ad eum potius locum, quem Apostoli obtinissent in ipso sigillo, quam ad eum quem obtinissent, ubi ab ipso sigillo impressi forent, respexerit. Quæ autem scribit Heineccius in libro de veteribus Germanorum aliarumque nationum sigillis part. I. cap. 12. §. 5. quod jam olim hæc cura coris etiam sanctum Maximum quinti Ecclesiæ seculi Doctorem, qui instituta de

SS. Apostolorum Petri & Pauli laudibus oratione, quem alterutri præponeret, dubitantem se ostendit, minus equidem opportune ab erudito J. C. scripta fuisse existimo. Non enim S. Maximus hanc controversiam pertractavit, sed in ea dubitatione versatus fuisse videtur Oratorum more, ut magis magisque utriusque merita & gloriam prædicaret.

(a) Vide quæ de hac Basilica diximus in Annalibus SS. Petri & Pauli ad annum æræ vulgaris 65. pag. 381.

Romanorum Pontificum series occurrit, orbicularibus quibusdam spatiis disposita, suisque distincta inscriptionibus (eam quinto Ecclesie seculo sive Symmachi & S. Leonis aetate depictam, adeoque ob nimiam vetustatem propemodum deletam Benedictus PP. XIV. anno Jubilei 1750. restaurandam absolvendamque curavit) & primo S. Petri imago sese in ea obicit serie cum Epigraphe † PETRVS SED. ANN. XXV. M. II. D. VII. Demum imagines S. Petri, & ceterorum Apostolorum exornant etiam Ravennae Tholum Ecclesie S. Joannis in fonte, quae musivo opere exornata est a Neone hujus urbis Episcopo anno 451. eodem Ciampinio teste *loc. cit. cap. 25.* nec non sacellum in superiori Archiepiscopali Palatio, cujus ornamentum tribus tabulis expressum refert Bacchinius in Appendice ad Agnellum *pag. 38.* & ex musivo opere est, factum ut videtur a tempore S. Petri Chrysologi, qui Ravennatis Ecclesie regimen accepit anno 433.

Musivis accedunt sarcophagi, quos referunt Romae subterraneae doctissimi interpretes. Inter ceteros, maxime celebratur ille quadrangularis Probae Anicii, & Probae Falconiae certissimum seculi quarti opus, in praecipua fronte Christum praefereus hinc inde xxiv. discipulorum caterva stipatum, quorum decem in hac ipsa fronte sunt, ceteri in aliis tribus. Et quamvis diversae sint eruditorum sententiae de PETRO (a) inter eas tamen discipulorum imagines illam quoque esse S. PETRI, nequi dubitari. Etiam Veronae in Cryptis Templi S. Joannis in Valle antiquissimum esse Sarcophagum narrat clariss. Scipio Maffejus, *Verona illustrata par. 3.*

(a) Joannes Christophorus Battellius, qui insignem de hoc sarcophago dissertationem edidit Romae anno 1705. S. Petrum esse censet, qui a sinistris Domini est primus; & Joannes Bottarius, qui primus est a dextris, quum habitus oris dexterae imaginis, magis Petro conveniat, quam Paulo. Scilicet, ut optime idem Bottarius animadvertit, vetustiores S. Petri imagines ab oris forma potissimum diguo-

scuntur, quoniam tunc temporis nec clavibus, nec ullo alio peculiari signo a ceteris Apostolis distinguatur. Confule etiam laudatam doctissimi Foggini dissertationem xx. *pag. 476.* ubi monumentis antiquioribus, in quibus S. Petrus eum clavibus expressus fuerit, relatis explicatisque, observat in iisdem, modo una tantum clave, modo duabus, modo etiam tribus S. Petrum effingi.

par. 3. cap. 3. ubi a dextris cernere est S. Petrum cum duabus clavibus, & a lava S. Paulum cum ense: sed quum sacrophagus e mormore sit, e ferro autem claves & ensis, & hunc & illas recentiori aetate accessisse eruditissimus Bottarius suspicatur tom. 1. *Roma subterranea. pag. 95.* & talis suspicio certe etiam Maffejo sese obtulit, sed probare noluit, animadvertens manum illam, qua Petrus claves, Paulus enses tenet, otiosam non esse factam.

Cl. Fogginius l. c. alia duo plane vetusta monumenta Petri imaginem referentia in medium profert. Primum eburnea tabella est, Petri navim, in eaque Apostoli cum Andrea fratre piscationem representans. Eam aere incisam adhibuit ornamto in fronte sui operis *de Romano D. Petri itinere & Episcopatu*, idem clarissimus Fogginius, quemadmodum antea fecerat celebris ejus concivis Bonarota p. 395. suarum observationum in Numismata maximi moduli. Alterum monumentum, Petrum quoque exhibens, & navem ejus, (quod similiter aere incisum ad calcem ejusdem operis, lectorum oculis subjectum voluit idem Fogginius), est gemma annularis, in qua Petri navis in medio enatans mari conspicitur, in cujus puppi columba est, & summo malo Arca Noe, super quam altera sedet columba. In navi, quam subter jacet magna molis piscis ore hiante, tres stant viri, foris vero Petrus, quem naufragium timentem manu sua erigit Christus, & super eorum capita graecis litteris IHC PET. Historia est apud Matthaeum cap. xiv. & de gemma Annulari in qua representatur, eruditum Romae edidit librum Hieronymus Alexander junior anno salutis 1626.

Jam vero de celeberrima illa lucerna quae sacrum Magnorum Etruriae ducum Thesaurum exornat, quaeque Petrum Apostolum naviculam suam moderantem exhibet, aliquid dicendum. Eruta est, quemadmodum testatur Bellorius in explicationibus ad Lucernas Bartoli part. 3. p. 27. e ruinis Montis Caëli in quadam vinea S. Stephani templo propinqua, ubi etiam statuae inventae sunt, quae aetatem illam, quum adhuc bonae artes Romae flourerent, referebant. Leopoldus Cardinalis Medices Florentiam attulit, & omnium primus edidit Michael Angelus Causeus de la Chauffe, *Romani Musei sect. v. Tab. v.* & post eum Bartolus aliique. At cl. Fogginius in saepe laudato opere *de Romano D. Petri*

itineri & *Episcopatu pag. 484.* eandem lucernam ita aræ delineandam curavit, ut non solum formam, sed ipsam quoque ejus magnitudinem & latitudinem accuratissime exprimeret. Penilis est e duabus catenis, & bilychnis duplicem linguam e dextero latere exerens utramque foramen habentem flammulæ dicatum. Elegantis naviculæ formam, ut diximus, habet, in cujus centro insurgit malus, cui velum ventis inflatum alligatur, & in ejus vertice affixa est tabula, hanc litteris ex argento in aes infertis Epigraphen habens:

ALERE FLAMMAM
VERITATIS
DOMINVS LEGEM
DAT VALERIO SEVERO
EVTROPI VIVAS.

Juxta infimam mali partem exiguum cernitur foramen recipiendo fomiti aptum. In puppi sedet vir utraque manu navis gubernacula tenens, ad proram autem in caput olorum desinentem stat vir alius; ut videtur, concionem habens, & licet sinistra manu, quo tempore Fogginius lucernam edidit, esset mutilus, talis forte non erat Causei & Bartoli tempore, qui eam illi in altum protentam addunt. Causeus sedentem virum esse vult S. Andream, stantem autem in prora beatum Petrum; Bellorius aut stantem aut sedentem virum Christum esse existimat. At Fogginius multis rationum momentis iis imaginibus SS. Apostolos Petrum & Paulum Romanæ Ecclesiæ auctores exprimi, suadere contendit; & Paulum quidem in prora stantem prædicantemque, Petrum vero sedentem in puppi navisque gubernaculum regentem. Paulus enim in Actis cap. xiv. v. 21. *Dux verbi dictus est, & Prædicator veritatis, & Doctor Gentium*; Petro autem dedit Christus regere & gubernare Ecclesiam suam, cujus symbolum navis; unde de ipsa Petri navicula scripsit Augustinus *de verb. Domini* &c. *Naviculam quippe istam, Ecclesiam cogitate, turbulentum mare, hoc seculum.* Quod vero ad inscriptionem pertinet, his plane verbis eam interpretatur Causeus *loc. cit.* „ Valerius Severus „ Christiana religione imbutus, mortem tamquam legem „ sibi a Domino impositam constanti animo expectans, longiorem Eutropio vitam optat more veterum, qui morientes, circumstantibus amicis solebant dicere, *Vivite ac vale* „ *lete*

„ *lete*, quod erat grati animi officium. Sic Augustus apud „ Svetonium in osculis Livie deficiens, *Livia*, inquit, *no-* „ *stri conjugii memor vive, ac vale.* Eutropius deinde in se- „ pulcro Valerii Severi Lucernam hanc dilectæ cineri accen- „ sam forte collocavit, ac morientis amici verba, ejusque „ erga Beatos Petrum & Andream Apostolos pietatem in ea- „ dem Lucerna exprimere voluit. Bellorius suspicatur, „ posse etiam intelligi de Christiana lege, quam Valerius recipiebat.

Restat ut de celeberrimo Crispi Cæsaris, Constantini M. filii numismate ex ære maximo in museo Excellentissimæ Burghesiæ familiæ servato (in cujus postica parte S. Petrum inter duos Cæsares sedentem representari, cl. præsul Franciscus Blanchinius in Prolegom. ad tom. 1. Anastasii pro certo habet) aliquid subjungamus. Illud omnium primus edidit Baronius, ac post eum Gretserus, Raynaldus, Blanchinius, Fogginius, alique: & licet ubi primum inventum est, de ejus fide nonnulli dubitaverint; Fulvius tamen Ursinus postquam diligenter examinavit, eam dubitationem simulatam esse deprehendit, neque ullus deinceps pretiosissimi numismatis antiquitatem in dubium revocare ausus est. In antica igitur ejus parte ipse Crispus pectore tenus aspicitur, caput laurea corona redimitus, sceptrum leve tenens & dexteram manum triumphantoris instar extendens, cum inscriptione CRISPVS NOB. CAES: adversa autem virum barbaturum nimboque decoratum, duos inter Cæsares habitu militari vestitos & hastis puris innixos sedentem, dextera manu benedicientem, ac in sinistra crucem gestantem; cum inscriptione SALVS ET SPES XR PVBLICAE. S P. Porro eum virum non alium quam Apostolorum Principem esse, Blanchinius ut diximus existimat; licet Baronius pro Christo, alique pro Constantino inter duos filios Crispum & Constantinum juniorem sedente, acceperint. Verum, ad Baronium quod spectat, deceptum fuisse putat Blanchinius ab imprudentia pictoris, qui barbaturum hominem, imberbem fecit, ut profecto exhibent Jesum Christum quotquot ejus extant antiquæ imagines, aut saltem cum barba in acutum desinente, quum tamen numismatis archetypon virum barba crispæ simili ornatum exhibeat, qualis fuisse Petrus dicitur, & præterea coma ad aures detonsa, quod pariter imaginis Petri proprium est, rari-

tissimum autem in imaginibus Jesu Christi, quem longo crine, & cincinnato effingere mos fuit. Demum & quæ apponitur sigla S. P. Blanchinius explicat S. PETRVS sive potius SIGNVM PETRI (nam littera S. pro SANCTVS usurpari vix cœpit ante seculum XI. Fontaninio adnotante *cap. 14. de disco argenteo &c.*) eos redarguens qui exponebant SIRMII PERCVSSA: quum sit insolens in numis latinis ex ære maximo, ut hoc est, officinæ monetariæ locum exprimere.

APPENDIX MONUMENTORUM

Feliciter explicit.



DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IN-

INDEX
RERUM ET NOMINUM

A

- Abbates quo sensu dicti Christi Vicarii, *pag. 177.*
 Achaicus 257.
 Acta S. Iustini 338.
 Acta SS. Nerei & Achillei 309.
 Acta Passionis S. Marci 314.
 Acta Passionis Petri Episcopi Alexandrini 314.
 Acta SS. Petri & Pauli Lino Papæ tributa 291. 320.
 Adorationis Christianæ virtus 256.
 Adonis Chronicon 284. & seq.
 Adrianus Papa I. 327. Ecclesiæ Apostolorum ad Catacumbas restaurator 361.
 Adrianus VI. laudatus 4. Ejus vita summam exposita 1.
 Adriaticum, etiam mare Siculum & Jonium vocatum 275. & seq.
 Edilium ordines duo 312.
 Æra Christi vulgaris 209.
 Ægyptia Babilonia quando condita 191. & seqq.
 Africanæ Synodus 116
 Agabi prophetia de fame futura in universo orbe 226. 228. Quando adimpleta 27. 233. Eiusdem prædictio de Paulo Jerosolymis tradendo in manus gentium 262.
 Agapitus 306.
 Agrippa: *Vide* Herodes.
 Agrippa II. Herodis filius 272. & 274.
 Albanus Annibal Card. 387.
 Alexander Hieronymus junior 393.
 Alexander a D. Paulo excommunicatus 287. & seq.
 Alexander ærarius 294.
 Alexander Judæus 259.
 Alexander Natalis 16. 48. 112. & 285.
 Alexander Papa VII. laudatus 312.
 Alexander Tiberius Judææ Procurator 232.
 Alexandrinæ Sedis dignitas 175. 201.
 Alexandrinus Clemens 48. 448. 269. Judicium de ejus libris. 56. Laudatus. 58. Ejus testimonium de Romano B. Petri Episcopatu 57. Commentarii in Epist. Canonicas eidem falso tributi 199.
 Alexandrinus Pierius 38.
 Alpharanus Tiberius 311. & seq. 382. 386.
 Amasianus Tarentinus Epif. 308.
 Ambrosius Episcopus Mediolanensis 46. 48. 158. 188. 350. An Hegesippi opus de excidio Jerosolymæ e Græco verterit 59. 354. Ejus narratio de Petro defenditur 295. 353. & seqq. Ejus comment. in Epist. ad Romanos 105. Ejus hymnus de SS. Apostolis 342.
 Anacletus revera distinctus a Cleto 84. Epistola ei falso tributa 107. & seq.
 Ananias improvisa morte corruptus 216.
 Ananias Nebedæi filius Pontifex Judæorum 266. 268.
 Anastasius Bibliothecarius 44. 55. 321. 360. 361. 364. 383. 386. *Vide* Liber Pontificalis.
 Andreas Apostolus 227.
 Anicetus Papa 116.
 Anilæ & sociorum cædes 193.
 An-

tissimum autem in imaginibus Jesu Christi, quem longo crine, & cincinnato effingere mos fuit. Demum & quæ apponitur sigla S. P. Blanchinius explicat S. PETRVS sive potius SIGNVM PETRI (nam littera S. pro SANCTVS usurpari vix cœpit ante seculum XI. Fontaninio adnotante *cap. 14. de disco argenteo &c.*) eos redarguens qui exponebant SIRMII PERCVSSA: quum sit insolens in numis latinis ex ære maximo, ut hoc est, officinæ monetariæ locum exprimere.

APPENDIX MONUMENTORUM

Feliciter explicit.



DIRECCIÓN GENERAL DE

IN-

INDEX RERUM ET NOMINUM

A

- A**bbates quo sensu dicti Christi Vicarii, *pag. 177.*
 Achaicus 257.
 Acta S. Iustini 338.
 Acta SS. Nerei & Achillei 309.
 Acta Passionis S. Marci 314.
 Acta Passionis Petri Episcopi Alexandrini 314.
 Acta SS. Petri & Pauli Lino Papæ tributa 291. 320.
 Adorationis Christianæ virtus 256.
 Adonis Chronicon 284. & seq.
 Adrianus Papa I. 327. Ecclesiæ Apostolorum ad Catacumbas restaurator 361.
 Adrianus VI. laudatus 4. Ejus vita summatis exposita 1.
 Adriaticum, etiam mare Siculum & Jonium vocatum 275. & seq.
 Edilium ordines duo 312.
 Æra Christi vulgaris 209.
 Ægyptia Babilonia quando condita 191. & seqq.
 Africanæ Synodus 116
 Agabi prophetia de fame futura in universo orbe 226. 228. Quando adimpleta 27. 233. Eiusdem prædictio de Paulo Jerosolymis tradendo in manus gentium 262.
 Agapitus 306.
 Agrippa: *Vide* Herodes.
 Agrippa II. Herodis filius 272. & 274.
 Albanus Annibal Card. 387.
 Alexander Hieronymus junior 393.
 Alexander a D. Paulo excommunicatus 287. & seq.
 Alexander ærarius 294.
 Alexander Judæus 259.
 Alexander Natalis 16. 48. 112. & 285.
 Alexander Papa VII. laudatus 312.
 Alexander Tiberius Judææ Procurator 232.
 Alexandrinæ Sedis dignitas 175. 201.
 Alexandrinus Clemens 48. 448. 269. Judicium de ejus libris. 56. Laudatus. 58. Ejus testimonium de Romano B. Petri Episcopatu 57. Commentarii in Epist. Canonicas eidem falso tributi 199.
 Alexandrinus Pierius 38.
 Alpharanus Tiberius 311. & seq. 382. 386.
 Amasianus Tarentinus Epif. 308.
 Ambrosius Episcopus Mediolanensis 46. 48. 158. 188. 350. An Hegesippi opus de excidio Jerosolymæ e Græco verterit 59. 354. Ejus narratio de Petro defenditur 295. 353. & seqq. Ejus comment. in Epist. ad Romanos 105. Ejus hymnus de SS. Apostolis 342.
 Anacletus revera distinctus a Cleto 84. Epistola ei falso tributa 107. & seq.
 Ananias improvisa morte corruptus 216.
 Ananias Nebedæi filius Pontifex Judæorum 266. 268.
 Anastasius Bibliothecarius 44. 55. 321. 360. 361. 364. 383. 386. *Vide* Liber Pontificalis.
 Andreas Apostolus 227.
 Anicetus Papa 116.
 Anilæ & sociorum cædes 193.
 An-

Annales SS. Petri & Pauli 211. 213.
 Antherus Papa. An sit author primæ partis Catalogi Liberiani 78.
 Antiochia Syriæ miris Christianæ fidei incrementis illustris 19. Ibi primum Fideles, Christianorum nomen adepti 20. 226. Et B. Petro Sacerdotii Cathedra erecta 20. & seqq. 25. 226. Prophetis atque doctoribus florens 224. Ejus sedis dignitas 175. Primi ejusdem Episcopi 112. 201.
 Antonius cognomine Antoninus Archiep. Flor. 355.
 Antipas. Vide Herodes.
 Antipater. Vide Herodes.
 Antipater Idumæus 228.
 Apocalypsis locus explicatus 191. & seqq.
 Apollinaris Ravennas Epif. 307.
 Apollo Judæus conversus 253. 256. & seqq.
 Apostoli repleti Spiritu Sancto 214. Provincias instituendas inter se distribuunt 121. 227. Eorum munus cum Episcopatu non pugnat 119.
 Apostolica Ecclesiæ suorum Episcoporum regesta servarunt 71. & seqq.
 Apostolici appellatio, quare Romano Pontifici tributa 117. 179.
 Appellationes Corinthiorum ad Sanctum Clementem PP. I. 116. Et Asiaticæ Ecclesiæ ad Anicetum Ib.
 Appellationis natura 274.
 Appendix monumentorum de gestis cultuq. B. Petri in Urbe 205.
 Appia 286.
 Aquila Ponticus Roma excedere coactus cum omnibus Judæis a Claudio 40. 95. 248. & seqq.
 Archiepiscopi. Eorum gradus ex Catechismo Romano 110.
 Archippus 286.
 Areopagus gravissimum apud Athenienses consilium 248.

Arenariæ apud veteres Romanos quæ 359.
 Aristarchus Macedo B. Pauli comes 184. 255. 258. & seqq.
 Aristophanes 155.
 Arnobii locus de obitu Simonis Magi. 349.
 Arringhius Paulus 314.
 Arteman 288.
 Asiaticæ Ecclesiæ appellationes ad Anicetum Romanum Pont. secundo Ecclesiæ seculo 116.
 Asinius proditione occisus 359.
 Aspergus vel Aspernas Neapolitan. Episcopus 242. 308.
 Assmannus Joseph Simonius 194.
 Assonvillius Regi Catholico a privatis Bruxellæ consiliis 76.
 Athanasius Episc. Alexandrinus Arianæ factione coactus in exilium proficisci 148. & seqq. Locus ex ejus epist. ad Dracontium 284. An Commentarios scripserit in Epistolâ D. Pauli 104.
 Athenienses Idololatriæ dediti 247.
 Augustinus Aurelius Epif. Hipponæ laudatus 3. 9. 47. 99. 100. 113. 119. 192. 238. 243. 287. 252. 309. 350. 384. 389. Variorum ejus locorum explicatio 35. 46. 121. Ex Pontificum Romanorum serie ac successione hæreticos oppugnat 73. Veretur sanctus Doctor, ne injuriam D. Petro asferat, illum Cypriano comparando 121.
 Augustus Octavianus Cæsar 226.
 Avitus Viennensis Epif. 179.

B

B Abellius 12
 Babylon. Quot urbes hoc nomine insignitæ 191. & seqq.
 Babylonica Judæorum clades 193.
 Babylonis nomine S. Petrus Romanam

nam tropice designat in sua prima Epistola 60. Contrariorum argumenta diluuntur 191. & seqq.
 Bacchinius Benedictus. Laudatus 392. Notatus 22. 25.
 Ballerinius Simon 390.
 Balutius Stephanus 298. Notatus 36.
 Baptismus Joannis a Baptismo Jesu Christi diversus 254.
 Baraterius Joan. 70.
 Barberina Bibliotheca 414. 320.
 Bardesanes Syrus 59.
 Barjesu Magus 235.
 Barnabas Antiochiam perducit D. Paulum 19. Cum eodem Hierosolymam proficiscitur 38. In Cypri insula martyrio coronatur 43. Ab Ecclesiâ Jerosolymitana Antiochiam missus 224. Romæ Christum annunciasse fertur Tiberii tempore 123. Ecclesiæ suæ institutorem dicunt Mediolanenses 307. Ejus imago 237.
 Baronius Cæsar Card. 15. 157. 185. 282. 314. & seqq. 333. 335. 342. 349. 381. 395. Emendatur 88. Reprehenditur 273.
 Barfabas cognomento Justus 213.
 Bartolus 393. & seqq.
 Basilica Lateranensis 303. 324. & seqq.
 — S. Laurentii ad Sancta Sanctorum 302. 326. & seqq.
 — S. Pauli via Ostiensis 301. 391.
 — S. Petri in Vaticano 300. 301. 310. 312. 321.
 — S. Theodori 331.
 Basilus S. laudatus 3. 9.
 Basnagius Samuel 12. Reprehenditur 21. 32. & seqq. 39. 43. 183. Confutatur 117. 192. & seqq. 345. 355.

Battellius Jo. Chrystophoros 392.
 Bauldrius Paulus notatus 39.
 Beda Ven. laudatus 44.
 Beleth Joannes 170.
 Belisarius curuli sella humeris captivorum invehus 313.
 Bellarminus Rob. Card. 121. 156. 191. Notatus 56. 323. Adversus Petrum vindicatur 113.
 Bellorius 393. & seqq.
 Benedictus Abbas 3. 177.
 Benedictus PP. XIV. laudatus 359. 392. Ejus Constitutio de die Natali SS. Petri & Pauli per totam octavam Romæ solemniter celebrando 299. & seqq. 324. 334. 339. 340. 341. 345.
 Berenices Agrippæ foror 273.
 Bernardus Abbas explicatus 114. & seqq.
 Bertamus confutatur 196.
 Bethlehemitarum infantium cædes 229.
 Beza Theodorus 290.
 Bibliotheca Ambrosiana 354.
 — Barberina 313. 314. 320. 381.
 — Cantabrigiensis 354.
 — Cardinalis de Maximis 317.
 — Patrum 199.
 — Vallicellans 381.
 — Vaticana 310. 381.
 Binius Severinus notatus 374.
 Blanchinius Franciscus 16. 71. 78. 381. 385. 389. 391. 395.
 Blondellus David 77. 112.
 Blondus laudatus 44. Notatus 199.
 Boileau laudatus 99.
 Boldettius 387.
 Bollandistæ. Vide Henschenius, Janingus, Papebrochius.
 Bollandus Joannes 89.
 Bona Joannes Card. 338.
 Bonannius Philippus 311.
 Bonarota Philippus 387. 393.
 Bonifacius Bellitanus Donatista 73.
 Bonifacius Joannes 339. Boni-

Bonifacius PP. I. 175. & seq.
 Bofchii Tractatus de Patriarchis Antiochenis 21.
 Bosius Antonius 342. 381. & 382.
 Bottarius Joannes 392.
 Bremensis Joan. 76.
 Breviarium Romanum 310.
 Britius Episcopus Spoletinus 308.
 Bucherius Aegidius. Catalogus Pontificum Romanorum ante Liberii mortem scriptus, ab eo editus 76.
 Indiculus depositionis martyrum 76. 379. & seq.
 Burgesianum Museum 395.
 Burrhus Præfectus Prætorio Nerone imperante 278.
 Bzovii Annales Ecclesiastici 332.

C

Aballinus Joannes 321.
 Cæcilius Hispaniæ Episcopus obiit Eliberri 308.
 Cæcilius Lucius. Vide Lactantius.
 Cælestinus PP. III. 328.
 Cæsar C. Julius dictator 328.
 Cæsarea urbs 223. 262.
 Cæiri nominis etymologia 199.
 Cæjus Romanæ Ecclesiæ Presbyter, secundi seculi scriptor 190. 255. 309. 310. 347. 363.
 Cæjus Caligula Imperator, Germanici Drusi filius 17. 229. Occiditur 227.
 Callistus Papa I. corpora SS. Petri & Pauli ad Catacumbas iterum transtulit 302. 361. & seqq. 367. & seq.
 Callistus PP. III. carmina ad altare majus Ecclesiæ S. Petri ejus jussu exculpta 333.
 Calmet Augustinus 48. 56. 100. 157. 190. 248. 255. 261. 290. 292. 296. & seqq. Notatus 351.
 Calvinianorum error de Presbyterorum & Episcoporum æqualitate 112.

Calvinus Joan. notatus 33.
 Capellus Lud. confutatur 198. & seq.
 Capellus M. Antonius 16.
 Capita SS. Petri & Pauli in Basilica Lateranensi servata 324. & seqq.
 A veteribus Pontificibus culta 329. & seqq.
 Caprasii Episcopi Cathedra prope Agenum in Gallia servata 320.
 Carcer Mamertinus diversus a Tulliano 295. 341. & seqq.
 Carolus VI. Francorum Rex 328.
 Carpus a D. Paulo commemoratus 290.
 Casalius Jo. Bapt. 360.
 Casteel Gerardus 194.
 Cassius Dio 364.
 Catalogus Pontificum Romanorum Liberio Papa sedente contextus 95. & seqq. 207. 209.
 — alter ab Henschenio evulgatus 363.
 Catacumbæ aliqua SS. Petri & Pauli memoria insignitæ 339. & seqq.
 Hujus vocis etymologia 361.
 Cataphratarum hæresis 190.
 Catechismus Romanus ad Parochos quid de propriis ac præcipuis Sacerdotalis ordinis muneribus doceat 109.
 Cathedra D. Petri Antiochena 20. & seqq.
 Cathedra lignea S. Petri in Basilica Vaticana servata 312. & seqq.
 Ejus forma, magnitudo, &c. 317. & seqq. Quare Idolorum monstra in eadem expressa 318. Veterum scriptorum de eadem Cathedra, testimonia 319. A primis Ecclesiæ seculis venerata 321. Festum Cathedræ Romanæ 322.
 Cathedræ Apostolorum in Ecclesiis, quas fundarunt religiosissime servatæ 314. & seqq.
 Cathedralium nomen quare Ecclesiæ Episcopales sortitæ sint 315.

Cate-

Catena S. Petri. Vide Vincula.
 Cave Guilielmus 11. 12. 193. 353.
 Quo anno D. Petri martyrium constituerit 89. Notatus 183.
 Causus Michael Angelus 393.
 Cencius Camerarius 328. 381.
 Cenchreæ oppidum Corintho subditum 352.
 Cephas a Paulo Antiochiæ redargutus, an fuerit Petrus Princeps Apostolorum 98. & seqq.
 Cetegus & Lentulus in carcere Mamertino laqueo interempti 343.
 Charinus Lucius 56.
 Chersiphorus 258.
 Chidelbertus Franciæ Rex 230.
 Chius insula 260.
 CHRISTI Domini nativitas, passio, & Ascensio quibus annis contigerint 16. 208. 213. Nominis Christi etymon 34. & seqq.
 Christianorum nomen Christi fidelibus primum Antiochiæ tributum 20. 26. 226. In illos prima universalis persecutio auctore Nerone 161. 291. & seqq. Occulta loca habebant, in quibus sacra peragerent 338. Hæc loca benedictione aliqua ab Episcopis sacrata fuisse videntur 339. Olim apud Ethnicos a Judæis non distinguebantur 35. 94. 240.
 Chirocrates 258.
 Christophorus Jo. 185.
 Chronicon Liberianum. Vide Catalogus.
 Chrysofomus Dion 351.
 Chrysofomus Joan. Episcopus Constantinopolitanus 48. 50. 61. 73. 169. 238. 243. 252. 284. 288.
 Ciacconii Vita Pontificum 332.
 Ciampinius 391.
 Cicero M. Tullius 32. 33. 155. 297. 342. 359.
 Claudius Imperator. Quando ad Imperium evectus 228. Christian-

nos ab Urbe expulit, ut Judæos, non ut Christianos 34. 94. 249. Eo imperante dira famæ Romanorum orbem fere semper afflixit 226. 228. Ejus Imperii annus secundus, ad exordium pertinet 68. Quantum in universum regnaverit 69. Veneno occumbit 267.

Claudius Lyfias Tribunus Romanorum Jerololymæ, S. Paulum flagellis torqueri jubet 265. Judæorum conjuratione in Apostolum detecta, Cæsaream eundem mittit ad Felicem Provinciæ Præsidentem 268.

Clemens PP. I. laudatus 45. 55. 78. & seqq. A D. Petro ad fidem conversus 242. Quando eidem B. Petro successerit in Romano Episcopatu 70. & seqq. Quot annos sederit 83. Loci ex ejus prima epistola ad Corinthios 116. 120. 254. 283. Libri Recognitionum, & epistola ad Jacobum Episcopum Jerololymitanum ei falso tributi 55. 75.

Clemens IV. Ejus epistola ad Isabellam Ludovici Francorum Regis sororem 332. & seqq.

Clemens V. 332.

CLEMENS XIV. Pont. Max. laudatus 121. 208. & seqq.

Clemens Alexandrinus 119. 308. & 309. Negat Cepham, de quo in epist. ad Galat. Petrum significare 98.

Cleopatra Jerololymitana 229.

Clericus Joannes 11.

Cletus Papa revera distinctus ab Anacleto 83. 148. 150.

Clerus Episcopus Rubensis 308.

Cœmeteria aliqua SS. Petri & Pauli memoria insignita 359. & seqq.

Cœmeterium ad Nymphas 382.

— Novellæ 381.

C c

Ostri-

— Ostrianum 381.
 — S. Sebastiani via Appia, in quo corpora SS. Petri & Pauli multos annos jacuerunt 360. & seqq.
 — Vaticanum 381. & seqq.
 Coloniarum Romanarum varia genera 244.
 Columnæ cochlides Trajani & Antonini 318.
 Combesissus notatus 183.
 Comestor Petrus 345.
 Confessio S. Petri 310.
 Concilium Hierosolymitanum, quo anno celebratum 24. 40. 241.
 — Nicænum Silvestri Papæ auctoritate coactum 116. 151.
 — Romanum a Symmacho Papæ habitum 319.
 — Romanum 111. 178.
 Constantinopolitani Patriarchæ secundum a Romano Pontifice in Ecclesia locum obtinebant 173.
 Primatum Œcumenicum sibi vindicare frustra tentarunt 115.
 Constantinus M. Imp. laudatus 151.
 Tum Romæ, tum Constantinopolitani Apostolorum chororum effingere fecit 384.
 Constantius Vincentius Alexander epistolarum Card. Sadoleti editor 1. Concordantiarum Bibliorum Ebraicorum author 134.
 Qua occasione Annales SS. Petri & Pauli scripsit, usque Appendicem monumentorum adiecit 211. 306. Notatus 288.
 Constitutiones Apostolicæ 259. 348.
 Consules anno Dom. 29. duo Gemini 82. 92. 207. 209. 213.
 Anno 30. M. Vinicius & L. Cassius Longinus 82. 92. 216.
 Anno 31. Tiberius V. & L. Ælius Sejanus 218.
 Anno 32. Cn. Domitius Ahenobarbus, & M. Furius Camillus

Scribonianus 219.
 Anno 33. Sulpicius Galba & L. Cornelius Sulla 220.
 Anno 34. P. Fabius Persicus & L. Vitellius 221.
 Anno 35. C. Cestius Gallus & M. Servilius Monianus 222.
 Anno 36. S. Papinius Allienus & Q. Plautius Lælianus 224.
 Anno 37. Gn. Acerronius Proculus & C. Pontius Nigrinus 225.
 Anno 38. M. Aquilius Julianus & P. Nonius Aspernas 225.
 Anno 39. Cajus 11. & L. Apronius Cæsius 226.
 Anno 40. Cajus 111. 226.
 Anno 41. Cajus 1v. & Gn. Sentilius Saturninus 227.
 Anno 42. Claudius 11. & C. Cæcina Largus 228.
 Anno 43. Claudius 111. & L. Vitellius 11. 232.
 Anno 44. L. Q. Crispinus 11. & M. Statilius Taurus 233.
 Anno 45. M. Vinicius 11. & Taurus Statilius Corvinus 234.
 Anno 46. P. Valerius Asiaticus 11. & M. Junius Silanus 236.
 Anno 47. Claudius 1v. & L. Vitellius 111. 239.
 Anno 48. A. Vitellius & Q. Vespasianus Poplicola 24.
 Anno 49. A. Pompejus Longinus, & Q. Veranius 241.
 Anno 50. C. Antistius Vetus & M. Suillius Nervilius 242.
 Anno 51. Claudius V. & S. Corn. Orphitus 246.
 Anno 52. P. Corn. Sulla & L. Salvius Ottho 250.
 Anno 53. D. Junius Sillanus, & Q. Aterius Antoninus 255.
 Anno 54. M. Asinius Marcellus & Manius Acilius Aviola 258.
 Anno 55. Nero Augustus & L. Antidius Vetus 82. 91. 267.

Ano

Anno 56. Q. Volusius Saturninus, & P. Corn. Scipio 276.
 Anno 57. Nero 11. & L. Calpurnius Piso 279.
 Anno 58. Nero 111. & Valerius Messala 280.
 Anno 59. L. Vipstianus Apronianus, & L. Fonteius Capito 282.
 Anno 60. Nero 1v. Cos. Corn. Lentulus 285.
 Anno 61. C. Cæsonius Petus, & C. Petronius Turpilianus 287.
 Anno 62. P. Marius Celsus, & L. Asinius Gallo 288.
 Anno 63. C. Memmius Regulus, & L. Verginius Rufus 289.
 Anno 64. C. Lecanius Bassus & M. Licinius Crassus 291.
 Anno 65. A. Licinius Nerva Silianus, & M. Vestinius Atticus 82. 91. 295.
 Anno 66. Telfinus & Paulinus 88.
 Anno 67. Capito & Rufus 83.
 Anno 68. Galerius Trachalus & Silius Italicus 83. 88.
 Anno 76. Vespasianus Augustus VII. & Titus Cæsar V. 83.
 Anno 77. Vespasianus VIII. & Titus Cæsar VI. 84.
 Anno 83. Imp. Domitianus IX, & Petillius Rufus 84.
 Anno 86. Domitianus X. & Sabinus 84.
 Anno 84. Domitianus XIII. & Clemens 84.
 Anno 258. Tuscus & Bassus 378.
 Anno 448. Posthumanus & Zenon 364.
 Corinthii etiam a S. Petro divinam legem edocsi 307. Eorum appellationes ad S. Clementem Papam primo Ecclesiæ seculo 116.
 Corinthum Achajæ civitas 248.
 Cornelius Papa reposuit corpora SS. Petri & Pauli in locis, eorum

adhuc præsentia celeberrimis 302. 361. & seq. 369. & seq.
 Cornelius Romanus Centurio 223.
 Corpora SS. Petri & Pauli semel atque iterum ad Catacumbas translata 362. 366. & seqq.
 Cortesius Gregorius Card. laudatus 56. 60. 88. 190. 231. Ejus vita ac epistolæ quamprimum evulgandæ 1. Nazianzeni orationem de laudibus Cypriani in latinum convertit 53. 183. Falsitatem aliquot epistolarum pontificalium ab Isidoro suppositarum agnovit 108. Notatus 88. 353.
 Cotelerius Jo. Bapt. 55. 183.
 Cous Ægæi Insula 262.
 Coustant Petrus 173. 175. 254.
 Creta Mediterranei Insula 285.
 Crispus Archyfnagogus 249.
 Crispus Cæsar Constantini M. filius 395.
 Crullius notatus 162.
 Cryptæ apud veteres 359.
 Ctesiphon in Hispania Episcopus 307. 308.
 Cubiculus, ex quo Nero ludos spectare consueverat 352.
 Cumanus Judææ Procurator 240.
 Condemnatus 257.
 Curules sellæ quanam apud veteres Romanos 312.
 Cuspinianus ex Liberiano Romanorum Pont. Catalogo Consules desumpsit 76.
 Cyprianus Carthaginen. laudatus 72. 118. Ejus testimonia de Romano D. Petri Episcopatu 113. Locus ex ejus epist. ad Cornelium Papam 116. 177. Romanam Ecclesiam, Catholicam, ceterarumque radicem & matricem vocat. 306.
 Cypris Arabum Regis filia 228.
 Cyrillus Ep. Hierosolymitanus 119. 284. 349.

C c 2

Dama.

D

D Amaris ad fidem a Paulo conversa 248.
 Damafus Papa. Liber Pontificalis ei tributus 44. V. usus, quibus Platoniam in Catacumbis ab se edificatam ornavit 361.
 Danielis historia de Susanna, ejusque canonica auctoritas asserta & propugnata 47.
 Daubusius Carolus 254.
 Decembrius Angelus 354.
 Demetrius Argentarius 258. & seq.
 Diaconatus ordo quando institutus 216.
 Diana Episcopa 258. & seq.
 Didymus 296.
 Ditherus notatus 35.
 Dinæ Præfatus Regis Arabum Damasci 220.
 Diodorus 193. 195.
 Dionysius Alexandrinus. Vide Alexandrinus.
 Dionysius Areopagita ad fidem a Paulo conversus 248.
 Dionysius Corinthius 61.
 Dionysius Parisiensis 248.
 Dionysius Romanus Pontifex. Pentopolitanorum & Dionysii Alexandrini ad eum appellatio 116.
 Dissensio authorum Romanum D. Petri iter & Episcopatum afferentium nihil officit historiæ veritati 68. & seq.
 Dodwellius Henricus 70. 198. Notatus 299.
 Dominicus Ord. Præd. fundator 3.
 Donatista quomodo a SS. Oprato & Augustino oppugnati 72. Eorum causa ad Melchadem Silvestrumque Romanos Pontifices delata 116.
 Doricus Valerius 336.
 Doronæus 289.
 Drusilla Herodis Agrippæ filia 269.

— Alia M. Antonii & Cleopatræ neptis. *Ibid.*
 Dupin Elias 158. 193. Anno æræ vulg. 64. martyrium D. Petri constituit 89.

E

E Admerus 333.
 Ecclesia verum Dei templum 298. Ejus definitio 207.
 Ecclesiæ nomen quando alicui loco tribuat S. Lucas in Actis 25.
 Ecclesiæ Apostolicæ ac præsertim Romana Episcoporum suorum seriem a primis seculis religiose servarunt 71. Earum omnium regesta, si Romanam excipias, profus perierunt 75.
 Ecclesiæ sive ædes sacræ SS. Apostolorum nomini erectæ 189. & 190.
 Ecclesiæ a S. Petro Romæ consecratæ 337. & seq.
 Ecclesiæ S. Andreae in Exquilino 318.
 — S. Agathæ Gothorum sub Viminali 318.
 — B. Constantiæ in via Nomentana 318.
 — Domine quo vadis 295. 253. & seq.
 — S. Laurentii in Miranda 318.
 — S. Laurentii ad Sancta Sanctorum 325.
 — S. Mariæ Novæ 348.
 — S. Mariæ Rotundæ 318.
 — S. Mariæ transpontem 347.
 — S. Mariæ in via lata 278. 339.
 — SS. Nerei & Achillei 383.
 — S. Nicolai Episcopi in Carcere Tulliano 343.
 — S. Petri in Carcere 295. 340. & seq.
 — S. Petri in Monte aureo 344. S. Petri

— S. Petri ad Vincula 230. 340.
 — S. Priscæ in monte Aventino 333.
 — S. Pudentiæ 232. 334.
 Egesippus vicinus temporibus Apostolorum 59. 71. 119. Historiæ Judaicæ author, æo multo recentior 353. & seqq.
 Eleutherius Papa 116.
 Elisabetha Regina Hispan. 344.
 De S. Elpidio Alexander Epif. Ravennas 14.
 Elymas idem ac Magus 235. Vide Bar. Jesu.
 Enchvordius Guilelmus Card. 2.
 Encolpius Donatista 72.
 Ermodius Epif. Ticiena. 319.
 Epaphra Colossensium Apostolus 282.
 Epaphroditus Philippensium legatus ad S. Paulum 280. Tarracina Episcopus 308.
 Epicureorum præcipua placita 247. & seq.
 Epiphanius Salamina Episcopus 56. 72. 119. 183. 284.
 Episcopi quo sensu Christi Vicarii 177. Et B. Petri ac Apostolorum successores 119. & seqq.
 Qua ratione possit regere Ecclesiam Dei 261. Eorum gradus juxta Catechismum Romanum 109. Eorum cadavera una cum Cathedralis a veteribus Christianis sepulta 313. & seq.
 Episcoporum Occidentalium legationes ad Stephanum Papam 116.
 Erasmus D. Pauli discipulus 255. 257. 289.
 Erpenius 290.
 Essenorum placita 266.
 Estius 156. 252. 290. 282.
 Evangelistæ nomen quid significet apud D. Lucam in Actis Apost. 262.
 Evangelium Marci ex his quæ Romæ de Jesu Christo a Petro audierat, compositum 57.
 — Matthæi scriptum vernaculæ Ebraeorum lingua 59.
 Eucherius Episcopus Lugdunensis 78.
 Eudoxia uxor Theodosii junioris 221. Alia uxor Valentiniani III. *Ibid.*
 Eudoxiæ titulus; Vide Ecclesiæ S. Petri ad Vincula.
 Eufragius in Hispania Episcopus obiit Eliturgi 308.
 Evodius Ecclesiæ Antiochenæ Vicarius ac deinde Episcopus a B. Petro constitutus 227.
 Euprepus Epif. Veronen. 307.
 Eusebius Cæsareæ Epif. 9. 51. 119. 123. 185. 188. 291. Quomodo seriem primorum Episcoporum Ecclesiarum Apostolicarum digesserit 74. & seqq. In multis a Tertulliano discrepat. 68. Notatus 88.
 Eusebius Epif. Vercellen. 150.
 Eutropius 44. 395.
 Eutychius adolescens ad vitam a S. Paulo revocatus 260.

F

F Aber Jacobus Stapulens. 160.
 Fabricius Jo. Albertus 56. 160. 198. 354.
 Fabula quid proprie apud Latinos significet 47.
 Fabulæ a superstitione indoctorum pietate confictæ, multa etiam quæ vera sunt, reddunt suspensa 306.
 Fadus Cuspius Judææ Procurator 232.
 Fames quæ Claudio imperante Romanum orbem afflixit 28. & seq. 226. 228.

Factorum Consularium fragmentum qua occasione primum editum 76.

Fasciculus temporum liber nullius auctoritatis 69.

Febronius Justinus J. C. notatus 108. 115.

Ferdinandus Hispaniae rex 344.

Felix Antonius Judaeae Procurator 257. 268. Avaritia ad D. Paulum bene pertractandum movebatur 269. E provincia decedens, Apostolum vincetum reliquit 270.

Felix Papa II. Acacium condemnat 177.

Festum Cathedrae Romanae & Antiochena 322. *& seqq.*

Festus Porcius Romanus Judaeae Procurator quomodo se gesserit cum D. Paulo 271. *& seqq.* 279. Ejus obitus 280.

Firmiliani Epist. ad Cyprianum 72.

Flicus Otthobonus 10.

Florentinius 337. *& seq.*

Fogginius Petrus Franciscus laudatus 22. 63. 89. 91. 163. 186. 308. 336. 354. 387. 392. *& seqq.*

de Fontaneto Guiljelmus 336.

Fontaninius Justus 396.

Fortunatus S. Pauli discip. 257.

Franciscus Ord. Min. Fundator 3.

Fridericus II. Imp. 330.

Fromondus 252. 290.

Fronto Epist. Petratoricent. 308.

Frosinus Franc. Pisarum Archiep. 307.

Fulvius Andreas 344.

G

Gajus Macedo S. Pauli comes 258. 260. *Vide* Cajus.

Gallio Luc, Junius 250.

Gallus Cestius Syriae Praefes 89.

Gallus Vincentius 170.

Gamaliel Judaeus. Ejus sententia de Petro & Joanne Apostolis dimittendis 216.

Gaza Theodorus 105.

Gellius Aulus 312.

Gelasius Papa Misenum Episcopum absolvit 177. Ejus locus de primatu Romanae Sedis 174. Ejudem textus explicatus 285.

Glaucia B. Petri interpres 296.

Gosen Thebaidos pars 194.

Graeci. Eorum mendacia & impostura. 171. 332. In his quae fatentur de Romano D. Petri Episcopatu, maxima iidem fides habenda 174.

Graeci hellenistae 221.

Gregorius Magnus Pont. Max. laudatus 3. 45. 230. 284. 301. 307. Ejus sententia adversus Joannem Episcopum Justinianae 178. Ejus locus ex epistola ad Constantinam Augustam de translatione corporum SS. Petri & Pauli ad Catacumbas 361. *& seqq.*

Gregorius PP. VII. Hispaniam ab Apostolis Petro & Paulo septem Episcopis donatam fuisse docet 307.

Gregorius Papa IX. 330.

Gregorius Nazianzenus 3. 9. 48. 53. 183.

Gregorius Turonensis 384.

Gretferus Jacobus 395.

Grimaldus Jacobus 321.

Gronovius Jo. Fridericus 353.

Grotius Hugo 11. 185. 248. 249. 274. 290. 292. Confutatur 296.

H

Heretici secundi seculi commenta sua ab Apostolorum discipulis didicisse mentiebantur

tur 77. Quomodo ex successione Pontificum Romanor. a SS. Patribus oppugnati 72. *& seq.* Inanes eorum conatus advers. Romanam Ecclesiam sec. xvi. 5. Eorum error de aequalitate Presbyterorum & Episcoporum 112.

Hammondus 11.

Harduinus Joan. 99.

Harebergius Christophorus 196.

Hegeffippus. *Vide* Egeffippus.

Heineccius notatus 391.

Helena Adiabenorum regina 233.

Heliogabalus Imperator Vaticana sepulera ad Elephantorum quadrigas agitandas deicere, & omnium Religionum Venerabilia in profanam sui Idoli aedem inferre decrevit 302. 365. 368. *& seq.*

Heliopoleos urbis ruina 199.

Helius Caesarianus 294.

Henricus Joannes 336.

Henschenius Godefridus 16. 77.

Herculanus Epist. Perusinus 308.

Hermo Epist. Hierosolym. 314.

Herodiani locus ex vita Heliogabali 364. *& seq.*

Herodes Magnus Antipatri filius. 229.

Herodes Antipas 22. 229. Infantium Bethleemitarum & S. Joannis Baptistae caedis author 229. A Cajo in exilium pulsus 25.

Herodes Agrippa Aristobuli fil. 23. S. Jacobum Majorem occidit, & S. Petrum in carcerem conjecit 229. *& seqq.* Ejus interitus 231. *& seq.*

Herodiades Philippi & Herodis Antipatri fratrum uxor 229.

Hesichius in Hispania Epist. obiit Carthagini 308.

Hesiodo opus quoddam a veteribus falso tributum 155.

Hieronymus Stridonien. Presb. 3.

10. 46. *& seq.* 48. 57. 113. 119. 145. 147. 150. 154. 155. 166. *& seqq.* 170. 184. *& seqq.* 188. 238. 262. 296. 284. 309. Locus de Susanna historia explicatus 47. Locus ex comment. in Epist. Pauli ad Galatas 125. Locus ex epist. ad Marcellam 192. Locus ex comment. in Ezechielem 360.

Hierosolymitanorum Episcoporum series, quomodo ab Eusebio digesta 74.

Hilarius Pictavorum Epist. 150. 237. Hispania S. Pauli praesentia illustrata 283. *& seq.* Septem Episcopis ab Apostolis Petro & Paulo donata fuisse dicitur 307.

Homerus 297.

Honoratus a S. Maria 185.

Honorius PP. III. 230. 381.

Hormisda Papa 230. Quo sensu Sacerdotes, appellavit Christi Vicarios 177.

Hostiensis via 190.

Huetius Petrus Daniel 56.

Hyginus, nonus Romanus Pontifex ab Apostolo Petro 59.

Hymeneus a D. Paulo excommunicatus 287.

Hyperius 156.

I

Jacobus Major frater Joannis, Apostolus, ab Herode Agrippa gladio occisus 27. 228. 230.

Jacobus Minor Apostolus, primus Hierosolymorum Episcopus ab Apostolis constitutus 119. 123. 221. 241. 263. Ejus Cathedra usque ad Eusebii tempora Hierosolymae servata 314. *& seqq.*

de Janduno Joannes 14.

Janiculus mons 344. An in eo fuerit crucifixus S. Petrus 346. *& seqq.*

C c 4 Jan-

Janningus Conradus 310.
 Jason potens Thessalonien civis 246.
& seqq.
 Icarus lapsus, de quo Svetonius, ad
 ad hist. Simonis magi referendus
 351. *& seq.*
 Ignatius Martyr Antiochiæ Epif.
 121. Testimonium ex ejus Epi-
 stola ad Romanos 12. 60.
 Jerosolyma valido praesidio a Roma-
 nis obtinebatur 264. Scissa in se-
 ditioem 271.
 Jerosolimitana Ecclesiæ primi Epi-
 scopi 112.
 Imagines antiquissimæ SS. Petri &
 Pauli 383. *& seqq.*
 Impositio manuum episcopalem po-
 testatem, non localem jurisdic-
 tionem impertitur 120.
 Indalecius in Hispania Episcopus,
 obiit Urci 307. & 308.
 Indiculus depositionis Martyrum
 379.
 Indiculus Romanorum Pont. *Vide*
 Catalogus Liberianus.
 Infantium Bethleemiticorum ca-
 des 229.
 Innocentius PP. I. 175. 178. Lo-
 cus ex ejus epist. ad Decentium
 explicatus 285.
 Innocentius PP. II. 313. 329.
 334. 355.
 Instrumentum translationis Capiti
 SS. Petri & Pauli ad Basilicam
 Lateranensem 325. *& seqq.*
 Joannes Baptista ab Herode Antipa
 occisus 229.
 Joannes Apostolus & Evangelista
 178. *& seqq.* 227. Ejus locus in
 Apocalypsi *Cecidit Babylon &c.*
 explicatur 197.
 Joannes Marcus confobrinus Bar-
 nabæ 231. 234. 243.
 Joannes Papa VII. 321.
 Joannes PP. XXII. Marfilli errores
 condemnat 14.

Josephus Flavius historicus 192. *&*
seqq. 208. 240. 264. 269. Quare
 in suis libris Petri mentionem
 non fecerit 161. Quomodo Vef-
 pastiani Imp. gratiam sibi conci-
 liarit 162.
 Irenæus Epif. Lugdunen. 59. 72. 83.
 121. 277. Catalogus Pontificum
 ab eo contextus 74. Legatus no-
 mine martyrum Lugdunensium
 ad Eleutherium Papam 116. Ejus
 locus de Evangelio Marci expli-
 catus 185. *& seqq.* Ejus error de
 ætate Christi 185.
 Isabella Ludovici IX. Francorum
 regis soror 332.
 Isidorus Mercator. *Vide* Mercator.
 Ittigius Thomas 12.
 Judæi magnam vim auri quotannis
 ad Templi ornatum Jerosolimam
 portabant 32. 33. Claudio impe-
 rante Roma expulsi 34. 240.
 Cum Christianis ab Ethnicis con-
 fundebantur 35. Eorum seditio
 Jerosolyma anno VII. Tiberii
 240. Variis cladibus Romanos
 afficiunt 88. Eorum insidia & fu-
 ror in S. Paulum 247. 259. 260.
 263. *& seqq.* 266. 268. Eorum
 cades Babylonica 193. Eorum
 cæcitas & obstinatio 279.
 Julius Augustæ cohortis centurio
 274. Ejus in S. Paulum humani-
 tas. *Ibid.*
 Jupiter apud Ethnicos Deorum prin-
 ceps. 227.
 Justinianus Imp. 179. 230.
 Justinus Martyr laudatus 256. Ejus
 narratio de Statua Simoni Mago
 a Romanis posita 29. In Apole-
 getico ad Antoninum ea omnia
 quæ de Simone a ceteris dicta
 sunt, longe prosequitur 59.
 Julius Siphontius Epif. 308.
 Junius Patricius 11.
 Juvenalis 273.

Teates Helenæ Adiabænorum reginæ
 filius 233.

L

Abbeus Philippus 353. Nota-
 tatus 378.
 Lactantius. Ejus testimonium de
 Romano D. Petri Episcopatu 52.
 Locus ex libro *de mortibus perse-
 cutorum* eidem tributo, explica-
 tus 36. *& seqq.* 298.
 Laertius Diogenes 248.
 Lambertinus Prosper Card. *Vide*
 Benedictus XIV.
 Lampridius Ælius 365.
 Legati Liberii Papæ 351.
 Leo Isauricus 385.
 Leo Magnus Romanus Pontifex 9.
 45. 46. 175. 176. 191. 320. 321.
 Locus ex ferm. I. de SS. Petro &
 Paulo 317.
 Leo Mutinensis 249.
 Leonicus Michael 313. 320.
 Lesbos 260.
 Libationum varia genera apud E-
 bræos, Græcos, & Romanos
 298.
 Liberius Papa in Insulas deporta-
 tus 149. Ejus acta 381.
 Liberianus Catalogus Pontificum
 Romanorum. Ejus autoritas
 quare ceteris præferenda 75. *&*
seqq. 79. *& seqq.* Locus ex eo-
 dem Catalogo emendatus 91.
 Liber Pontificalis 310. 360. *& seq.*
 Liphthootus 237.
 Linus Romanus Pontifex 83. *&*
seqq. 148. 150. 158. 160. 188.
 277.
 Lippomanus 291.
 Lipponus 313.
 Lualdus Michael Angelus notatus
 374.
 Ludovicus Bavarus Imp. 13.
 Lucas Evangelista 185. Quando

se D. Paulo comitem adjunxerit
 243. 246. 247. 260. Multa in
 Actis historiographi licentia præ-
 termisit 48. Quo consilio ea con-
 scripserit 145. Ejus silentium de
 Romano D. Petri itinere in Actis,
 nihil officit ejusdem itineris ve-
 ritati 144. *& seqq.*
 Lucerna S. Petrum naviculam suam
 moderantem exhibens 393. *& seq.*
 Lucianus. Dialogi quidam ei falso
 tributi 155.
 Lucius Cyrenensis 234.
 Lupardus Joannes 336.
 Lutheranorum in Catholicos con-
 vicia 8.
 Lycó. Duo hoc nomine insignita
 urbes 193. *& seq.*
 Lydda oppidum 222.
 Lydia mulier purpuraria 244. 246.
 Lyranus Nic. 169. 170.
 Lystrenses Paulo & Barnabæ divinos
 honores statuunt 237.

M

Abillonius Joan. 384. 390.
 Macedonum claritas 243.
 Macrobius Donatista 72.
 Maffejus Scipio 392. & 393.
 Mallius Petrus 310. 345. 381.
 Manahen Herodis Tetrarchæ colle-
 gæ 234.
 Mannius Augustinus 381.
 Marangonius Joan. 387.
 Marca Petrus confutatur 192. *& seqq.*
 Marcellus presbyter 310.
 Marcelli Theatrum 343.
 Marcus Evangelista Petri comes
 296. Quo anno in Ægyptum ve-
 nerit 198. Aquileiensis creditur
 Episcopus 307. Ejus Cathedra
 Alexandria servata 314. Evange-
 lium ex his, quæ D. Petrus do-
 cuerat Romæ conscripsit 57. 182.
& seq.

Marcus Galileus Epif. Atinen. 308.
 Marcus Joannes alius ab Evange-
 lista 183.
 Maria mater Joannis Marci 231.
 Mariamnes Herodis Antipæ uxor
 229.
 Marilianus 344.
 Marfilius Patavinus 10. 13.
 Martialis Epif. Lemovicen. 308.
 Martene Edmundus 338.
 Martinellius Floravantes 339.
 Martyres Lugdunenses 116.
 Martyrologia mentionem habent
 primæ Ecclesiæ a D. Petro Romæ
 consecratæ 337.
 Martyrologium Romanum 284.
 Massuetius Renatus 186.
 Mattheus Evangelista 227.
 Mathias Apostolus 213. 227.
 Maurus Lucius 343.
 Maximus Antioch. Epif. 311. 391.
 Maximus Taurinensis 350.
 Melchisedes Papa 116.
 Melita Insula 276. & seq.
 Melpheos civitatis ruina 199.
 Memoria. Hoc nomine olim voca-
 bantur Ecclesiæ, ut pote in me-
 moriam Sanctorum extructæ 319.
 Menologium Græcorum 284.
 Mercator Isidorus 108.
 Mercurius Deorum nuncius & elo-
 quentiæ numen apud ethnicos
 237.
 Metaphraustes seculi indoctissimi au-
 thor 306.
 Methodius Patriarcha Constantino-
 politanus 39. 48.
 Metropolitanæ quinam 110.
 Miletus urbs 260.
 Millinus Urbanus 327.
 Millius 158. 296. Confutatur 198.
 & seq.
 Misenus Episcopus a Gelasio Papa
 absolutus 177.
 Mitilenes Insula 260.
 Monasterium Cremifanen. 354.

Mons aureus 346.
 Monsecrati Michael Angelus 231.
 340.
 Monumenta SS. Apostolis Petro &
 Paulo vel a primis seculis Romæ
 erecta 189. & 190.
 Morettus Petrus 362. & seqq. 369.
 370. 380. Notatus 374. & seq.
 Moyfes. Variæ de ætate, in qua vi-
 xit veterum auctororum sententiæ
 68.
 Museum Burghesium 395.
 — Etruscum 393.
 — Leonis Strozii 390.
 Mufiva imaginibus SS. Petri & Pauli
 ornata 391.

N

Narcissus Presb. Romanus, qui
 105. 109. 111. 113.
 Natalis Petrus 323. 335. 355.
 Natalis dies SS. Petri & Pauli a
 primis Ecclesiæ seculis, quam
 sollempniter Romæ celebratus
 300.
 Naumachia ad radices Janiculi 347.
 Nazareus votum 263.
 Nazareus quinam 252.
 Nazianzenus. Vide Gregorius.
 Neapolitanæ urbis in S. Petrum ve-
 neratio 242.
 Nero Imperator Claudius, quando
 ad Imperium euectus 268. Ejus
 tempora 17. Annum integrum
 in Achaja consumpsit festis cele-
 brandis 88. 89. Urbem incendio
 absumit 90. 291. Qua de causa
 in Christianos saevierit 90. 92.
 94. 162. 292. Ejus persecutio
 universalis 298. & 299. Matrem,
 & Octaviam uxorem, pluresque il-
 lustres viros occidit 162. Poppææ
 amore abreptus 270. Ejus horti
 in Vaticano 346. Raro spectacu-
 lis præsidebat, sed clausus in cu-
 bicu-

biculo ea spectare consueverat
 352. An Romæ fuerit cum Pe-
 trus & Paulus martyrio affecti
 sunt 89. & seqq.
 Newtonus Isaacus 198. Ejus ob-
 servationes in Apocalypsim 12.
 Nicæna Synodus quid de Ecclesiis a
 B. Petro fundatis senserit 175.
 Nicephorus Callisti dubiæ fidei au-
 thor 383. 384.
 Nicolaus P. I. laudatus 322. Cœ-
 meterium S. Sebastiani in Cata-
 cumbis restauravit 361.
 Nicolaus P. III. 330.
 Nicopolis ubi D. Paulus hyemavit
 289.
 Norisus Henricus Cardinalis 26.
 Novatus M. Annæus. Vide Gallio.
 Nourry Nicolaus 36. 199.
 Numisma Crispi Cæsaris 395.
 Nunnius 355.

O

O Belisci Aegyptiorum 318.
 Olearius Gothofredus 162.
 Oliverius Riccardus Card. 385.
 Onesimus 280. & seqq.
 Onesiphorus 280. 292.
 Optatus Milevitanus 72. 319.
 Oratorium S. Martini in vetere Ba-
 silica Vaticana 386.
 Ordo Romanus 313.
 Origenes 9. 38. 48. 58. 102. 156.
 248. 296.
 Orlandus Franciscus 307.
 Orosius Paulus 44. 68. 92. 140.
 Orsi. Vide Ursus.
 Ofius Epif. Cordubent. 116.
 Ovidius Pub. Naso 313.

P

Paceo Joannes Fernandez 345.
 Pagius Antonius 15. 16. 70. 77.
 89. 185. 291. Notatus 36. 380.

Franciscus laudatus 71.
 Pallas quamdiu Neroni acceptus
 270. 271.
 Palude Petrus de 14.
 Pancirolius 336. 381.
 Pancratius Siciliae Epif. 308.
 Pantheon. Vide Ecclesiæ S. Mariæ
 Rotundæ.
 Panvinus Onuphrius laudatus 22.
 172. 175. 311. 315. 381. 386.
 Defensus 373. 374. & seqq.
 Papebrochius Daniel 77. Notatus
 79. 376.
 Papias Epif. Hieropolitanus 60.
 191. 200.
 Patara civitas 262.
 Paschasius Lilibætanus Epif. 179.
 Passionale de vitis Sanctorum 69.
 Patra Episcopus Pennen. 308.
 Patriarchæ olim quatuor tantum in
 universa Ecclesiâ 110. Eorum
 gradus ex Catechismo Romano.
 Ibid.
 Patriarchæ Constantinopolitani pri-
 matum Œcumenicum sibi vindic-
 care moliti sunt 115.
 Patrobas Epif. Puteolanus 308.
 Paula matrona 262.
 Paulinus Epif. Lucen. 295. 308.
 Paulus Apostolus. Cædis D. Ste-
 phani spectator & particeps 217.
 Christianorum persecutor 218.
 Quomodo a Christo Domino ad
 fidem conversus 17. 23. 24. 96.
 & seqq. 219. Judæorum Damasci
 insidias effugit 220. Jerosolymam
 ad Petrum venerandum profici-
 scitur 17. 23. 210. 221. In Syria
 & Ciliciæ regionibus triennio
 versatus, a S. Barnaba Antio-
 chiam perducitur 19. 225. 226.
 Ejus raptus usque ad tertium Cœ-
 lum 227. 263. Ejus peregrina-
 tiones 23. 95. & seqq. Antio-
 chensium subsidia cum Barnaba
 Jerosolymam desert 39. 233.
 Ejus

Ejus epistola ad Romanos 30. 41. 101. 103. & *segg.* 122. & *seq.* 232. 253. Antiochiam reversus Seleuciam primò, mox Cyprum cum eodem Barnaba contendit 234. Sergium Paulum Cypri Proconsulem convertit 235. Pergem, Iconium, Lystras, Derbamque peragratur 237. Claudum Lystris sanat 237. Ubi saxorum ictibus convulneratur 238. Antiochiam Syriæ cum Barnaba reversus, iterum Jerosolymam ascendit 239. 240. Redit Antiochiam cum epistola Conc. Jerosolymitani 241. Ibi Petrum objurgat 48. 98. & *segg.* 242. De federe inuito cum Petro, ut hic Judæis, ipse vero inter gentes prædicaret 124. & *segg.* Ejus cum Barnaba dissensio 242. 243. Timotheum Lystris circumcidit 243. Ejus in Macedonia res gestæ 244. 245. Philippis in carcerem conjectus, & quomodo liberatus 245. Thessalonicam, Beream, ac demum Athenas proficiscitur 247. Ejus epistolarum series ac tempus, quo unaquæque scripta sit 128. & *segg.* Prima ad Thessalonicen. 248. Secunda ad eisdem 249. Prima ad Corinthios 257. Secunda ad eisdem 259. Epistola ad Galatas 257. Aliæ ad Philippen. Philemonem, Colossenses, & Ephesios Roma scriptæ 281. 282. 297. Quare in his nulla B. Petri mentio habeatur 127. & *seq.* 133. & *seq.* 135. 138. 142. & *segg.* Epistola ad Hebræos 155. & *segg.* 283. Prima ad Timotheum 288. Secunda ad Timotheum quando scripta 148. & *segg.* 152. Integro anno & sex mensibus in Achaja sedit 250. Ephesi per tres menses

cum Judæis disputat 254. 255. Ubi e vitæ discrimine liberatus, Macedoniam petit 259. Troade Eutychium adolescentem a morte revocat ad vitam 260. Quid ei Jerosolymæ evenerit an. domin. LV. 263. & *segg.* Ad Felicem Provinciæ Præsidentem Casaream perductus 268. Qui eum vincitum Hierosolymis reliquit 269. 271. Ad Casarem appellat 272. Coram Agrippa sistitur 273. Vi tempestatis in Melitam delatus 275. & *segg.* Romam ingressus, biennio in suo conducto moratur 127. 142. 278. 279. 282. A Nerone in libertatem assertus, in Italiam prope dictam secedit 282. Ex Italia in Hispaniam proficiscitur 283. 284. Inde in Cretam, mox in Judæam, ac demum in Asiam regressus, ad Colossenses divertit 285. 286. In Macedoniam iterum profectus, Philippenses invisit 287. 288. Nicopoli hyemat anno Domin. LXXI. 289. Inde Corinthum, Troadem, Ephesum, ac tandem Miletum venit 289. & *segg.* Mileri Trophimo relicto, Romam denuo proficiscitur anno Dom. LXXIV. 142. 291. A Nerone in carcerem conicitur, & in discrimen vitæ vocatur 150. 292. 294. Ex ore Leonis eripitur 297. Ab Ethnicis iterum comprehensus an. Dom. LXXV. 111. Kal. Julii martyrio coronatur 178. 298. 299. Ejus ad Senecam Epistolæ supposititiæ 154. & *segg.* Ejus imagines ubique celebres 385. Cur a dextris Petri collocetur 389. & *segg.* Ejus corpus in Catacumbas semel atque iterum, quibusque temporibus translatum 362. & *segg.* Vid. Petrus.

Paulus

Paulus Epif. Narbonen. 284. Pearsonius Joan. II. 61. 157. 158. 289. 290. 294. Notatus 70. 75. 249. 302. 378. & *segg.* Confutatur 197. 270. 271. Peireskianus Jo. Fabricius 76. Pelagii Alvari Episcopi Silven. liber de planctu Ecclesiæ 14. Pelusiota 350. Pentapopolitanorum provocationes ad Dionysium Papam 116. Pentecostes miraculum 214. Peregrinus in Sicilia Epif. 308. Perinus Epif. Pisanus 308. Persecutio Hierosolymitana 217. — Neroniana 90. Petavius Dionysius 15. Notatus 88. Petrus confutatur 358. & *seq.* Notatus 113. Petrarca Franciscus 355. Petronilla non natura, sed spirituali adoptione S. Petri filia 309. PETRUS Apostolus. Ab Evangelistis vocatur recenseturque primus 174. Quando universæ Ecclesiæ curam suscepit 208. Ad agnos ovesque pasceudas immediate a Christo vocatus 210. Quomodo cæterorum se primum esse & Ecclesiæ caput post Ascensionem Domini re & factis ostenderit 174. & *segg.* Electionem Matthiæ in locum Judæ proditoris forti committere voluit 213. Prima ejus ad Judæos oratio 214. Claudum sanat 215. Ejus miracula 216. 217. Simonem Magum Samariæ objurgat 19. 217. 218. Paulum Jerosolymæ excipit 38. 98. 221. Aensam paralyticum saluti restituit 18. 19. & *seq.* 221. 222. Thabitam revocat ad vitam. *Ibid.* Visitatione 222. Cornelium Romanum cum familia baptizat 223.

Hierosolymam revertitur, ac paulo post Cathedram Sacerdotii Antiochiæ erigit 20. & *segg.* 224. Quot annis Antiochiæ moram traxerit 86. An revera fuerit a Paulo in ea urbe redargutus, & quare 98. & *segg.* 242. Asiæ regiones perlustrat 23. 225. 306. Ab Herode in carcerem conjectus, Angeli ministerio liberatur 228. 230. 231. Ejus primus ad Urbem adventus sub Claudio 30. 68. 232. Adversariorum argumenta eandem professionem negantia, diluuntur 36. & *segg.* Prima ejus epistola ab Urbe scripta, in qua tropice Romam *Babylonis* nomine designat 60. 191. & *segg.* 198. 233. Veterum Patrum testimonia de Romano ejus itinere & Episcopatu 45. & *segg.* Dissensio authorum Romanum ejus iter & Episcopatum asserentium, nihil officit historia veritati 68. & *segg.* Quamdiu Romæ permanserit 31. 234. Claudii edicto, ut Judæus, ab Urbe expulsus 36. 37. 240. & *segg.* Ejus sententia in Concilio Jerosolymitano 241. De federe ab eo inuito cum Paulo, ut hic inter gentes, ipse Judæis prædicaret 124. & *segg.* Corinthum venit anno Dom. LXXV. 253. 254. Nerone imperante Romam rursus concedens, ad extremas Occidentis regiones Evangelii luce perlustrandas proficiscitur 276. & *segg.* Quare tot annos Roma absuerit 147. & *seq.* In Occidente moram trahit usque ad ann. Dom. LXXIV. 285. Ad Urbem reversus, multas habet cum Simone disputationes 30. & *segg.* 37. 292. 293. Neronis iussa in Mamertinum carcerem

cerem detrusus una cum Paulo 149. 294. & seq. A Custodibus carceris liber dimissus 295. An Jesum extra portam Capenam obvium habuerit 295. 253. & seq. Secundam ad Hebræos conversos scribit epistolam 296. Ab Ethnicis iterum comprehensus 11. Kal. Julii anno Lxv. martyrio coronatur jussa Neronis 88. & seq. 178. 298. 299. Per annos xxv. Romanum Pontificatum tenuit 36. 81. & seq. Primas Romanæ Ecclesiæ author 41. 122. Ecclesiastici ordinis & potestatis in omnes Episcopos derivata veluti fons, & origo 117. Catholicæ Ecclesiæ erga eum suosque successores observantia 175. & seq. Singularem Dei consilio Romæ sedem fixit 180. Ecclesiæ ab ejus discipulis fundata 307. & seq. Uxorem circumducere consuevit 198. 303. & seq. Nonnulla ab eo in Urbe gesta 308. Altare Confessionis in ejus Basilica 310. Cathedra lignea 312. & seq. Statua aenea 318. 385. In Exquilis a Pudente exceptus 316. In propria sede vivit & præsidet 321. Ejus corpus in Catacumbas semel atque iterum, quibusque temporibus translatum 302. 359. 362. & seq. Antiquissima ejus imagines 384. & seq. Cur in vitreis fragmentis ad dexteram Pauli cernatur 388. Quare in ceteris imaginibus a sinistris Pauli collocetur 389. & seq. Petrus Alexandrinus Episc. 52. 314. Petrus Damianus 389. Phalarides. Epistola quædam ei falso tributa 155. Pharisæi quinam 266. Philastrius Episc. Brixien. 350. Philemon 280. 286. Philippi Macedonia civitas 244. Philippus Diaconus 18. 217. 262. Philippus III. Hispaniarum rex 345. Philo Ebræus 187. 309. Philosophorum sectæ Athenis 247. Phoebus Franc. Maria 312. 315. Photinus Episc. Beneventanus 308. Photii mala fides 172. 309. Picus Joannes 69. Pighius Albertus 12. Pilatus Pontius 208. 209. Platina Bartholomæus 44. Notatus 199. Plautus M. Accius 183. Plinius C. Secundus 193. 195. 352. Plutarchus 312. Polemon Rex Ponti 273. Polus Reginaldus Card. 354. Polycarpus Smirnaeus Episc. 59. 116. Polyxena a D. Paulo conversa 285. Pontificis nomen quare Episcopis tributum 110. Pontifex Romanus Petri successor, Christi Dom. Vicarius, totius orbis Pater & Patriarca a Cyrillo Alexandrino in Ephesina Synodo appellatus 111. Ratio emendandi Chronologicam eorum seriem 70. & seq. Vide Romanus Pont. Romana Ecclesia. Poppæa Sabina 280. Possinus Petrus 16. 185. Præfeti Prætorio 278. Præfeti Urbi 77. Presbyteri Episcopis inferiores 108. Primatus Romani Pontificis adversus Petræum, Sarpium, Febronium aliosque recentiores breviter assertus & vindicatus 115. & seq. 172 & seq. Priscus Episc. Capuanus 308. Processus & Martinianus ad fidem conversi 295. Processus Nicolaus 330 & seq. Pro-

Proclus Montanista 190. 262. Procopius 313. Prodocimus Patavinus Episc. 307. Prudentius 256. 311. Ptolomæus rex Ægypti 228. Publius Melita princeps 277. Pudens Romanus Senator an D. Petrum domi suæ exceperit 232. 316. 335. & seq. Pulveris pedum excussio quid 237. Pythonissarum varia genera 244.

Q

Quintilianus M. Fabius 155. Quirinus Angelus M. Card. 350.

R

Ravennius. Ejus electio a Sancto Leone M. confirmata 179. Rasponus Cæsar Card. 331. Raynaldus Odoricus 13. 14. 393. Recognitionum libri cui tribuendi 55. Remigius 44. Rhode puella 231. Rhodus Insula 262. Ricchinius Thomas Augustinus 306. Ricciolus 88. Richerius Edmundus notatus 21. Rigaltius notatus 315. Ritus mittendi recens baptizatos ad Cathedram S. Petri 320. 321. Rocca Angelus 389. 391. Roma Babylonis nomine a D. Petro insignita in priore sua Epistola 60. 191. Quo anno consagraverit 89. Per B. Petri Cathedram Princeps & caput orbis facta 300. Ejus imperium a Gothis, Wandalis, Hunnis, Longobardis fere ad nihilum redactum 191. Romana Ecclesia primum a Petro fundata 41. Seriem & tempora

suorum Episcoporum in tabulis descriptam a primis seculis servavit 71. Ejus excellentia & Principatus adversus Petræum assertus & propugnatus 114. & seq. Propter potentiorum principatum semper super ceteras eminuit 116. Quomodo illi uni quasi proprium manserit Apostolica Sedis nomen 176. & seq. Eam S. Cyprianus Catholicam ac ceterarum vadicem & matricem appellat 306. Trophæis Apostolorum Petri & Pauli communita 190. Romana Petri Cathedra aliarum centrum & caput 118. Romana Sedes quare locus Petri, sedes Petri, sedes Apostoli & in primis Sedes Apostolica a veteribus nuncupata 178. Romani Imperatores. Eorum series & tempora a Tiberio ad Vespasianum 97. Romani Pontifices. Eorum Chronologica series quomodo emendanda 70. & seq. Eorum primatus jurisdictionis irrefragabilibus argumentis demonstratus 115. & seq. 172. & seq. Quare se Petri atque etiam Christi Vicarios nuncuparint 176. & seq. Ac potestatis sibi creditæ functiones B. Petto adscribant 177. & seq. Cur Apostolicorum quoque nomine vocentur 178. Quando sepeliri cœperint in Catacumbis 378. Romanus Episcopatus a SS. Patribus Sedes & Cathedra Petri vocatur 113. Romanus Episcopus Nepesinus 308. Romulus B. Petri discipulus. Eum Fasulani, Volaterrani, Pistorienses, Brixienfes, & Bergomenses suum Episcopum dicunt 308. Rosinus 312.

Rofveidus Henbertus 75.
Rufinus 44. 48. 56. 61.
Rufus Theſſalonicenſis Epifcopus
178.
Ruinartius 338.

S
Sabatinius M. A. 390.
Sabinus Epif. Abellinen. 308.
Sacellum Domine quo vadis? 188.
353. Aliud SS. Petri & Pauli
via Offienſi 383. Et via ſacra in
Silice *Ibid.*
Sacerdotalis ordinis propria & præ-
cipua munera 109. & *ſeqq.*
Sadducæi quinam 266.
Salmatus Claudius confutatur 192.
& *ſeqq.*
Salmero a Labbeo coargutus 354.
Sammaurius operum S. Gregorii
M. illuſtrator, notatus 380.
Samus inſula 260.
Sanctius 252.
Sandinus Antonius 299.
Sapphira Ananiz uxor 216.
Sarcophagi SS. Petri & Pauli imagi-
nibus ornati 392.
Sarpus Paulus qui & Petrus Suavis
confutatur 115.
Saulſayus 320.
Scaliger Joſeph 11. Confutatur 192.
& *ſeqq.* 194. & *ſeqq.*
Scva Princeps Sacerdotum 256.
Schelſtratus Emmanuel 78. Nota-
tus 377.
Scutellarius Comes 390.
Secundus comes S. Pauli 260. In
Hiſpania Epifcopus extitiffe fer-
tur 307. 308.
Seleucia ubi ſita 195.
Selimus Turcarum Imperator 199.
Seneca Annaus 250. 251. Ejus
epiſtolæ ad D. Paulum 154. 280.
Duobus ſaltem annis ante Nero-
nem obiit 156.

Senenſis Sixtus notatus 56.
Sepulcra Apoſtolorum Romæ 190.
Sergius Paulus Cypri Proconſul
ad fidem a D. Paulo converſus
235.
Series & ſucceſſio primorum Pon-
tificum Romanorum 59. & *ſeqq.*
Ex ea veteres Eccleſiæ Patres
inſurgentes hæreſes impugna-
bant 72.
Serranus M. Attilius 311. 331.
Severæ prædium via Nomentana
382.
Severanus Joannes 321. 321. 332.
382.
Severus Sulpicius 36.
Severus Valerius 395.
Sigilla plumbea Pontificum Roma-
norum 390.
Silas Pauli comes 241. 243. 246.
& *ſeqq.*
Silveſter Papa. Donatiſtarum cau-
ſa ad eum delata 116. Concilium
Nicænum ejus autoritate con-
vocatum. *Ibid.* Capita SS. Petri
& Pauli in Baſilica Theodori re-
condidiſſe fertur 331.
Simeon Paraphraſtes 76.
Simon Apoſtolus 227.
Simon Coriarius 225.
Simon Hieroſolymitanus 296.
Simon Magus. Ejus genus, patrias
& ars 18. Origo ejus diſſidii cum
D. Petro 19. 217. 218. Quando
ad Urbem venerit 30. & *ſeqq.*
Ejus interitus 18. 30. & *ſeqq.* 293.
348. & *ſeqq.*
Simon Niger 234.
Simonius Ricardus 186.
Siricius Papa 176.
Sixtus II. perperam a Pearſonio au-
thor fertur translationis corpo-
rum SS. Petri & Pauli ad Cata-
cumbas 302. 378. & *ſeqq.*
Sopatres B. Pauli comes 260.
Sophronius B. Petrum etiam ad
Hi

Hiſpanias acceſſiſſe tradit 99.
Soreſtius Joſeph Maria 325.
Soſthenes Princeps Synagogæ 252.
Sparhemius Fridericus 156. 157.
Confutatur 62. 183. 188. &
ſeqq.
Statius 298.
Statua ænea D. Petri in Baſilica Va-
ticana 318. 387. Argentæ Petri
& Pauli in Baſilica Lateranenſi,
in quibus SS. Apoſtolorum capita
reconduntur 327. & *ſeqq.*
Stephanus 257.
Stephanus PP. I. cauſam rebaptiza-
tionis definit 116 Una cum ipſa
ſede in Cœmeterio Callixti ſep-
ultus 314.
Stephanus PP. III. 390.
Stephanus Proto-martyr ſaxorum
iſtibus obrutus 19. 96. 217.
264.
Stephanus Joannes 313.
Stoicorum placita 247.
Strabo 193. 195. & *ſeqq.*
Strozzius Leo 390.
Succeſſio primorum Pontificum Ro-
manorum 70. & *ſeqq.* *Vide Se-*
ries.
Svetonius explicatur 34. 92. 269.
351. 360.
Suidas 44.
Surius 291.
Suſanna historia 47.
Sydon urbs 262.
Sylvius Polemius explicatur 364.
380.
Synceſſus Georgius 48.
Syrus Epif. Papienſis 308.

T
T Acitus Cornelius 89. 156. 208.
251. 270. 271. Explicatur 92.
292. 346.
Tarfus urbs Ciliciæ 221. 265.

Tertullianus 9. 16. 37. 54. & *ſeqq.*
68. 71. 73. 256. 291. 336. Ex-
plicatur 42. 175. 315. Emenda-
tur 35.
Thabita ad vitam a D. Petro revo-
cata 122.
Thadæus Apoſtolus 227.
Theatra, quæ apud veteres 259.
Theodoretus Epif. Cyren. 104. 289.
351. Explicatur 284.
Theophylaſtus Bulgariz Epif. 50.
104. 185. 288.
Theophilus 316.
Thomas Apoſtolus 227.
Thomaſſinus 324.
Tiberius Imperator 15. & *ſeqq.*
Tigellinus 270.
Tillemontius 89. 158. 183. 186.
258. 277. 282. 290. 338. 354.
Notatus 20.
Timotheus quando D. Paulo adhæ-
ſerit 102. Quamdiu Romæ com-
moratus 150. A D. Paulo circum-
ciſus 243. 246. & *ſeqq.* 255. 260.
Atque Epheli permanere juſſus
286. 287.
Titus diſcipulus S. Pauli 243. 255.
259. Cretenſium Epifcopus ab
Apoſtolo ordinatus 285. 288.
Titus Juſtus Corinthius 249.
Torquatus in Hiſpania Epif. obiit
Acci 307. 308.
Traditiones inanes & vulgi com-
menta de D. Petro, Romani ejus
Epifcopatus veritati nihil offi-
ciunt 289. & *ſeqq.*
Translatio Corporum SS. Petri &
Pauli ad Catacumbas 366. & *ſeqq.*
Trajani epiſt. ad Plinium 278.
Tridentina Synodus, Epifcoporum
ſupra Presbyteros eminentiam
deſtauit 108.
Triumphalis via ad Vaticanum du-
cens 190.
Trophæa Apoſtolorum Romæ 190.
309. 310.

Trophimus D. Pauli discipulus 260.
262. 290. 291.
Turnebus Adrianus 298.
Turrigius Franc. M. 306. 310. 312.
317. 344. 352. 382. & seqq. No-
tatus 359.
Tychichus D. Pauli discipulus 260.
282. 258.
Tyranni schola, in qua D. Paulus
disputavit 255.
Tyrens urbs 262.
Valesius Henricus 314. Nota-
tus 61.
Varagineus Jacobus 170.
Vaticanus mons 190. 346. & seqq.
Vegius Maphæus 310. 321. 347.
385.
Velenus Udalricus Lutheranus om-
nium primus Romanum D. Petri
iter & Episcopatum ex professo
impugnavit 6. 10. 11. Confuta-
tur 165. 167. & seqq. 181. & seqq.
355. &c.
Venutus Roldolphinus 343.
Vespasianus sex millia Judæorum
Neroni in Græciam mittit 89.
Ugonius Pompejus 311. 326. 343.
Victor PP. I. 116.
Victor Garbiensis Donatista 72.
Vignolius Joannes 381.
Vincentius Romanus Presbyter Sil-

vestri Papæ legatus in Conc. Ni-
cæno 116.
Vincula D. Petri celebrat Ecclesia
230.
Virgilius 245. 297.
Vitrea vasa imaginibus SS. Petri &
Pauli ornata 387. & seqq.
Vitus presbyter Silvestri Papæ in
Conc. Nicæno Legatus 116.
Vossius. Ejus conjectura de libris
Hegeippi confutata 354.
Urbanus PP. II. primus in plumbeis
sigillis SS. Petri & Pauli imagi-
nes expressit 390.
Urbanus PP. V. Capita SS. Petri &
Pauli transfuit ad Basilicam La-
teranensem 325. & seqq.
Ursius Joseph Augustinus Card. lau-
datus 71. 78. 81.
Usserius 213.

X

X Antippes a D. Paulo ad fidem
conversa 285.
Xanthus civitas 262.
Xiphilini epitome historiarum Dio-
nis Cassii 364.
Xystus II. Vide Sixtus.

Z

Z Abida Episcop. Hierosolymit.
314.

VARIANTES LECTIONES
CORTESIANI OPVSCVLI
EX CODICE VATICANO 3554.

Pag. 3. lin. 4. *æque etiam tales.* 7. 21. *ut magis in assuetudine ritibusque.* 8. 4. *quamlibet privatim.* 8. 18. *non tantum exemplis.* 9. 25. *tum paternis visceribus . . . etiam amicos & fratres nominans &c.* 9. 29. *urgeat que formica natura sit.* 13. 22. *appellavit. In hac igitur questione, illud mihi commune est cum iis, qui id negant, nihil quo manifeste in alterutram partem judicare possimus ex Divinis libris erui posse.* Quare id solum &c. 20. 8. *non deinceps viderit Petrus.* 20. 11. *nam septennium illud.* 44. 8. *si forte exquisitis rationibus.* 46. 14. *comminiscit.* 46. 17. *convinci possit.* 160. 4. *Jacobum Fabrum Stapulensem, non minus innocentiis moribus, quam doctrina &c.*

ERRATA,

Pag. 64. columna a. lin. 2. *Lege tradendis.* 70. 23. l. *sedit.* 74. a. 28. l. *de distinctis.* 83. a. 23. l. *Patribus.* 84. a. 29. l. *Domitiano xvii.* 96. 5. l. *Hierosolymis.* 123. b. 17. l. *notissimus.* 148. 7. l. *Arii factione.* 156. a. 15. l. *Paulus.* 169. a. 7. l. *prout ipsa ipsius sententiæ verba insinuant.* 189. a. 7. l. *produci.* 209. 17. l. *Dionysianam.* 253. 13. l. *Cæsarea.* 289. 8. l. *Doronaxo.* 302. 15. l. *latuissent.* 337. 1. l. *D. Petri itinere & Episcopatu.* 378. 1. l. *nihilominus.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

VARIAN.



UAN

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ASOCIACIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

